

THEOLOGIA

DOGMATICO-SCHOLASTICA

TOMUS QUARTUS

PARTEM SECUNDAM DE DEO PRINCIPIO ET FINE CREATURARUM

QUOAD TRACTATUM TERTIUM COMPLECTENS.

JOANNIS BAPTISTAE GENÉR S. J.
THEOLOGI HISPANI

THEOLOGIA
DOGMATICO-SCHOLASTICA

PERPETUIS
PROLUSIONIBUS POLEMICIS HISTORICO-CRITICIS
NECNON
SACRAE ANTIQUITATIS MONUMENTIS
ILLUSTRATA

TOMUS QUARTUS

PARTEM SECUNDAM DE DEO PRINCIPIO ET FINE CREATURARUM
QUOAD TRACTATUM TERTIUM COMPLECTENS.

ROMAE MDCCLXXIII.
IN TYPOGRAPHEO S. MICHAELIS AD RIPAM.
SUMTIBUS VENANTII MONALDINI BIBLIOPOLAE IN VIA CURSUS
ET PAULI JUNCHI TYPOGRAPHI ET BIBLIOPOLAE.

PRAESIDIBUS ADPROBANTIBUS.

ALMA COLLEGE
208.9
LIBRARY
4286
Los Gatos, Calif.

49206

Digitized by the Internet Archive
in 2026 with funding from
Graduate Theological Union

https://archive.org/details/theologiadogmati04gene

D. M

FINI . CREATORVM

THEOLOGIAE . COMMENTARIVM

DOGMATICO-SCHOLASTICVM

HISTORICO-POLEMICVM

ANTIQVARIVM

DE . DEO . FINE . CREATORVM

ROMANI . EDITORES

VENANT. MONALDINIVS

ET . PAVLL. IVNCHIVS

IN . TESTIMONIVM . ORTHODOXIAE

L. L. M. DEDICARVNT

SEDENTE . CLEM . XIV. P. M

IND. VI

PRAEMONITIO
NON PRAETEREUNDA.

UT quam diu promiſimus ingenuitatem, palam diſertiſque verbis probemus, nonnulla ex commentariis noſtris theologicis hucuſque editis, quae novimus minus caute, adcurateque prolata, huc loci incunctanter corrigenda, & revocanda duximus. Nimirum

I. In Diſſertatione pro Theologia Scholaſtica, Genuae edita 1766. ad pag. 128. Authorem diximus Paleographiae Hiſpanae de an. 1755. *P. Stephanum de Terreros & Pando* S. J. tum temporis in Matritenſi Collegio Imperiali Cl. Matheſeos Profeſſorem. Verum in altera Diſſertationis editione ad Tom. I. Theologiae noſtrae p. 93. ubi incidit mentio de Authore ejuſdem percelebris Paleographiae, authoritate neſcio cujus freti, Patrem Terreros tacuimus, & ejus loco Cl. V. *P. Andream Marcum Burriel* S. J. ſubſtituimus.

Ceterum ſi qua fides *Zachariae* (cui Burrielius idem lucubrationum ſuarum, praetermiſſa omnino Paleographia, indicem miſit) in inſtit. rei numiſmat. aliiſque Ephemeridum Scriptoribus, prae primis *Lamio* ad an. 1767. col. 671., Paleographiae Author Terrerius fuit. Scio equidem de authore hujuſmodi commentarii litem adhuc hodieque ſupereſſe inter Noſtrates. Quid tum vero?

Ex documentis fide quidem digniſſimis hanc rei excepimus hiſtoriam. Intentus laborioſiſſime ac diligentiſſime, more ſuo, Terrerius in verſionem hiſpanam Spectaculi naturae, gallice a *Pluchio* V. Cl. editi, ſimulque in ejuſdem illuſtrationem cum adnotationibus frequentiſſimis, ac pereruditis, quum ventum eſt ad Paleographiam gallicam, quae traditur in tom. 7. Pluchii dial. 20. a p. m. 189. edit. 1747. operae pretium ſe facturum putavit Terrerius, ſi ad ejus normam, in obſequium gentis ſuae hiſpanam traderet.

Illico ergo ut cogitatum praenobile exſequutioni mandaret, ſocios eruditiſſimos, rerumque hiſpanarum veterum perquam peritos adſcivit, qui ſymbolam conferrent, nempe *Hieronymum Sarmiento* (quem in Tom. I. p. 93. perperam adpellavimus Antonium) *Emman. Larramendium*, & *Burrielium* noſtrum. Terrerii quidem votis adnuerunt, feceruntque ampliſſime ſatis humaniſſimi Viri, eruditione hiſpana & critice praeſtantiſſimi.

Excepta itaque documenta, una cum aliis, quae ſuo met labore ac induſtria comparaverat, contulit, ſelegit, ordinavit, illuſtravit Terrerius, ac methodo, quae Paleographiae hiſpanae ad normam gallicae opportunior eſſet, digeſſit, atque in lucem publicam emiſit. In qua nimirum quam erudite diſſeritur de origine, progreſſu, perfectione idiomatis hiſpani, adjectis ſparſim antiquis Inſcriptionibus Arabicis, & pleriſque Numiſmatibus; tum ſpecioſis tabulis aeneis, praeferentibus caracteres veteres, qui apud Hiſpanos uſui fuerunt a primo Caeſare ad Seculum uſque XVI. Neque vero commentarius hic Burrielii nomen in fronte praetulit. Ut autem huic ſuus eſſet honor & ſplendor pro merito, effecit Terrerius, ut idem poſtremum exararet operis paragraphum, quo enarraret ad libitum quidquid ſymbolae in illud contuliſſet.

Jam ex iis omnibus rite perpenſis porro colligi videtur, praefatam Paleographiam Terrerio ceu vero Authori ſimpliciter adſcribendam eſſe, non ſecus ac ii qui opus documentis plurimis undequaque conquiſitis, certaque methodo inventa, forma, modo digeſtis & exornatis in vulgus ediderint, eorum Authores merito haberi & vocari conſueverunt. Mitto, ne prolixior aequo ſim, commentarios plures ab Eruditiſſimo Terrerio editos vel prelo paratos, quos ubi locus erat, quod eos neſciremus, omnino praeterivimus, alias jure percenſendos.

II. In eodem Tom. I. ad p. 94. tribuimus curſum mathematicum ceu typis vulgatum *P. Michaëli Benavente* S. J. olim in Collegio Madritano Mathematices Profeſſori. Et vero melioribus, indubiiſque inſtituti documentis Lectorem monemus, Michaëlem noſtrum curſum quidem illum typis paraſſe, ſed ineditum tamen reliquiſſe in pluteis; alium vero commentarium reipſa in vulgus edidiſſe, nimirum verſionem hiſpanam architecturae civilis *Riegerii* noſtri in eodem collegio Matheſeos olim Magiſtri.

III. Saepenumero in editis commentariis opera S. Dionyſio Areopagitae vulgo inſcripta, ceu legitimos S. Doctoris foetus citavimus, ac tenaciter cooptavimus cum S. Maximo Mart. Hadriano P. I. Euthym. Zigabeno, S. Thoma, Genebr. Delrio, Nat. Alexandro &c: e. c. in Tom. I. p. 220. col. 2. in Tom. II. p. 450. adnot. III. paullo poſt init. in Tom. III. p. 38. n. 11. & pluries ſparſim in eiſdem Tomis.

Paullatim vero re maturius perpenſa in oppoſitam ſententiam lubenter deſcendimus. Neque vero propterea fulmen illud expaveſcimus a *Gaulterio* noſtro contortum in Lutherum, Centuriatores, Calvinum, Joſ. Scaligerum, ubi nempe in tab. chron. Sec. I. veritate I. §. 24. p. 41. col. I. eos intolerandi erroris inſimulat, quod ea opera Dionyſio abjudicarint.

Quia enim, praeterquam quod multa ſuppetunt, & validiſſima quidem argumenta, quae rem pene conficere videntur, in hac nobis mutata opinatione duces ſequimur e noſtratibus Morinum, Launojum, Cellierium & Lequienium diſſ. 2. inter Damaſcenicas, una cum frequentiſſimo Eruditorum recentium choro. Itaque ex quo ſententiam priorem rejecimus, Dionyſium pro operibus ei vulgo tributis nominamus adjecta voce illa *vulgatus*, qua plane Authores incerti, vel ſuppoſiti apud Criticos hodiernos vocari conſueverunt. Id quod inter citationes hujuſce Tomi IV. ac deinceps obſervandum velim.

IV. In Tom. III. ad p. 79. inter Litanias antiquiſſimas formae hodiernae Benedictinam quamdam e Seculo IX. adnumeravimus. Sed hanc tamen ſententiam, aut potius ſuſpicionem noſtram, altera adlata Litania e Seculo VII., corrigendam eſſe monemus in hoc Tom. IV. p. 219. n. 28.

V. In eodem Tom. IV. ad p. 222. n. 31. ceu genuinum & vere germanum produximus vulgatum illud ac Hiſpanis celebratiſſimum Diploma Ranimiri I. Hiſpaniae Regis, ex laudato *Florezio* in Hiſpan. ſacra t. 19. p. 333., pridem conſentientibus *Moraleſio* in chron. Hiſp. l. 9. c. 7. fol. 236. *Mariana* in diſſ. de adventu S. Jacobi in Hiſpaniam ſub fin. *Lobera* de magnalib. Legionenſium par. 2. cap. 6 fol. 186.

Ceterum Cl. V. *Joſ. Perezius* Ord. Bened. (quem poſtea fortunata ſorte perlegimus) in diſſ. eccleſiaſticis editis 1688. p. 286. ſqq. tot., tantique ponderis argumentis Diploma idem falſitatis convincere adgreſſus eſt, ut, me judi-

judice, rem conficiat ſuam. Quocirca Diplomatis particulam paginae citatae inſertam, ut veritati litemus, illico expungendam decernimus tanquam ſubditiciam.

VI. In ipſo Tomo ad p. 239. n. 277. diximus, limborum parvulos nunquam ſe intellecturos beatitate privatos. Addendum tamen, *ſaltem uſque ad diem Judicii publici*, ſecundum ea, quae diſſerimus *inferius* ad p. 331. n. 359. tum ad p. 424. n. 395.

VII. Nonnulla excepimus per literas ab Amicis, & iis quidem perdoctis ac eruditis Viris, tum ab uno vel altero Anonymo in poſitiones aliquas noſtras primum editas. Illa vero haud ita nos urgent, ut ab adſertis opinionibus deflectere hucuſque cogant. Unum excipe: nimirum ſyſtema planeticum Ptolemaicum, Angelos coelorum motores, & pauciora id genus veterum opinamenta, quae velut aliud cogitantes, & obiter philoſophum agentes intra ſepta Theologiae ſupernaturalis amplexi ſumus in Tom. III. p. 45. ſq. quaeſt. 2. poſt novas in ſyſtema recentiſſimum animadverſiones, ceu antiquatum & ab hodiernis quibuſque ſcholis & ſcriptoribus merito exploſum lubenter deſerimus, atque ad hodiernum adcedimus, quod egregii noſtrates *Boſcovich*, *Hell*, *Ricati*, *Aſclepius*, aliique plures Aſtronomi haud merito impares, obſervationibus adcuratiſſimis reddiderunt manifeſtiſſimum atque indubium.

Quo plane & morem gerimus Ephemeridum Romanarum Collectoribus, quippe qui ad an. 1772. p. 12. inter alia nobiſcum exſpoſtularunt, quod hac tempeſtate ſyſtema Ptolemaicum eo loci cooptaverimus, hodierno tot nominibus praeſtantiori omnino praetermiſſo.

Quid autem, inquies opportune, de ceteris, quae ibidem Cl. Scriptores ipſi oggerunt in Tomum III. noſtri Operis? Ita ne ſunt ea vi & acumine ſuffulta, ut ad corrigendas paginas Authorem cogant, aut ſaltem perſuadeant? Minime gentium. Immo potius ſi cauſſae diligenter, & ſine ſtudio partium diſcutiendae locus eſſet, niſi omnia nos fallunt, ſuavi potentique rationum vi Scriptores iidem, pro ea qua pollent ingenuitate, atque amore veritatis, adſerta illa ſua corrigenda, vel ſaltem limanda ducerent.

VIII. In Tom. I. poſtea quam Syſtema Operis fuſe praeſtitimus a p. 216., haec in Clauſula Prodromi diximus ad p. 283. *habes jam in propoſito* Syſtemate *noſtrae Theologiae Oeconomiam ſeu Ordinem, a quo vel ne latum quidem unguem deflectere nobis met ſevera lege praeſcripſimus.*

Ceterum ut legem hanc nobis met interdum, immo ſaepius diſpenſemus, illud porro efficit ſtudium, quo Syſtema idem praeſtantius, & hodiernis Scholae moribus permaxime adcommodatum concinnare percupimus. Idcirco decurſu Operis nonnunquam titulos praeſcriptos mutamus, alioſque haud primum notatos inſerimus. Sic enim in hoc Tom. IV. ſub Capite II. Libri II. Paragraphum IV. & V. adjecimus, qui in Syſtemate Tomi I. ad p. 243. deſiderantur. Tum quae ibidem p. 245. indicat caput III. Libri III. in hoc Tomo aliter digeſta repereris.

Quin etiam perplura iis conſimilia, ſi Deus faverit, Tomi noſtri poſteriores ferent. Et haec ſemel innuiſſe atque excuſaſſe ſufficiat pro ſingulis quae in poſterum ab *Syſtemate* propoſito diſcordare notaveris. Immo addimus oportune: ſi quis *Syſtema* illud correctum, noviſque curis digeſtum amet, *Conſpectum* percurrat uniuſcujuſque Voluminis, quem ſub initium exhibere conſuevimus.

Ex iis omnibus noſtram ingenuitatem atque adcurationem ut publico inſerviamus noveris, reor.

AD PROBATIONES

Tomi hujus IV; nimirum a Patre Praepoſito Generali S. J. aliiſque perdoctis Cenſoribus ſubſcriptae, praemiſſae olim ſunt in Tomo III. ſub initium.

IMPRIMATUR

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

Dom. Jord. Patriarcha Antioch. Viceſg.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Auguſtinus Ricchinius Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter Ordinis Praedicatorum.

CON-

CONSPECTUS
TOMI QUARTI.

UNIVERSAE
THEOLOGIAE
DOGMATICO-SCHOLASTICAE
PARS SECUNDA

DEUS PRINCIPIUM ET FINIS CREATURARUM. *Pag.* 1.

TRACTATUS III.

De fine hominis. *ibid.*

LIBER PRIMUS.

De ultimo fine hominis generatim. 2.

PROLUSIO I.

seu

HISTORIA POLEMICA

De Erronibus in finem hominis supernaturalem. *ibid.*

Ex Ethnicis. *ibid.*

Ex aliis hominum Classibus, videlicet ex Judaeis & Mahumedanis. 9. *sqq.*

CAPUT PRIMUM.

Prooemialia de Fine ultimo. 12.

QUAESTIONES DOGM. SCHOL. *ibid.*

CAPUT SECUNDUM.

De notione Finis ultimi. 16.

CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS circa *finem ultimum.* 18.

MONUMENTA ANTIQUITATIS *pro Deo fine creatorum.* 21.

CLASSIS I.

E RE LAPIDARIA. *ibid.*

E RE LITURGICA. 30.

E RE NUMARIA. 37.

E RE LUCERNARIA. 38.

E RE SIGILLARI. 42.

RELIQUA VARII GENERIS MONIMENTA. 44.

CAPUT TERTIUM.

De Adpetitu hominis erga finem ultimum.

QUAESTIONES DOGM. SCHOL. 48.

LIBER SECUNDUS.

De Felicitate hominis. 53.

CAPUT PRIMUM.

Beatitudo formalis quantum ad adtributa primaria. *ibid.*

PROLUSIO II.

seu

HISTORIA POLEMICA

De Erronibus in Visionem beatam. *ibid.*

Ex variis hominum Classibus. *ibi.*

§. I.

De Natura Beatitudinis. 60.

QUAESTIONES DOGM. SCHOL. *ibid.*

§. II.

De iis, quae propius spectant Visionem beatam. 70.

§. III.

De iis, quae propius spectant Amorem beatum. 75.

CAPUT SECUNDUM.

Beatitudo formalis quantum ad adtributa secundaria. 80.

§. I.

De plenitudine bonorum in intellectu beato. *ibid.*

§. II.

De plenitudine bonorum in voluntate beata. 87.

§. III.

§. III.
De Dotibus, Aureolis, Fructibus animi beati. 90.
§. IV.
De tempore, quo Justorum animi corporibus soluti beatitate donentur. 91.
PROLUSIO III.
seu
HISTORIA POLEMICA
De Erronibus in Beatitudinem animis justis plene purgatis statim donatam. *ibid.*
Ex duplici male opinantium Classe, *nimirum*
Ex Classe priore. 92.
Ex Classe altera Millenariorum, seu Chiliastarum. 100.
RURSUM QQ. DOGM. SCHOL. 109.
MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro beatitate Justorum animis penitus purgatis statim donata. 118.
CLASSIS II.
E RE LAPIDARIA. *ibid.*
E RE LITURGICA. 140.
RURSUM QQ. DOGM. SCHOL. 145.
§. V.
De cultu Beatorum in terris, eorumque intercessione in empyreo. 147.
PROLUSIO IV.
seu
HISTORIA POLEMICA
De Erronibus in cultum erga Coelites, eorumque intercessionem. *ibid.*
Ex Ethnicis. *ibid.*
Ex Hebraeis. 150.
Ex Mahumedanis. 151.
Ex Heterodoxis, nonnullisque Catholicis. 153.
RURSUM QQ. DOGM. SCHOL. 176.
OBSERVATIO. 181.
OBSERVATIO ALTERA. 183.
COROLLARIUM. 189.
MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro cultu, invocatione, atque intercessione Sanctorum. 194.
CLASSIS III.
E RE LAPIDARIA. *ibid.*
E TABULIS MUSIVIS. 214.
E RE LITURGICA. 215.
E RE DIPLOMATICA. 220.
E RE NUMARIA PONTIFICIA. 222.
E RE NUMARIA IMPERATORIA. 229.
E RE SIGILLARI. *ibid.*
CETERA VARII GENERIS MONIMENTA. 231.
CAPUT TERTIUM.
Consectaria corporis beatitudo. 232.
§. I.
De gloria corporis generatim. *ibid.*
QUAESTIONES DOGM. SCHOL. *ibid.*
§. II.
De Dotibus corporis glorioſi. 234.
§. III.
De Exercitio sensuum corporis glorioſi. 236.
COROLLARIUM. 237.
CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS circa *coelum empyreum.* 238.
LIBER TERTIUS.
De Infelicitate hominis. 239.
CAPUT PRIMUM.
De Prooemialibus vitae aeternae. 240.
PROLUSIO V.
seu
HISTORIA POLEMICA
De Erronibus in Prooemialia aeternae vitae. *ibid.*

Vi-

Videlicet
Circa Mortem corporis. *ibid.*
Circa Judicium privatum. 243.
Circa Resurrectionem communem.
E Paganis. 245.
E Judaeis. 246.
Ex Heterodoxis. 253.
Ex Orthodoxis. 264.
Circa universale Judicium. 268.
QUAESTIONES DOGM. SCHOL. 274.
CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS
circa *Judicium, qua privatum, qua publicum.* *ibid.*
circa *Resurrectionem communem.* 275.
circa *conflagrationem mundi.* 276.
§. I.
De Morte, Judicio privato, Resurrectione privata & communi. 277.
OBSERVATIO. 282.
MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro Resurrectione communi. 289.
CLASSIS IV.
E RE LAPIDARIA. *ibid.*
E RE LITURGICA. 308.
CETERA RESURRECTIONIS SYMBOLA. 312.
§. II.
De Judicio publico & universali, una cum iis, quae ipsum praecedent & consequentur. 321.
RURSUM QQ. DOGM. SCHOL. *ibid.*
OBSERVATIO. 322.
MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro Judicio universali. 333.
CLASSIS V.
E RE LAPIDARIA. *ibid.*
E RE LITURGICA. 336.
E RE DIPLOMATICA. 339.
CAPUT SECUNDUM.
De Receptaculis eorum, qui sunt extra viam. 341.
PROLUSIO VI.
seu
HISTORIA POLEMICA
De Erronibus in ordinaria Receptacula. *ibid.*
nempe
In coelum Empyreum.
Ex Ethnicis. *ibid.*
Ex Judaeis, & Mahumedanis. 343. & 345.
Ex Acatholicis. 347.
Ex Doctoribus Orthodoxis. 355.
In Limbum Patrum. 357.
In Limbum parvulorum. 359.
In Purgatorium. 364.
In Gehennalem Infernum. 376.
§. I.
De Receptaculis generatim. 398.
QUAESTIONES DOGM. SCHOL. *ibid.*
CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS
circa *Receptaculum Empyrei.* 399.
circa *Purgatorium.* *ibid.*
circa *Infernum gehennalem.* 400.
§. II.
De Receptaculis particulatim. 403.
MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro coelo Empyreo. 404.
CLASSIS VI.
CHRISTIANA MARMORA. *ibid.*
PROFANI TITULI. 411.
E RE LITURGICA. 412.
E RE DIPLOMATICA. 415.
E RE DIPTYCHA. 417.
ITERUM QQ. DOGM. SCHOL. 420.
MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro dogmate expositio de Limbo SS. Patrum. 421.
CLASSIS VII. *ib.*
RURSUM QQ. DOGM. SCHOL. *ibid.*
OBSERVATIO. 424.

MONU-

MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro Receptaculo Purgatorii. 430.
CLASSIS VIII.
E RE LAPIDARIA. *ibid.*
E RE LITURGICA. 441.
E RE DIPLOMATICA. 444.
RURSUM QQ. DOGM. SCHOL. 445.
CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS
circa *Aeternitatem supplicíorum gehennalium*. 446.
MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro Inferno gehennali. 450.
CLASSIS IX.
E RE LAPIDARIA. *ibid.*
E RE LITURGICA. 461.
E RE DIPLOMATICA. 465.
§. III.
Reliqua de Receptaculo Gehennae absolvit. 466.
RURSUM QQ. DOGM. SCHOL. *ibid.*
OBSERVATIO. 469.
OBSERVATIO ALTERA. 477.
INDICES ALPHABETICI. 479.
INDEX I.
DOGMATUM
una cum ipsorum patronis, elucidationibus & adversariis. *ibid.*
INDEX II.
SAPIENTUM ETHNICORUM. 492.
INDEX III.
MONUMENTORUM ANTIQUITATIS. 493
INDEX IV.
QUAESTIONUM DOGM. SCHOL. 496.
INDEX V.
ERRONUM. 497.
INDEX VI.
RERUM PRAECIPUARUM. 502.

UNI-

UNIVERSAE THEOLOGIAE *DOGMATICO-SCHOLASTICAE* PARS SECUNDA

DEUS PRINCIPIUM ET FINIS CREATURARUM.

ALTERA haec eſt ex binis Sectionibus, in quas videlicet in gratiam, commodumque ſtudioſi Lectoris, & molis voluminum, Partem ſecundam Theologiae noſtrae tribuimus. Ergo Tractatus duos de Deo principio rerum, quos Volumine proximo expoſuimus, Tertius hic excipiet de Deo fine, in Libros tres diſtinctus. Unus ille quidem, et vero ampliſſimus, complexus utique Theologiam Noviſſimorum, cui dilucide illuſtrandae conſpirant & ſacri Codices, interpretibus Conciliis, Patribus, Doctoribus, cum ſancto dogmate; & Errones cum falſa opinionum novitate; & Sapientes Ethnici cum conſenſione in verum dogma; & Scholaſtici cum diſputationibus; & cum pluribus Monumentis Antiquitas ſacra.

TRACTATUS TERTIUS.

DE FINE HOMINIS.

2. PLane rerum omnium Finis Deus eſt. Quoniam vero qualis, ex ſcopo ſupernaturali creationis, ab Homine duntaxat inter Angelos eſt vitaliter poſſidendus, ea propter Hominis unius Finem Theologia ſacra exponendum adgreditur. Nos itaque, ne quid momenti hac in re praetermittere videamur, Tractatum tribus, more noſtro, abſolvimus Libris, quorum I. de ultimo fine hominis generatim, II. de Felicitate hominis, ſeu de Beatitudine, III. de Infelicitate hominis, vel de privatione Beatitudinis.

LIBER PRIMUS

De ultimo fine hominis generatim.

PROLUSIO POLEMICA HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in Finem hominis ſupernaturalem.

HISTORIA POLEMICA.

3. MIſſis Atheis, Pantheiſtis, atque aliis id genus impiis, quibus & religio, & vita aeterna, & animae immortalitas, & rei quaelibet ſupernaturalitas fabula eſt, de quibus alias; eos in primis Ethnicos Philoſophos in ſcenam hanc evocandos duximus, qui Fidei lumine deſtituti, ſummum bonum, aut ultimum homini finem a natura undequaque profectum adſeruerunt.

Porro centenas dixeris occaecatorum ejuſmodi Erronum Sectas in ſenſus varios abeuntes; etenim tot illae quondam viguere Marco Terentio Varroni cognitae, ut ſi ſingularum in opinando diverſitas adtenderetur, ad octoginta octo ſupra ducentas potuerint ipſae perduci, teſte eodem *Varrone* (*a*). Pauciores vero a laudato *Varrone*, ac inſuper a *Firmiano Lactantio* (*b*) & aliis, tanquam prae ſectis reliquis in id genus opinationibus inſigniores adſignantur. Siquidem apud ſapientes Ethnicos inter quaeſtiones ethicae Philoſophiae illa prae ceteris, tanquam omnium digniſſima & utiliſſima, ſumma contentione agitabatur, de fine hominis, quae ipſis vulgo vocitabatur *de ſummo bono*. Itaque

Ex Ethnicis

I. *Lanzu*, hoc eſt *Philoſophus Senex*, Sinenſis, coaevus celebratiſſimi Confutii, qui obiiſſe fertur an. M. circ. 3305., Lanzuanae Sectae conditor, ſummam hominis felicitatem, Epicuro praeludens, in voluptate collocavit. Et en tibi Epicurum ante Epicurum (*c*).

II. *Bonzii* quidam Religionem profitentes, a Sinenſium doctrina ſubortam, in eadem cum Lanzuanis circa ultimum hominis finem Epicureum ſententia convenerunt.

Sa-

(*a*) In l. de Philoſophia qui habetur inter Varronis fragmenta p. m. 169. Eum locum exſcripſit *Auguſt.* 19. civ c. 1. a ceteris pene quibuſque deinde exſcriptus.

(*b*) L. 3. div. Inſt. c. 7. & alias.

(*c*) Haec diſcimus ex *Martino Martinio* Sinicae hiſtor. l. 4. in Tingo Imp. p. m. 133. Eum exſcripſit *Theophil. Spizelius* de re literaria Sinenſium ſect. 7. p. m. 113. & *Capaſſus* in Synop. hiſt. phil. l. 2. c. 5. p. m. 44. Alii vero ubi tractant de hac ſecta dogma iſtud reticent, e. g. *Trigautius* de expedit. ap. Sinas l. 1. c. 10. & *Kircher.* in China illuſtr. par. 3. c. 1. a p. m. 133.

Sapientis ſcopum, ajebant, animi tranquillitas facit, quam ſolum adipiſci poſſumus, ſi vitam ab omni cura, dolore ac ſolicitudine alienam ducamus. Immo, addebant, nulla voluptas cum ſolicitudine permiſcenda eſt (*d*). *Semedus* noſter (*e*) oculatus & auritus teſtis ſectae Sinenſi *Tauſorum* authorem quemdam Philoſophum *Tauſu* nomine adſcripſit. At vereor ne hic ille ſit, quem cum aliis *Lanzu* mox nuncupavimus. Heu quanta, bone Deus, inter agentes de antiquiſſimis rebus Sinenſium & nominum & geſtorum varietas & confuſio!

III. *Buddas* veterrimus Indorum Philoſophus, quem Japones dixerunt *Xaca*, Indi *Rama* Tunquini populi *Chiaga*, Sinenſes *Foë Kiao*, Siamenſes *Sommonacodos* (& quid non alii?) vetuſtiſſimae ſectae Xacanae apud Sinas inſtitutor, de quo peraeque fabuloſe ac perobſcure feruntur plurima, ſummam hominis felicitatem non quidem in bono aliquo peculiari, ſed in mero vacuo & nihilo conſtituit, puta in nuda cujuſque mali, quo poſſit homo excruciari, privatione, quam alii abſolutiſſimam ἀπαθείαν non minus abſurdam, quam impoſſibilem, vocarunt (*f*) (*).

(*d*) Conf. cit. *Capaſ.* a p. 45. ſub fin.

(*e*) In hiſt. regni Sinenſis par. 1. c. 18. p. m. 111.

(*f*) Perridiculum ſyſtema pluribus explicant, ac derident rerum Sinenſium Interpretes cum *Proſpero Intorcetta* & *Sociis* de ſcientia Sinenſi, in prooemiali declaratione §. 4.

ADNOTATIO.

(*) COpioſiſſimus heic nobis eruditionis campus aperitur pro illuſtrandis hiſce tribus articulis, Sinenſem ſcientiam, de qua tot, tantaeque inſurrexerunt apud Eruditos controverſiae, ſpectantibus. At calamum premit religio, ac debita recentibus decretis reverentia, ne quid ſcribamus, quod *Ritus Sinicos, eorumque controverſias, aut illorum occaſione exortas* vel leviter quidem contingere videatur. (Lege Indicem librorum prohibitor. de an. 1758. p. XXXVIII. §. IV. ſub fin.)

Unum vero ab ejuſmodi argumento ſummè diſtans ſufficiat curſim ominando diſquirere, aetatem videlicet famigeratiſſimi Philoſophi. Porro hic ille *Buddas* eſt, quem, ut author eſt *Hieron.* in Jovin. l. 1. n. 42. ex traditione Gymnoſophiſtarum Indiae, e latere ſuo virgo mater generavit, (non autem qui ex ſuo latere virginem genuerit, ut incaute ac plane dormitans adſerebat recentior quidam Scriptor inſtitutionum hiſtoriae philoſophicae l. 3. c. 4. prop. 2. ubi de Budda ſermonem inſtituit) & quem Indi, teſte *Clem. Alex.* l. 1. ſtrom. p. m. 305. ſub med. propter inſignem (ipſorum opinione) virtutem ut Deum honorarunt. Conſentiuntque ſectarum Sinenſium Interpretes cum cit. *Intorcetta* & *Brucker.* hiſt. phil. t. 1. l. 2. c. 4. §. 5. p. 202. ſq.

Jam ſi audias pleroſque cum *Iollio* in inſig. itin. Italici & *Jac. Thomas.* de Manetis dogm. hiſt. ſap. & ſtult. t. 1. ar. 1. c. 5., hic ille *Buddas* fuit Manetis praeceptor aut diſcipulus, graeco nomine *Terebinthus*, de quo in actis Manetis fuſe diſſeritur.

Cetetum longe alius is Buddas fuit; Perſa quidem, non Indus, qualem laudati *Clemens* & *Hieron.* illum repraeſentant; nec iſtum ullus confinxit e virgine fuiſſe genitum; uti pluribus hoc argumentum perſequitur qui de geſtis Buddae hujus ſeu Terebinthi adcurate agit, fabulaſque ex confuſione nominum ac perſonarum ſubortas detegit *Beauſobrius* de Manich. t. 1. par. 1. c. 5. p. 55. ſqq.

Longe autem antiquior Terebintho Buddas noſter. Quanto vero tempore? Quis adſerat, quum de hoc Philoſopho incerta ſint omnia? Conjectat cit. *Brucker.* p. 203. eum

ante

IV. *Ariſtippus*, Cyrene, quae Africae eſt, ortus, Socratis coaevus, Cyrenaicae Sectae Parens, docuit, extremum hominis finem voluptatem eſſe corpoream : ac eo quidem finem vitae a beata vita differre, quod vitae finis ſit voluptas particularis, at vita beata ſit particularium voluptatum collectio (*g*).

V. *Stilpo*, Megariae Hellados oppidi natus, Ptolomeo priore regnante florens, Megaricae Scholae aliquando princeps, ſummum bonum in abſoluta pariter ἀπαθείᾳ, ſeu in mente haud ullis paſſionibus obnoxia conſtituit (*h*).

VI. *Speuſippus*, patria Athenienſis, proximus Platoni in Schola ſubceſſor, defendit, Beatitudinem eſſe perfectum habitum in iis, quae ſunt ſecundum naturam (*i*).

VII. *Polemo* item Athenienſis, & Xenocratis ab an. I. Olymp. CXVI., ut fertur, in Schola ſubceſſor, docuit, ſummum bonum eſſe vivere ſecundum naturam (*k*).

VIII. *Lycon*, aut *Glycon*, Troadenſis, Stratonis lampſaceni auditor & in Scholae regimine ſubceſſor ab Olymp. CXXVII., adſeruit, verum hominis finem eſſe laetitiam (*l*).

IX. *Critolaus* & *Diodorus*, Ariſtonis ſubceſſores, Lyconi ferme penitus adhaeſerunt. Eorum nempe primus tenuit, ſummum bonum eſſe perfectionem vitae, ſecundum naturam recte fluentis (*m*); alter vero hominis finem eſſe citra ullam moleſtiam, & honeſte vitam ducere (*n*).

X. *Socrates*, clariſſimum illud Graeciae lumen & ornamentum, Sophroniſco patre lapidario, matre Phaenareta obſtetrice natus, Athenienſis patria, pago Alopecenſis (*o*) Platonis Magiſter, moribus integer, ſcientia longe eminens, omnium denique ſapientum laude celebratiſſimus, cicutam juſſus bibere Archonte Lachete vita functus, ut fertur, Olymp. XCV. an. I. aetatis 70. ultimum finem, aut ſummum hominis bonum in vera ſcientia repoſuit. Ajebat enim „ & unicum eſſe bonum, ſcientiam ; & malum contra unicum inſcitiam „ Summam moralis philoſophiae Socratis, huic innixae dogmati debemus *Bruckero*, qui eam e claſſicis Sriptoribus collegit (*p*).

XI. *Se-*

ante tempora Alexandri Magni floruiſſe. Neque vero in re tam obſcura & vel eruditiſſimis viris inexplorata, quid ei contra reponamus occurrit. Lege Cl. V. *A Benettis* in chronol. & crit. hiſt. t. 2. art. 2. p. 371. ſq. & 498. ſq. De rebus Sinenſium plura *Brucker.* in loco cit. & inſuper in t. 5. a p. 846.

(*g*) Conf. *Lactant.* de Inſt. l. 3. c. 7. *Diog. Laërt.* de vitis & dogm. Philoſ. l. 2. *Aelian.* Var. Hiſtor. 19. 20. *Tulli.* Acad. q. 4. 7. ac de Offic. 3. 33. *Sext. Emp.* l. 8. adv. Mathem. *Athenae* . l. 12. *Epiphan.* contra haereſ. tom. 2. l. 3.

(*h*) Vide ſis *Plutarch.* & *Hesych.* in Stilponis vita, necnon *Laërt.* l. 2. in Stilp.

(*i*) Ap. laudat. *Laërt.* in Speuſippo.

(*k*) Conf. *Tull.* l. 4. de fin.

(*l*) Ex *Clem. Alex.* 2. ſtrom. ubi eum adpellat. Peripateticum.

(*m*) Ap. laud. *Cl. Al.*

(*n*) Ap. *Tulli.* de fin. l. 4. & 5. & ap. *Cl. Al.* 1. ſtrom.

(*o*) Ex *Laërt.* l. 2. ſegm. 18.

(*p*) In hiſt. philoſ. t. 1. p. 564. ſqq.

XI. *Secta Cynica*, parente *Antisthene* Athenienſi, qui primum Gorgiae Oratoris, deinde Socratis auditor fuit, pro dogmate habuit, finem hominis eſſe vitam degere ſecundum virtutem, virtutem hanc doctrina adquiri poſſe, non vero amitti; amore dignum ſapientem eſſe, nec peccatis obnoxium, ſimilique amicum eſſe, & fortunae nihil permittere (*q*) (*).

XII. *Stoica Secta*, Authore *Zenone*, Cittieo ſeu Cittico, Mnaſei aut Demei filio, ex Cypro, graeco oppidulo, Phoenicibus adcolis, decre-

(*q*) Conf. *Laërt.* l. 6. a ſegm. 1. ad quem non gravatur lectorem remittere *Suidas* in Antiſthene.

ADNOTATIONES.

(*) I. *Ulianus* Imperator in orat. 6. edit. Spanhem. Lipſ. de an. 1696. ad p. 187. de Cynica profeſſione differens, haec habet „ Sectae illius conditorem ac principium „ inveſtigare difficile eſt, etſi nonnullis placet authorem fuiſſe Antiſthenem aut Diogenem. Verum, quod non inſcite dixiſſe „ mihi videtur Oenomaus, Cyniſmus neque „ Antiſtheniſmus eſt, neque Diogeniſmus „.

Et vero cit. *Laërt.* Juliano longe antiquior, quippe qui ſub an. Ch. 140. florebat, ac in vitis, placitiſque priſcorum Philoſophorum ſi quis alius verſatiſſimus, ad l. 6. ſeg. 2. nulla haerens dubitatione, Antiſthenes, inquit „ Cynicam primus ſectam inſtituit „ Quin & Diogenem, dum ejus enarrat geſta in eodem libro, ſaepe *Cynicum* vocat, tanquam ſectae adſeclam, minime inſtitutorem; cui praeter alios adſtipulatur *Hieronym.* inquiens l. 2. adv. Iovin. n. 14 „ Hujus (Antiſthenis) Diogenes ille ſectator fuit „.

Scio equidem pauciores aliquos, generatim indicatos a *Menag.* in Laërt. l. 6. nota 29. pro authore Cynicorum habuiſſe Diogenem, eo fortaſſe commotos dubio, quod vidimus a Juliano leviter propoſitum. Ceterum numeroſiſſima Eruditorum cohors a ſententia Laërtii, cui praeluxerat *Tullius* l. 3. de oratore, ac ſaepe alias, ſine dubio ſtat.

Sic enim *Arrianus* de Cyniſmo l. 6. c. 22. & alibi, *Lenglet du Freſnoy* in Lactant. inſtit. l. 3. c. 15. ſub fin. *Vives* in S. Aug. de civ. D. l. 19. c. 1. & ſaepius, *J. Alb. Fabr.* bibl. gr. in Antiſthene, *Suidas* etiam in Antiſthene, *Brucker.* hiſt. phil. par. 2. l. 2. c. 8. §. 1. a. p. 860. ubi perplurium cenſum habeto.

II. Anne vero inſignis illa & plane ſingularis, quam ſectae hujus dogmata, plurague geſta praeſeferebant, virtus ab aliis plerumque factis enormiter diſcordarit? Ita quidem, ſi antiquorum & recentium ſuffragiis ſtandum ſit. Paſſim quippe legeris, ceu rabidos canes aliis adlaſtrare, ceteros conviciis proſcindere, externam decori rationem negligere, prorſuſque repudiare inaudito ſcandalo.

Haec in Cynicis pene omnes abominantur: *Origenes* hom. 4. in Exod. n. 6. (ubi tamen minus recte dixit, Cynicos etiam voluptatem & libidinem ſummum praedicare bonum, niſi fortaſſis haec de pleudo-cynicis intellexerit) *Lactant.* inſt. l. 3. c. 16 *Auguſt.* civit. l. 14. c. 20. Cynicos adpellans *Philoſophos Caninos*; quibus e recentioribus ferme pleroſque omnes adnectere liceat.

Sed hanc tamen vulgatiſſimam opinionem tribuendam & concedendam eſſe adverſus poſteriores Cynicos, ſolide ſatis conjectatur laud. *Brucker.* eodem tom. 1. p. 869. ſq. minime adverſus Antiſthenem, ejuſque primaevos adſeclas; quippe quorum una vox erat, auſterioris vitae teſtimonio comprobata „ malim inſanire, quam voluptate perfrui „.

Cauſſae vero e quibus in iſtos tanta aequalium ſectarum invidia, tot pervulgatae fabulae, tot calumniae, totque convicia, quae aduſque ſecula longe poſteriora ceu in vera facta jure contorta obtinuerunt, enata ſunt, ingenioſa quidem & ſatis veroſimili deductione recenſentur ab eodem *Bruckero*; a cujus propterea opinamento in obſequium veritatis haud multum nos abhorremus. Eum tamen funditus expendat lector, & cauſſam judicet, dum nos ad cetera feſtinamus.

decrevit, unicum & ultimum hominis finem esse consentanee secundum naturam vivere (r).

XIII. *Stoici Anonymi* dixerunt, summum hominis bonum esse virtutem naturalem sequi (s).

XIV. *Herillus*, gente Chalcedonius vel potius Carthaginensis, qui Romae floruisse dicitur Olymp. CXXV., Zenonis auditor, statuit, extremum hominis finem scientiam esse. Hoc autem non de nuda cognitione intellexit, ut passim ejus sententiam interpretatur *Tullius* (t); sed, si *Laërtium* audiamus (u) cui adcessit *Suidas* (x) decrevit, finem hominis esse ita semper vivere, ut cuncta ad vitam cum scientia referat. Qua quidem ratione non tam certitudinem speculationum, quam normae, ad quam debeat homo vivere, commendavit.

Docuit deinde, nullum aliquando esse homini finem, sed eum a rebus quandoque mutuari, ut si idem aurum & Platonis & Zenonis fiat statua. Sed haec tamen secta sole surgente nata, cadente cecidit (y).

XV. *Ariston* gente Chius, cognomento *Phalantus* & *Siren*, qui floruisse fertur insequente Olymp. CXXVI., Miltiadis filius, aliis praeceptor, Zenonis item discipulus, adseruit, finem & summum bonum in rebus virtutem inter & vitium mediis consistere, videlicet indifferentibus, ita ut neutram in partem quis impellatur, nec in iis minimam differentiam admittat (z).

XVI. *Dionysius Heracleotes*, Theophanti genitus, Zenonis auditor, & ab Stoicis deinceps ad Cyrenaicos transfuga, summum bonum in corporea voluptate constituit; addiditque inane esse Honesti nomen (a).

XVII. *Clean-*

(r) Abunde plura de hocce Stoico placito qui nobis otium fecerunt. Conf. *Varron. Tulli. Aug.* proxime laud. tum *Laërt.* l. 7. in Zenone cum Observationibus & notis *Aegidii Menagii*, *Isaaci Casauboni*, *Th. Aldobrandini* & *Mer. Casauboni* ad ipsum Laërt.; necnon *Just. Lipsius* in Stoica Physiologia, *Jac. Thomasius* in exercit. de exustione Mundi Stoica & differt. 21. ad historiam Stoicae Philosophiae facientibus, *Thom. Burnetus* Archaeol. Philosoph. l. 1. c. 12. a p. m. 380. *Stanlei.* hist. philos. *Brucker.* hist. phil. to. 1. par. 2. l. 2. c. 9. sec. 1. a p. 893.

(s) Conf. *Lactant.* 3. Inst. c. 7. ibique suum Adnotatorem *Nicol. Lenglet Dufresnoy*.

(t) L. 2. de fin. & Tusc. qq. l. 4. 5.

(u) L. 7. in Herillo.

(x) T. 3. in τέλος.

(y) Consul. *Tulli.* laud. & de orat. l. 3. c. 17. *Laërt.* & *Suid.* citt. *Lactant.* Inst. l. 3. c. 7. & Epit. Inst. c. 33. *J. A. Fabrici.* Bibl. graec. l. 3. c. 15. in catalogo Stoicorum in Herillo; qui tamen ab Stoicorum doctrina plurimum defecit, atque adeo ab ejusmodi catalogo merito expungendus videtur, *Brucker.* nuper laud. c. 9. sec. 2. §. 4.

(z) Vide sis *Laërt.* l. 7. *Tulli.* Acad. qq. l. 4. c. 41. & l. 4. de finibus. *Suid.* in Ἀρίστος, *Cl. Al.* 2. strom. *Meursium* Biblioth. graec. *Jonsium* de Scriptor. Hist. Phil. *J. A. Fabric.* Bibl. graec. in mox laud. Stoicor. catal. in Aristone, *Brucker.* proxime laud. §. 3. *Menagium* in observat. ad Laërt. l. 7. segm. 160.

(a) Conf. *Tulli.* Acad. qq. l. 4. & Tuscul. qq. l. 3. & de finib. l. 5. *Lucian.* in Bis accusato, *Athenae.* Var. x. 10. *Menag.* in Laërt. l. 7. seg. 166. sq. ipsum *Laërt.* l. 5. seg. 92. & l. 7. seg. 23. 37. 166. *Jonsius* mox laud. *Fabric.* proxime cit. in Dionysio.

XVII. *Cleanthes*, ex Aſſo, urbe Aeolidis (*b*), vel Liciae (*c*) Phaniae filius, Zenonis auditor, & in cathedra ſubceſſor; vitae finem & beatitudinem poſuit in vivendo naturae convenienter, & in bene ratiocinando; hoc eſt in iis, quae ſecundum naturam ſunt, eligendis (*d*).

Et ea quidem additione, videlicet *in bene ratiocinando*, me judice, nihil aliud intendit Cleanthes, quam clarius explicare Stoicam doctrinam Zenonis, in cujus nempe decretis perſtitit, teſte *Laërtio* (*e*). Neque vero praefatum illud additamentum memorant, quos conſului, laudatus *Laërtius*, ejuſque alias adpellati *Adnotatores* cum *Aegidio Menagio*, *Bruckerus* (*f*) *J. A. Fabricius* (*g*).

XVIII. *Democritus* nobilis Abderites, Leucippi in Eleatica Schola Sectarius, qui extinctus fertur Olymp. XCIV. centenario major, ſuum de fine ſyſtema procudit, in quo pro capitali & primo omnium dogmate ſtatuit ultimum hominis finem in conſtanti animi tranquillitate, cujuslibet perturbationis experte, hoc eſt in abſoluta ἀταραξία (*h*).

XIX. *Ariſtoteles*, Stagirae ortus, patre Nichomaco medico, matre Phaeſtide, Scholae Peripateticae facile Princeps, vita functus, ut fertur, Olymp. CXIV., pro baſi & cardine ſui de Fine Syſtematis, decrevit, moralem hominis felicitatem aut Beatitudinem non conſiſtere in voluptate corporis, aut divitiis, aut gloria civili, aut potentia & nobilitate, aut contemplatione intelligibilium rerum aut idearum; ſed duntaxat in animi functione & operatione ſecundum virtutem (*i*).

XX. *Altera Peripateticorum Claſſis* ſummam hominis felicitatem in bonis animi, & corporis & fortunae conſtituit (*k*) (*).

XXI. *Calli-*

(*b*) Ap. *Stanlejum* Hiſt. Phil. par. 8. & *Fabric.* cit. in Cleanthe.

(*c*) Ut placet *Oleario* & *Bruckero* cit. §. 6. ex *Strabone* l. 13.

(*d*) Ita *Clem. Alex.* 2. Strom.

(*e*) L. 7. in Cleanthe.

(*f*) Proxime cit. §. 6.

(*g*) Ubi nuperrime in Cleanthe.

(*h*) Conf. *Laërt.* l. 9. ſeg. 45. cum Interpretibus, *Cl. Al.* l. 2. Paedag. & 2. Str. *Jonſ.* cit. in Democrito, *J. A. Fabric.* Bibl. graec. l. 2. c. 23. §. 5. *Brucker.* laud. par. 2. l. 2. c. 11. §. 22. ubi de Secta Eleatica.

(*i*) Conf. ejuſdem *Ariſtotelis* ſcripta Ethica ad Nicomachum filium, & Magnorum Moralium Libros II., quos contra Hugon. Grotium, & Jonſium vindicavit Ariſtoteli *Voſſius* l. de Philoſophia c. 18. § 8. tum *Laërt.* l. 5. ſeg. 31. cum Interpr. *J. A. Fabric.* Bibl. graec. l. 3. c. 6. §. 29. *Stobaeum* Eclog. phyſ. & eth. l. 2. *Stanlejum* hiſt. philoſ. in Ariſtotele, *Brucker.* cit. par. 2. l. 2. c. 7. ſec. 1. §. 19. *Lactant.* Inſt. l. 3. c. 7. ſub fin.

(*k*) Ap. *Lactant.* 3. Inſt. c. 7. & 8.

ADNOTATIO.

(*) POrro *Tullius* l. IV. de finibus tria Peripateticorum genera diſtinguit, & *Franciſcus Patricius* in diſcuſſionibus Peripateticorum to. 1. lib. 11. decem eorundem ordines enarravit; in neutro tamen reperire licuit, cui ipſorum generi aut ordini perſcriptum dogma, quod Lactantius generatim Peripateticis adfixit, tribuere debeamus.

Nec

XXI. *Callipho* & *Dinomachus* finem ultimum honeſtatem cum voluptate conjunctam voluerunt (*l*) (*).

XXII. *Diodorus*, Amenii filius, Jaſeus, & cognomento *Cronus*, Secta Megaricus, aliis cum *Laërtio* (*m*) Socraticus, ſummum hominis bonum in cujuſcumque doloris privatione, una cum honeſtate collocavit (*n*).

XXIII. *Hieronymus* gente & cognomine *Rhodius*, Arceſilao aequalis, ſummum bonum dixit, ſimpliciter non dolere, atque adeo voluptatem haud eſſe expetendam (*o*) (**).

XXIV. *Epicurus*, Scholae Epicureae Parens, in Gargetto Athenarum pago ex nobili genere natus, ſeptem annis poſt Platonis obitum, & fato functus, ut ferunt, Olymp. CXXVI. 2., in ethica de fine hominis doctrina ſtatuit, vitae beatae finem ſitum eſſe in voluptate, non quidem libidinoſa, ſed in ea quae dicitur corporis indolentia & mentis tranquillitas, & quam potiſſimum virtutes pariunt (*p*) (***).

XXV. *M. Tul-*

Nec id quidem ſatis explicant in ſuis Philoſophiae hiſtoriis, a nobis conſulti, *Laërtius* cum Interpretum notis, *Stanlejus*, *Capaſſus*, *Bruckerus*. Loquitur, me judice, Lactantius de nonnullis nomine Peripateticis, qui Ariſtoteleam doctrinam funditus amplecti in ſpeciem profitentes, quoad plura dogmata ab Stagirite deſciverant; quos nempe multos retulit *Bruckerus* tomo 2. period. 2. par. 1. l. 1. c. 2. ſec. 5. §. 2. ubi de ſecta Peripatetica.

(*l*) Ap. *Lactant.* 3. Inſt. c. 7. & 8. & quoad Calliphonem *Tulli.* 5. de fin. & ipſum quoad utrumque l. 3. de offic. ſub fin.

ADNOTATIO.

(*) SUnt qui ambos hoſce Philoſophos ita ſentientes Secta Cyrenaicos velint; ſed ab iis illos verius diſtinguunt *Tullius* laudatus 3. de Offic. & *Lactantius*; ac res quidem ipſa clamat, ſi expendatur Cyrenaicum de fine Syſtema nuper expoſitum num. 1v.

(*m*) L. 2. qui eſt de Socraticis.

(*n*) Ap. *Tulli.* l. 5. de finib. verſus fin. & *Lactant.* inſt. l. 3. c. 7. Conf. laud. *Brucker.* t. 1. p. 2. l. 2. c. 4. §. 7. & laud. *Fabric.* l. 3. c. 31. §. 5. in Diodoro Crono.

(*o*) Ap. *Tulli.* l. 1. de fin. paullo poſt init. & l. 5. fere verſ. fin. eumque exſcripſit *Lactant.* 3. Inſt. c. 7.

ADNOTATIO.

(**) HUnc *Athenaeus* Var. l. x. Ariſtotelis diſcipulum vocavit, & *Laërtius* l. 4. ſeg. 41. & l. 5. ſeg. 68. ſimpliciter Peripateticum: quid vero, ſi a praecipuo Ariſtotelis circa finem ſyſtemate deſcivit? Heinc rectius cum *Patricio* Diſc. t. 1. l. 12. dixeris, Hieronymum primum omnium fuiſſe, qui Peripateticam doctrinam cum diverſis aliarum Sectarum dogmatibus miſcuit: quo plane Athenaeus, & Laërtius cum rei veritate quadantenus conciliantur.

(*p*) Conf. *Tulli.* l. 1. de fin. *Lactant.* 3. Inſtit. c. 7. *Laërt.* l. 10. a ſeg. 1. cum Interpretibus, & praeprimis *Menag.*

ADNOTATIO.

(***) ET quidem ita cenſuiſſe exiſtimandus eſt Epicurus, vir alioqui caſtus & frugaliſſimus, ac ſuis in Hortis docuiſſe; loquutus nimirum hoc dogmate de voluptate, non carnali ac ſenſili, ſed ſpiritali & philoſophica. Ita plane eruitur ex perpaucis, quae ſu-

XXV. *M. Tullius Cicero*, Arpini, quod in Italia Volſcorum oppidum eſt, ortus an. ab Urbe condita 648. Olymp. CLXVIII., patre, ut ferunt, Equite Romano, matre Helvia (*q*) & miſſis a Marco Antonio ſicariis trucidatus an. aetatis 64., Oratorum & Romanae Eloquentiae facile princeps, & clarus Philoſophus; eorum ſequutus eſt & ſaepe adſeruit doctrinam, qui virtutem ipſam a natura profectam ſummum hominis bonum, & finem ultimum inconſiderate putaverunt (*r*).

Quid vero plures recenſeam? Turbam inſuper aliorum magnam numeravit *Clem. Alex.* (*s*) Profecto quicumque ex ethnicis Philoſophis de ultimi finis notione diſputarunt, aut ſcripſerunt, Errones abſque dubitatione habendi ſunt. Nec ſecus quidem ipſis adcidere potuit, quum vera ejuſmodi finis notio non niſi a ſuperna revelatione, quam iidem non noverant, repeti valeat. Turbam hanc miſeram inſipientium pluribus confodiunt antiqui Patres cum *Clem. Al.* (*t*) *Auguſt.* (*u*) *Ambroſ.* (*x*) *Lactant.* (*y*).

Sed iis tamen recenſitis Ethnicis alterius impiae claſſis homines ſubjungendi veniunt. Videlicet

I. *Judaei*, qui bonorum operum mercedem in praeſenti dunta-

ſuperſunt ſcriptis, ſaepe indicatis a *Laërtio*, *Petro Gaſſendo*, *Bruckero*, *Baelio*, aliis.

Et ita merito pluribus contendunt quammulti magni nominis viri, hujuſce eximii Philoſophi contra alios aeque nobiles adverſarios cum *Athenaeo* l. 3. 8. 10. & *Suida* in Epicuro, *Burnetio* in archaeologiis philoſophicis lib. 1. c. 13. Apologiſtae, quibus ſubſcribimus, videlicet *L. Torquatus*, *Juvenalis*, *L. An. Seneca*, *Greg. Nazianzenus*, *Hieronymus*, *Arnaldus*, *Montana* ap. & cum *Franc. de Quevedo* to. 4. Oper. ubi de Stoica doctrina, *Lactant.* 3. Inſt. c. 7. & in Epitome Inſt. c. 33. qui tamen parum ſibi conſtans jure notatur, quod eodem lib. 3. cap. 17. Epicurum voluptatis corporis adſertorem, & cap. 27. voluptarium hominem nominet ex *Tullio* 2. Tuſcul.

Tum rurſus *Seneca* de vita beata c. 12. & 13. *Petr. Victor.* Variar. Lect. l. 27. c. 14. *Gaſſendus* in vita Epicuri & animadverſionib. in l. 10. *Laërtii*, illius adſeclae, juratique defenſoris, cum *Menagio*, ac ceteris pene *Commentatoribus*. Inſuper *Stanlei.* hiſt. Philoſ. ubi de Secta Epicurea, *D. B. Des Coutures* in Philoſ. morali Epicuri, *Stollius* in Hiſt. Phil. mor. Gent. §. cix. *Brucker.* laud. par. 2. tomi primi l. 2 c. 13. §. 4. 14. & alias: plures denique referunt *Petr. Baelius* in Lexico nota M. & *Heumannus* in Act. philoſ. ubi de Epicuro.

Heinc porro non levem a veteribus & junioribus paſſus eſt Epicurus injuriam, quum Cyrenaica ei voluptariorum hominum doctrina non abſque contumelia adfricaretur: adeo nec mihi laudandus *J. A. Fabricius* ubi poſt recenſitam Epicuri & Epicureorum familiam in Bibl. graec. l. 3. c. 33. §. 3., proxime §. 4. *Epicureis*, ait, *merito a ſe ſubjungi voluptarios Cyrenaicos*; quos quidem immerito ſubjungit ut copulet. Ne pluribus in hanc Epicuri innocentiam diſquiramus, otium fecerunt potiſſimum laudati *Gaſſend.* & *Brucker.* oppido conſulendi.

(*q*) Conf. *J. A. Fabricius* in Biblioth. latina l. 1. c. 8. n. 1. & in Supplem. l. 1. c. 8.

(*r*) Sic idem *Tulli.* l. 7. Tuſcul. qq. & 5. de Fin. & 1. de Legib. eumque exſcripſit *Lact.* 3. Inſt. c. 8. Conf. laud. *Brucker*, t. 2. per. 2. par. 1. l. 1. c. 1. a §. 17.

(*s*) II. Strom. p. m. 418. ſqq.

(*t*) In Stromat. ſparſim.

(*u*) L. 19. civ. c. 4. cui adde Notas *Vivis* & *Cocquei*.

(*x*) L. 2. de Offic. Miniſtror. c. 2.

(*y*) In libris Inſt. & in earumdem Epitome.

xat vita ſe adcepturos & adſerebant & ſperabant (z) tum qui vitae aeternae felicitatem in deliciis hujus vitae reponebant (a) profecto aeternae beatitati ſummum bonum aut ultimum hominis finem adimebant (*).

II. *Cerinthus* ille, damnatae memoriae vir, quem alicubi *Cyrillus* Hieroſolym. vaſtatorem Eccleſiae nominavit, ultimum hominis finem in obſcoenis corporum voluptatibus fortaſſe repoſuit; ubi nempe decrevit millenarium Chriſti regnum poſt reſurrectionem in terris futurum, ſub quo rurſum homines Hieroſolymis degentes cupiditatibus & voluptati corporis impune indulgeant (**).

III. *Mahu-*

(z) Ex *Luca Brugenſi* ap. Baſnag. hiſt. Judaeor. l. 4. c. 31. §. 1. & ex *Galatino* de arcan. cathol. veritatis l. 12. c. 6. ſub init.

(a) Ex *Pfeiffero* de theol. judaica in epiſt. nuncupat. §. 17.

ADNOTATIO.

(*) QUod cruda haec atque inſana opinio, Galatino junioribus, & Pfeiffero veteribus, & Brugenſi demum antiquiſſimis Judaeis generatim tributa, ſi qua ſit, paucorum duntaxat privatorumque hominum fuerit, minime apud Eruditos in dubium verti poteſt. Hoc ſiquidem de ſempiterna beatitate dogma cunctis, aut ſaltem praecipuis Judaeorum Sectis, ſi Sadocaeos excipias, communis fuit.

Illud nimirum ratum tenuit univerſim Hebraeorum Synagoga; id enim ipſa credere profitetur in undecimo ex articulis tredecim ſuae fidei, quos nobis expoſuit *Buxtorfius* in Synagoga judaica cap. 3. num. XI. & 11. id quod pluribus illuſtratum videre eſt ex eiſdem Hebraeis ſapientibus ap. cit. *Baſnag.* l. 4. c. 1. & c. 32. §. 16. eodemque recidit exoterica Iudaeorum philoſophia ap. *Brucker.* in hiſt. phil. t. 2. p. 506. §. 72.

Tum Talmudici, ut conſtat ex pluribus e Talmude petitis teſtimoniis, quae congerere libuit citato *Galatino* l. 12. c. 6. *Lightfooto* ad loca Evangeliſtarum ſparſim, *VVindeto* de ſtatu vita functorum ſect. 7. Karaei itidem, quibus hoc fuit dogma ap. *Brucker.* cit. p. 742. §. 10. „ Mens poſt mortem, ſi digna eſt, „ adſcendet in mundum intellectualem, qui „ ſeculum vocatur futurum & paradiſus, ut „ intellectualibus adfixa vivat in aeternum „.

Phariſaei pariter, ut locuples teſtis eſt *Joſeph.* antiq. judaic. l. 18. c. 2., nec non Cabbaliſtae, quibus ſollemnis adſertio eſt de vita aeterna & ſede beatorum, intimaque cum Deo ceu fine ultimo conjunctione poſt abſolutiſſimam per confictas animae revolutiones purgationem; de quibus plura Cabbaliſticae diſciplinae tractatores cum *Moro* in Cabbala denudata, *Bergero* in Cabbaliſmo Judaico-Chriſtiano ubi de Cabbala dogmatica, *Bruckero* cit. ubi de philoſ. Cabbaliſtica.

Plerique demum ſingillatim Rabbini Scriptores, quos in hanc rem protulit cit. *Galatin.* l. 12. c. 7. aliique permulti, ſparſim laudati ab Interpretibus rerum Judaicarum ubi de hoc dogmate occurrit ſermo.

Adde, Sadoceos apud reliquas Hebraeorum factiones eo praeſertim titulo haereticos haberi & conclamari, quod quum nec vitam, nec reſurrectionem poſt fata futuram concederent, aliam quoque vel jutitiae mercedem in coelis, vel ſcelerum poenam in gehenna conſequenter inficiabantur.

E quibus denique facile ſuſpicari poſſis, eos, quibus praelaudati Authores impiam hanc doctrinam adſcribunt, non niſi e foece Saducaeorum exſtitiſſe. Et haec ſatis de argumento poſtmodum retractando.

ADNOTATIO.

(**) HOcce perfidi hominis decretum ex *Cajo* Presbytero Romano, ac *Dionyſio* Alexandrino Epiſcopo primus, quod ſciam, literis prodidit *Euſeb.* hiſt. eccl. l. 3. c. 28. & l. 7. c. 25. eumque deinceps vulgo exſcripſerunt plerique omnes *Haereſeologi* cum ve-

III. *Mahumedani* a Pſeudo-Propheta ſuo ſeducti, deſipuerunt. Hic enim in Alcorano pro ſummo bono, & ultimo fine ſuis Paradiſum laſciviis ac belluinis voluptatibus confertum centies offert: immo nulla pene in re Alcorani vanitas & impoſtura clarius oſtenditur,

veteres, tum recentes ac juniores.

Anne vero ex ſtultiſſima poſitione legitime ſubinferre poſſis, ejus Authorem collocaſſe ultimum finem hominis in terrenis corporum illecebris? At poterat nihilominus Cerinthus fateri, poſt emenſum in terris millenarium illud Chriſti regnum, aeternam homini in coelis beatitatem futuram, uti fine dubio faſſi ſunt Patres illi, qui honeſtum Millenium admiſerunt, poſtmodum advocandi. Quid autem ſi obcoecatus is impoſtor illam inſuper non noverit, immo integram conficto ſuo millenio circumſcripſerit?

Haec porro dubia diſerte ſolvere videtur *Caſtrus* l. 3. adverſus haereſes art. *Beatitudo*. haer. 2. haec adſerens de opinione Cerinthi „ ... Nec docuit etiam Papias, regnum „ Dei, quod alio nomine beatitudinem aut „ gloriam dicimus, perpetuas habiturum „ carnis voluptates. Nihil enim tale ſenſit; „ Cerinthus ante omnia haec docuit „.

Et nonnullis interjectis „Praeter hoc ſenſit „ etiam (Cerinthus) regnum Dei poſt iſtos „ mille annos in terra, futurum in coelis in „ voluptatibus carnis & in gula & luxuria „ Et paullo poſt, quod id Haereſiarches adſeruerit apertiſſime oſtendi ait ab Euſebio hiſt. l. 3. c. 28.

Scribit inſuper „ At Cerinthus, ut modo enarravimus, carnales dicit futuras delicias non ſolum in illo mille annorum regno, ſed etiam in poſterum, quoniam ea „ in illo Dei regno futura dicebat, quae „ propria libido dictabat, & in illis felicitatem ſummam fingebat „ Ac inde tandem adcingitur ad oſtendendum, ut idem proſequitur „ in illo regno beatitudinis (coeleſtis) „ nullas eſſe futuras carnis delicias, quemadmodum Cerinthus fabulatur „ Haec ille. Quae quidem ſi vera ſint, aeternam beatitatem in deliciis carnis Haereſiarcha conſtituit.

Ceterum ominari egregie contendit Caſtrus, quin ullo ominationem protegat (nec forte protegere poſſit) teſte; quod nempe docuerit Cerinthus, poſt confictum millenium in coelis tranſigendam eſſe beatitatem aeternam in voluptatibus carnis: id quod propoſita dubia inquirebant.

Haereſeologi quidem ac veteris hiſtoriae Scriptores eccleſiaſtici plures vulgo adpingunt Cerintho errores, ac prae ceteris obſcoenum millenium; hunc vero ei tributum a Caſtro plane nullus, quem viderim.

Neque vero huic praeclaro Haereſeologo favet vel minimum, quem diligenter exſcripſit, Euſebius; aliud quippe apud ipſum eo loci deſcriptum de impietate Cerinthi repereris nihil, quam quod commentum millenii concernit.

Haec Hiſtoriographi excerpta ex Cajo de Cerintho „ adfirmans poſt reſurrectionem regnum Chriſti in terris futurum, ac rurſus „ homines Hieroſolymis degentes cupiditatibus & voluptati corporis obnoxios fore. „ Additque ... mille annorum ſpatium in „ nuptialibus feſtis tranſactum iri, quo facilius imperitos homines decipiat „.

Similia haec praeterea ex Dionyſio „ Haec enim fuit opinio, regnum Chriſti „ terrenum futurum: & quarum rerum cupiditate ipſe flagrabat, utpote voluptatibus „ corporis obnoxius carnique addictus, in „ iis regnum Dei ſitum fore ſomniavit ... in „ cibo & potu ac nuptiis, atque ut honeſtiori vocabulo ejuſmodi voluptates velaret, „ in feſtis & ſacrificiis & hoſtiarum mactationibus „ Haec ibi.

Quo autem pacto ex iis, quae unum adſerunt regnum Chriſti terrenum in obſcoenis voluptatibus ſitum, extundat Caſtrus vel ſubinferat, aut interpretetur (quo ſibi paret hoſtem quem polemica diſſertatione confodiat) coeleſte inſuper ac non millenarium, ſed aeternum Chriſti regnum paribus conſtans oblectamentis, ominetur qui oedipus eſt.

Fortaſſe impius ille, quod mox innuimus, aeternam coeli beatitatem non novit, ſed duntaxat terrenam millenariam ſibi confictam; & inde quidem liquido erueres, non minus eum erraſſe in commento millenii ac deliquiſſe in poſtremum hominis finem. Licet autem haec ita fieri potuerint, re tamen eveniſſe quis prudenter adfirmet abſque teſte, qui nuſpiam ſuppetit.

Abſit ergo ut Cerinthum, alias obſcoeni millenii damnandum Auctorem, inter Errones hujuſce capitis recenſeamus, quidquid contra ſapientiſſimus Caſtrus praefervide declamitet.

quam ubi de ſumma hominis felicitate diſſerit: tota quidem in Mahomedanico Paradiſo beatitudo, crapula & venus; fontes, fructus, torques aurei, lecti ſerici, aulaea, pulvinaria, pincernae, uxores ad libidinem tantum explendam, eam beatitatem conſtituunt. Ita legitur in Alcorani Suris, praeſertim in 2. 23. 28. 47. 48. 54. 57. 62. 65. Neque vero haec myſtice, ut nonnulla ſimilia in ſacris literis, ſed proprie & corporaliter intelligi voluit impius Dogmatiſtes, & ejus adſeclae intelligere profitentur. Materiam hanc retractabimus ſtatim ubi de coelo Empyreo (*b*).

Et haec ſatis de ineptiis. Ad Quaeſtiones more noſtro elucidandas gradum facimus.

(*b*) Conf. interea *Ludovicus Marraccius* in refutatione Alcorani, praeſertim ad Suras praenotatas, ab eodem ex Arabico latine verſas & oppugnatas.

CAPUT PRIMUM.

Prooemialia de Fine ultimo.

QUAESTIONES DOGM. SCHOL. 4 QUAESTIO I. Num homini ſit Finis ultimus? ADFIRMO (*c*). Quia quodvis creatum habet ſuum finem, ad quem ſuapte natura tendit ſuis operationibus; finis enim eſt ſumma rei perfectio, in qua tanquam in optimo conquieſcit: ergo & habet homo, ne ſit deterioris conditionis. Deinde ſi non daretur aliquid ultimum, quo obtento, homo quieſceret, nec aliquid primum dari poſſet, a quo incipere. Tandem impoſſibile eſt, in finibus ſubordinatis dari proceſſum infinitum: ergo licet poſſint eſſe multi fines ultimi ſecundum quid, datur tamen finis ſimpliciter ultimus, quo obtento plene ſatietur adpetitus, quin aliquid ſibi deſiderandum ſuperſit (*d*).

OBJECTIONES.

5 Obj. Non eſt homini finis ultimus. Nam 1.° in finibus eſt proceſſus in infinitum: tum quia poteſt quis ſimul multos fines ultimos ſibi praefigere: tum quia bonum finis eſt ſcopus voluntatis; haec autem poteſt infinities reflectere ſupra ſe ipſam e. g. volendo aliquid, & iterum reflexim volendo hoc ſuum velle, & ulterius in infinitum. 2.° heinc fieret, quod Deus nihil operari poſſet, niſi propter ſe aut gratia ſui; ſi enim opera ſua ordinet ad alios fines, ipſe deſinet eſſe illorum finis; at Deus amat formaliter creatam bonitatem propter ſe ipſam (*e*): ergo commentitius eſt finis hominis ſimpliciter ultimus.

6 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Adſ.* cum probationibus. Pugnat cum ulti-

(*c*) Cum omnibus tum Catholicis, tum Ethnicis Philoſophis.

(*d*) Conferri poſſunt in hanc rem *D. Th.* 1. 2. q. 1. per tot. *Amic.* t. 3. d. 2. ſ. 1. *Suar.* ad 1. 2. tr. 1. d. 3. *Rhod.* tr. 3. d. 1. *Viv.* p. 2. d. 2. q. 2. *Aran.* baſ. theol. mor. l. 1. d. 2. ſ. 1. *Gotti* de ult. fin. hom. q. 1. dub. 4. §. 2. *Juenin* par. 7. diſſ. 1. q. 1.

(*e*) Quod & *ſupra* nobis adſertum eſt in Tom. II. n. 380. p. 214.

ultimo fine etiam ficto, & adprehenſo pluralitas; nam eſto ex pluribus rebus poſſit unus ultimus finis adprehendi, nequeunt tamen eſſe plures ultimi fines, quum finis ultimus ſit primum, & ultimum principium, in quo perfectiſſime quieſcit homo, qui proinde poteſt ſibi praefigere plures fines partiales, neutiquam plures ultimos totales. Voluntas autem ſaepe circa unum, eundemque ſuum actum reflectit: unde ex ſuis reflexionibus etiam infinitis, probari nequit pluralitas in fine ultimo. Ad 2. *D. Mi.* propter ſe ipſam primario, & tanquam finem ultimum, *N.* ſecundario, & tanquam finem non ultimum, ſeu non ultimate, ut ajunt, *C.* Et *N. Con.* Deus eſt unicus finis ultimus omnium ſuorum actuum, & actuum creatae voluntatis omnium (*f*).

7 QUAESTIO II. Num quidquid adpetit homo, neceſſario adpetat propter ultimum finem? ADSERO 1. Sic adpetit (*g*). Quatenus nempe in objecto cujuſcumque actus quaerit aliquam rationem boni, quae eſt quaedam pars beatitudinis, vel ultimi finis. Quodcumque ſiquidem bonum, hoc ipſo quod bonum eſt, ſuapte natura refertur ad beatitudinem, quae eſt bonum conſummatum, & perfectum, ſicuti pars ad totum. Quocirca in ipſo amore boni particularis includitur amor beatitudinis in communi, ſicut in amore partis amor totius (*h*). Ac eo fortaſſe reſpexit *Boëth.* ubi (*i*) ait, *omnium mortalium cura diverſo calle procedit, ſed ad unum Beatitudinis finem nititur pervenire.*

8 II. Etſi quilibet actus adpetitus, vel voluntatis ſit propter beatitatem in communi, ut Schola loquitur, ſub ſenſu expoſito, non ita tamen propter beatitatem in particulari, nempe propter Deum (*k*). Quia licet id conveniat virtute, ſive interpretatione actui bono, vel indifferenti, minime vero actui criminoſo. Etenim valde diverſum eſt peccatum amare, ac illud propter Deum amare. Ceteroqui verum eſſet, quod latro furatur, & adulter adulteratur propter Deum, & qui odit Dei exiſtentiam, eam adpetit: quae ſane repugnant (*l*).

OBJECTIONES.

9 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Non eſt omnis actus voluntatis humanae modo aliquo propter ultimum finem. Nam 1.° voluntas, quum ſit libera, poteſt ſuas operationes ad finem ultimum non referre: ergo neceſſe non eſt, ut ſemper referat. 2.° ut homo agat propter finem, debet hic qua cognitus eſt movere hominem ad agendum;

(*f*) Legito *Rhod.* cit. q. 1. ſ. 1. §. 1. & ſ. 2. §. 2 *D. Thom.* heic q. 1. a. 4. 5. ibique *Vaz.* d. 5. c. 3. 4. *Arri.* heic d. 46. a n. 55.

(*g*) Haec *D. Th.* 1. 2. q. 1. a. 6. & Interpretes vulgo.

(*h*) Conf. *Vazq.* in *D. Th.* cit. d. 6. c. 2. *Amic* cit. *Arri.* de fine ut ſic d. 46. n. 47. *Eſp.* l. 3. q. 1. *Ovied.* tr. 1. controv. 1. pu. 2. n. 11. *Gon.* t. 3. d. 1. a. 7. *Red.* t. 2. q. 1. a. 2. *Suar.* cit. d. 3. ſ. 6. *Rhod.* d. 1. q. 1. ſ. 3. §. 4. *Gotti* dub. 5. §. 2. *Aliaga* heic dub. 10. §. 2.

(*i*) De conſolat. 3. proſa 2.

(*k*) Ita ſentio cum *Vaz.* cit. c. 3. *Ovied.* n. 16. *Tanner. Gabr. Hurt.* &c. contra Suar. Gon. &c.

(*l*) Recole *Ovied.* n. 20. *Viv.* cit. q. 4. n. 2. *Juen.* proxime cit.

dum ; at ſaepe homo operatur ſine cognitione ultimi finis . 3.° operari propter ultimum finem , eſt ex hujus intentione operari ; atque adeo requirit , ut haec intentio praecedat , & influat in operationem ; at haec intentio ſaepiſſime deficit . 4.° hoc ſaltem verum eſt de actu , qui ſit peccatum mortale , aut veniale ; illud enim eſt contra , & iſtud eſt praeter ultimum finem .

10 R. In primis multa heic diſputantur de voce . Ac forte eo duntaxat vulgo ſuſtinetur hoc Adſertum contra Scotum , ut contra ſentientem (*m*) ſarta tecta ſit opinio D. Thomae ; nam ſeorſim ab hac quaeſtione admittuntur vulgo & ſimpliciter principia , quibus oppugnatur Adſertum commune , quod ſubinde non niſi in ſenſu latiſſimo defendi liceat : adeo , ut dicatur , actum creaturae generatim potius ratione operationis , quam ratione operantis , ad finem ultimum referri , quatenus nempe operatio vel materialiter , vel indirecte , vel implicite oritur a Deo , tanquam a primo principio , ad quem propterea ſuapte natura debeat referri , tanquam ad ultimum finem (*n*) .

11 Deinde ut Majoribus noſtris morem geramus , *N. Adſ.* in ſenſu expoſito . Ad 1. prob: ex quo voluntas operetur , ipſa operatio ſuapte natura refertur ad beatitudinem in communi , ratione cujuſdam participationis , aut adſimilationis . Ad 2: quicumque cognoſcit bonum aliquod particulare , cognoſcit in illo implicite bonum quod ex integro ſatiare ſufficiat , cujus eſt pars , & cujus virtute movet voluntatem . Ad 3. *D. Ma.* operari formaliter , & expreſſe propter ultimum finem , *C.* implicite , & virtute , quatenus quaelibet volitio boni particularis eſt re aliqua intentio finis ultimi in ejuſmodi bono participati , *N.* Et *D. Mi.* deficit haec intentio formalis , & ſignata , *C.* implicita , *N.*

12 Ad 4: peccans laethaliter praefert formaliter fruitionem creaturae Dei amicitiae , ac beneplacito : unde cenſetur conſtituere ſaltem virtute finem ultimum in creatura . Non ita peccans venialiter , quippe qui ſolum adponit opus , quod , quum ſit aliquo pacto criminoſum , nequit ad Deum referri ceu medium ad obtinendam ejus poſſeſſionem . Heinc vero ſolum concluditur quod actio ſic criminoſa non refertur ad Deum qua Deus eſt ratione operantis , ſed ad Deum ſub conceptu generico beatitatis in communi ; quippe quam relationem ſuapte natura praefert ipſa operatio (*o*) .

13 Obj. *ſecundo* contra 11. Adſ. Omnis actus liber voluntatis eſt neceſſario propter beatitatem in particulari , ſeu propter Deum . Nam 1.° omnia amantur propter bonitatem , & beatitudinem univerſe conſideratam ; at ratio boni , & beatitudinis non reperitur in alio quam in Deo . 2.° omni cum deſiderio noſtro adpetimus eſſe , ac vivere ; at neceſſaria ad eſſe , & vivere potiſſimum locum habent in Deo : ergo

(*m*) In 4. diſt. 19. q. 10. §. *Ex iis ſequitur* .

(*n*) Lege cit. *Arri.* d. 46. n. 39.

(*o*) Recole *D. Th.* cit. a. 6. ibique *Vaz.* cit. d. 6. c. 2. *Salmant.* d. 5. dub. un. §. 3. *Rhod.* ſ. 2. §. 3. & ſ. 3. *Gotti* cit. §. 3.

ergo & omne deſiderium in Deum fertur. 3.° omnis volitio refertur ſuapte natura ad beatitudinem in communi, quatenus praeciſe ad iſtam adſimilatur, aut eam participiat; at ſolus Deus eſt vera beatitudo. Heinc ex Aug. (*p*) in omni peccatorum genere aliquid eſt, quo Deum quodammodo imitemur. Et ex D. Th. (*q*) res omnes dum ſuam adpetunt perfectionem, Deum adpetunt quatenus rerum omnium perfectiones ſunt quaedam divinae Eſſentiae ſimilitudines.

14 R. *N. Adſ.* ſi loquamur in ſenſu aliquatenus proprio, & non de voce. Quis enim extra hanc quaeſtionem ejuſmodi loquutionem admiſerit? Ad 1. prob. *C. Ma.* in ſenſu expoſito. Et *D. Mi.* & illa ratio boni divini movet voluntatem prout adprehenſa qua talis, *N.* prout adprehenſa ſub ratione generica boni, *C.* Et *N. Con.* Ad 2. *N. Con.* Poſſumus objectum amare, abſtrahendo omnino a cauſſis tum objecti, tum amoris.

15 Ad 3: ideo praecipue omnis volitio refertur ad beatitudinem in communi, quia in omni bono, quod adpetimus, eſt ratio quaedam communis cum beatitudine, eique ſimilis, nempe bene eſſe, & carere malo, quod univerſim adceptum eſt aliquid beatitudinis; et vero bona ſingularia, quae adpetimus nihil habent commune cum bonitate Dei, ſed modo ſunt ejus effecta. Aug. vult, peccatorem ſuis peccatis prave Deum imitari, ut ibidem explicat. D. Th. loquitur in ſenſu latiſſimo, prout bona vocantur quomodocumque effecta Dei; ſaepe enim adducit in exemplum creaturas rationales, irrationales, & inanimes (*r*).

16 QUAESTIO III. Num ſeorſim ab ordinatione Dei, ſit homini connaturale aliquem habere ultimum finem, ſive hic, ſive ille fuerit? ADFIRMO (*s*). Quia etiam in ſtatu purae naturae deberet aliquid ultimo adpetere, in quo ultimo conquieſceret, quum in finibus repugnet proceſſus in infinitum. Homo igitur ordinatus quum ſit rationabiliter, debet poſſe adipiſci quietem omnimodam adpetitus: quocirca & ei ſuapte natura finis ultimus eſt.

OBJECTIONES.

17 Obj. Heinc fieret quod eſſet unus, idemque finis ultimus omnium hominum. At hoc repugnat. Nam 1.° diverſae virtutes ac diverſa peccata, quae ſunt in hominibus, habent neceſſario diverſos fines ultimos. 2.° diverſa hominum ſtudia ſecundum finem ultimum regulantur; qui propterea etiam multiplex eſſe debet. 3.° actiones hominum ſunt de ſingularibus: ergo non illae omnes ad unum tendunt. 4.° plures naturaliter peccant: ergo ii ſaltem non tendunt ſuapte natura ad unum omnium finem ultimum.

18 R. *C. Adſ.* cum *Aug.* apud quem (*t*) *omnes homines conveniunt in*

(*p*) L. 2. confeſ. c. 6.
(*q*) I. p. q. 6. a. 1. & 3. contra Gentil. c. 17. & alibi.
(*r*) Rurſum recolendus cit. *Vaz.* d. 6. c. 3
(*s*) Cum *Arri.* cit. n. 49. & *Rhod.* d. 1 q. 1. ſ. 1. §. 1.
(*t*) Lib. 13. de Trin. c. 3

in adpetendo ultimum finem, qui eſt beatitudo ; nec enim potuiſſet ulli hominis naturae alter a ſuo Authore praefigi , quo nempe omnimodis ſatiaretur . Et *N. Mi.* Ad 1. prob. *D. A.* diverſos fines improprie ultimos , puta diverſos fines ultimos proximos , aut diverſa objecta formalia , *C.* fines proprie ac ſimpliciter ultimos , in quibus nempe homo penitus conquieſcat , *N.*

19 Ad 2. *D. A.* regulantur ſecundum finem ultimum proximum , qui propterea eſt multiplex , *C.* ſecundum finem ſimpliciter ultimum , *N.* ; hic enim , & in eo ratio ſummi boni per omnia hominum ſtudia quaeritur , in ſenſu expoſito . Ad 3. *D. Conſ.* expreſſe , & directa acie , *C.* tacite ac ſuapte natura , *N.* Ad 4. *N. Con.* Ipſi avertuntur per peccatum ab eo qui eſt vere finis , non autem ab ultimi finis intentione , quam falſo quaerunt in rebus , quae fini e diametro adverſantur (*u*).

CAPUT SECUNDUM.

De Notione Finis ultimi .

20 QUAESTIO I. Quid ſit hominis Finis ultimus ? ADSERO . Eſt ejus Beatitudo objectiva , hoc eſt objectum , quod media ſui fruitione , vel poſſeſſione , hominem beat , & plene ſatiat , adeo ut nihil ultra ſit , quod ſibi optandum ſuperſit (*x*). Haec enim Beatitudo eſt terminus formalis Beatitudinis , beans tantummodo per modum objecti : quare dicitur a Boëth. *ſtatus omnium bonorum adgregatione perfectus* ; a D. Aug. *rerum optandarum cumulata plenitudo* ; a Tullio , *bonorum omnium , ſecretis omnibus malis , cumulata complexio* ; a Platone , *bonum ex omnibus bonis adgregatum* . Heinc dividitur in naturalem , quae naturae humanae proportionatur , vel ad quam homo per ſuae naturae principia pervenire poteſt ; & ſupernam , quae naturam hominis excedit , & quam homo ſola virtute divina , & ſuperno auxilio conſequi valet (*y*).

21 QUAESTIO II. In quo ſpeciatim ſita eſt Beatitudo objectiva naturalis hominis ? Tot ea de re fuerunt apud Ethnicos Philoſophos , quas mox recitavimus , ſententiae ; eo nempe quod eorum quislibet in eo, quod ſibi maxime ambierat , beatitatem ſibi , & aliis conſtitueret . Ideo plures eam collocarunt in bonis animae , alii in bonis corporis , in bonis fortunae alii . . Sed eis deliramentis praetermiſſis , & jam confutatis a *D. Th.* (*z*), *Leſſ.* (*a*) aliiſque permultis ,

22 ADSERO . Sita eſt non in bono quopiam creato , ſed in ſolo increato , nempe Deo , naturaliter cum aliqua perfectione cognito , & ama-

(*u*) Conf. *D. Th.* cit. a. 7. ibique *Vaz.* contra *Vazq.*

(*x*) Ita vulgo plerique omnes cum *D. Th.* q. 2. a. 1.

(*y*) Communis haec Scholarum vox

(*z*) Heic q. 2. per tot.

(*a*) De ſummo bono l. 1.

amato poſt viam, ſine ulla moleſtia animi, aut corporis. In re Scholae omnes (*b*). Tum quia ratio ultimi finis, & primi principii ſibi invicem correſpondent, & invicem aequantur; at ſolus Deus eſt primum principium: ergo & ultimus finis. Tum quia ſolum bonum univerſale, & undequaque perfectum, uti Deus eſt, poteſt ſui cognitione, & amore quietum penitus adpetitum conſtituere, ut nimis experientia conſtat. Hac beatitudine gauderet homo in ſtatu naturae purae & hac, nonnullorum opinione, gaudebunt limborum pueri poſt diem judicii. Beatitudo vero, quae etiam in via adſeritur a multis (*c*), improprie talis eſt, & analogice (*d*).

OBJECTIONES.

23 Obj. *primo*. Vel Deus non eſt beatitudo objectiva naturalis hominis, vel non eſt ſolus Deus. Nam 1.° adpetitus creatus eſt finitus: ergo exigit finem ultimum ſibi ſimilem, nempe finitum. 2.° Si Deus non tribuat voluntati majorem concurſum, quam qui ſufficiat ad adpetendum bonum creatum, hoc ipſa plene ſatiabitur, quin aliud reſtet ſibi deſiderandum. 3.° Bonum univerſale, continens Deum, & creaturas, eſt objectum voluntatis creatae perfectum: ergo iſtam nequit plene ſatiare bonum divinum ſe ſolo. 4.° Beatitudo eſt cumulus bonorum omnium; at ejuſmodi non eſt ſolus Deus, quippe qui ſolum eminenter, non formaliter continet cetera bona. 5.° Deus non eſt beatitudo objectiva prout actu in ſe exſiſtens; nam ſi fieri poſſet ut Deus non eſſet, & tamen maneret in beato intellectu ſpecies eadem intuitiva, quae nunc eſt, eodem modo perfrueretur Deo: unde nec eſt prout exſiſtens in mente beati: ergo nullo modo.

24 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. A.* eſt finitus ex parte ſubjecti, *C.* ex parte objecti, *N.* quia ſic habet infinitatem ſyncategorematicam; immo propter ſuam immaterialitatem eſt illi quaedam illimitatio, & proportio ad bonum infinitum. Ad 2. *D. A.* hoc ipſa plene ſatiabitur negative, *Eſto*: poſitive, *N.* quia non haberet tantum boni, quantum ſecundum ſe, poſito Dei concurſu, eſt capax habere. Tunc vero ei non ulterius adpetere proveniret extrinſecus ſcilicet ex defectu concurſus, non intrinſecus vel ex defectu capacitatis naturalis.

25 Ad 3. *N. Con.* quia Deus continet eminenter cetera bona creata, & eminentiore modo, quam ipſa in ſe ſint. Ad 4. *N. Mi.* Si Deus contineret formaliter creata bona, imperfectus eſſet; adeoque ejus poſſeſſio nequiret hominem perfectiſſime beare. Ad 5. Deus eſt beatitudo objectiva naturalis, & prout exſiſtens in ſe, & prout exſiſtens in mente hominis naturaliter beati. Quia utrumque requiritur, ut Deus repraeſentatus ceu bonum ſummum, & indeficiens hominem plene ſatiet, ac beet. Alioqui repraeſentatio falſa, & er-

(*b*) Cum *Bec.* p. 2. tr. 1. q. 2. n. 5.
(*c*) Cum *Arri.* cit. a n. 23.
(*d*) Conſule *Amic.* d. 3. a n. 15. *Gotti* q. 2. dub. 1. §. 2. *Suen.* cit. q. 3.

ronea eſſet ; atque adeo incapax vere beare . Idem dicito de ſuperna beatitate objectiva .

26 Obj. *ſecundo* . Ad beatitatem naturalem non requiritur cognitio , & amor : tum quia haec contemplatio , & Dei amor in corpore plus adferunt defatigationis , quam voluptatis : tum quia in ſtatu naturae purae quis habens omnino ceteras voluptates licitas , ſine ea Dei cognitione , & amore , eſſet ſua ſorte contentus , nihil ultra adpetens . *Tertio* . Chriſtus Dominus etiam paſſionis tempore fuit actu beatus : ergo animae , & corporis moleſtiae non excludunt ſimpliciter beatitatem .

27 R. Ad *ſecundum* . *N. Adſ.* cum utraque prob. Illa Dei cognitio , & amor in corpore naturaliter beato , nullam adferunt moleſtiam , ſed omne gaudium , quo illud capax eſt . Quis carens ſummo bono morali ſito in ea cognitione , & amore , ſatiari non poteſt cum reliquis alterius generis voluptatibus . Ad *tertium* . *D. A.* fuit naturaliter beatus , *N.* ſupernaturaliter , *Subd.* quoad viſionem , & amorem beatum , *C.* quoad carentiam omnis moleſtiae , quam illa viſio , & amor naturaliter exigunt , & quam Chriſtus ſupernaturaliter non habuit , ob noſtram redemtionem , *N. A.* & *Con.* (*e*) .

28 QUAESTIO III. In quo ſita eſt Beatitudo objectiva ſupernaturalis hominis ? ADSERO 1. In Deo ſupernaturaliter perfecte cognito , & dilecto in patria abſque ulla moleſtia , immo maxima cum jucunditate . Fide certum , ex *Gen.* 15. 1. *Pſ.* 15. 5. & 72. 26. *Pſ.* 16. 15. & 102. 3. & 143. 15. & 1. *Cor.* 15. 28. Tum ex *PP.* copioſiſſime cum *Iren.* (*f*) *Nazianz.* (*g*) *Aug.* (*h*) . Liquet apertiſſime ; quoniam ſuperna adpetitus ſatietas , ad quam homo conditus eſt , non niſi hac glorioſa beatitate compleri poteſt .

29 Sunt etiam (ſi nonnullis Interpretibus credas , in quorum fide haec dicta ſunto pro CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS) ex Sapientibus Ethnicis , qui videantur haec quadantenus adumbraſſe . E. c. *Architas* Tarentinus , ſecta Pythagoreus , cujus illud eſt effatum , *Deus eſt principium , medium & finis rerum omnium , quae ſecundum juſtitiam & rectam rationem perficiuntur* (*i*) . Conſentire videntur *Plato* Architae auditor (*k*) *Atticus* Platonicus (*l*) *Porphyrius* ex Oraculo Apollinis (*m*) *Triſmegiſtus* , & *Anaxagoras* (*n*) *Seneca* (*o*) *Socrates* (*p*) *Plutarchus* (*q*) *Max. Ty-*

(*e*) Lege *Rhod.* q. 2. ſ. 1. §. 1. & *Arria.* d. 47. ſ. 5. 6.

(*f*) L. 3. c. 22.

(*g*) Orat. 21.

(*h*) L. de morib. Eccleſ. c. 8. & l. 1. confeſ. c. 1.

(*i*) In fragmento de viro bono & beato, quod laudat *Brucker.* in hiſt. ph. t. 1. p. 1130.

(*k*) In Epinomide , in Philaebo , in Euthidemo & alias . Et quidem in eum ſenſum intelligit & laudat Platonem *Euſeb.* pr. ev. l. 15. c. 3. & latiſſime *Galeus* l. 3. c. 3. ſect. 1. per tot. a p. 403. tum *Livius Galante* in comparat. chriſtianae Theol. cum platonica , l. 18. a p. 428.

(*l*) Ex cit. *Euſeb.* c. 4.

(*m*) Ap. ipſum *Euſeb.* l. 9. c. 10.

(*n*) Interprete *Eugub.* cit. l. 10 c. 10. ſqq.

(*o*) Lib. de conſolat. ad Martiam c. ult. & de renovat. ſeculi in l. 5. epiſt. & alias .

(*p*) Ap. *Platon.* in Timaeo, & ſaepius .

(*q*) In Sympoſ. l. 8. c. 2.

Max. Tyrius (*r*) rursum *Porphyrius* (*s*) *Jamblichus* (*t*) *Plotinus* (*u*) *Proclus* (*x*) *Sallustius* (*y*) *Alcinous* (*z*) *Aristoteles* (*a*) *Philemon* Comicus (*b*) *Manilius* demum, qui hoc protulit effatum, christiano homine prorsus dignum (*c*).

Quid coelo dabimus, quantum est quo veneat omne?
Impendendus homo est, Deus esse ut possit in ipso.

30 II. Deus absque ullius creaturae consortio sufficit ad nostram Beatitatem. Quia idem solus est ultimus finis. Alia vero, quae ad completum beatitatis statum requiruntur, sunt adcidentalia, quae ad finem ultimum ordinantur (*d*).

31 III. Etsi reapse Deus O. M. secundum omnia adtributa absoluta, & relativa sit objectum beatitatis; quia *videbimus eum, sicuti est* ex 1. *Joan.* 3. unde *Conc. Florent.* (*e*) definit, *animas Beatorum intueri clare ipsum Deum Trinum, & Unum*, & *Aug.* (*f*) *quid videbimus nisi Deum, & illa omnia, quae nunc non videmus credentes?* Nihilo tamen secius ratio tota essentialis hujus objecti est sola Dei essentia, neutiquam Personalitates (*g*). Quia essentiale objectum Beatitatis est summum bonum; at ejusmodi Essentia est, utpote eminenter, vel formaliter continens omnes Relationum perfectiones: ergo. Et quidem in natura pura beatitudo naturalis consisteret in cognitione Dei Unius, non Trini, quum Trinitatis cognitio sit indebita, & supernaturalis: ergo pariter in alia providentia posset quis beari videns Deum, ut Unum, & non ut Trinum. Nec tandem ad perfectam summi boni possessionem opus est essentiam divinam videri modis omnibus, quibus valeat quomodocumque conspici.

OBJECTIONES.

32 Obj. contra III. Adst. Etiam Personalitates sunt essentialis ratio supernae beatitudinis. Nam 1.° beatitudo qua talis est visio Dei prout in se est; at Deus sic includit Personalitates. 2.° Personalitas divina non est minus perfecta, quam essentia: ergo qui videat personalitatem sine essentia, tam esset beatus, quam qui videat essentiam sine ulla persona. 3.° nequit essentia comprehendi sine personalitatibus. 4.° tota Trinitas est objectum essentiale nostrae dilectionis: ergo & beatitudinis: 5.° Deus est objectum adpetitus sub ratione universalissima, scilicet secundum essentiam, & personas: ergo ut beet adpetitum, ita ut huic nihil desiderandum restet, debet ipsum satia-

(*r*) In differt. 28.
(*s*) De abstinent. ab animat. l. 2. §. 3. & 43. & alias.
(*t*) De Myst. Aegypt. sect. 10. c. 1. 5. 8.
(*u*) Enn. 1. l. 4. c. 12. & 16.
(*x*) In Theol. Platon. l. 4. c. 4. 5.
(*y*) De diis & mund. c. 21.
(*z*) In Isag. ad doct. Platon. c. 27.
(*a*) Moral. Nicomach. l. 10. c. 8. interprete laud. *Huet.* l. 3. c. 2.
(*b*) Ap. *Theophil.* l. 3. ad Autolic.
(*c*) Lib. 4.
(*d*) Conf. *Suar.* d. 5. s. 2.
(*e*) Decr. de Purgat.
(*f*) De civ. l. 20. c. 21.
(*g*) Nobiscum sunt *Suar.* cit. s. 3. *Viv.* d. 1. q. 11. *Ripal.* t. 2. de ente sup. disp. 100. sect. 8. cum *Scoto*, *Mastr.* t. 1. d. 6. q 8. &c. contra Gon. cit. n. 41. Gotti cit. q. 2. dub. 2. Vaz. Aran. cit. s. 1. d. 2. n. 78. Aliagam de beatitudine supernatur. dub. 2. §. 4. num. 8. &c.

re ſecundum eſſentiam, & perſonas. 6.° ſi unica eſſet in Deo perſona, eſſentia non eſſet objectum beatitatis ſine illa perſonalitate, quoniam Deus eſt objectum Beatitatis, non Deitas: ergo etiam nunc tres perſonae ſunt objectum beatitatis. 7.° heinc fieret, quod perſonae non ſecus pertinerent ad objectum beatitudinis, ac creaturae: quod abſonum dixeris.

33 R. *N. Adſ.* ad 1. prob. *D. Ma.* Dei prout eſt in ſe eſſentialiter quoad eſſentiam, *C.* prout eſt in ſe intrinſecus integraliter, etiam quoad perſonas, *N.* Et *D.* reſp. *Mi.* Et *N. Con.* Ad 2. *N. Con.* quia ratio formalis, ob quam Deus plene ſatiat adpetitum, eſt ratio Dei clare cogniti, non utcumque, ſed prout eſt Spiritus per ſe undequaque perfectiſſimus: haec autem ratio non reperitur in Deo prout perſona eſt: unde cognitus ut Perſona non bearet. Ad 3. *N. Con.* quia noſtra beatitudo non eſt comprehenſiva Dei; alioqui deberet etiam videre in Verbo omnes creaturas, cum exiſtentes, tum poſſibiles, qua tales. Ad 4. *N. Con.* quia in tota Trinitate reperitur ratio formalis objectiva noſtrae dilectionis, nempe bonitas divina, non item ratio formalis objectiva noſtrae beatitatis.

34 Ad 5. *D. A.* ita ut eſſentia ſit ratio formalis, & eſſentialis ejuſmodi objecti, Trinitas vero ſit ratio integrans, *C.* ſecus, *N.* Et *D. Conſ.* ut beet eſſentialiter, & integraliter adpetitum &c. *C.* ut beet ſolum eſſentialiter, *N.* Adpetitus unice viſa eſſentia, maneret eſſentialiter ſatiatus: unde ſolum poſſet perſonarum viſionem deſiderare ad aliquam ſatietatem integralem, beatitudini formali impertinentem. Ad 6. *N. A.* Tunc eſſentia eſſet ratio eſſentialis beatitudinis, uti nunc. At *Deus*, & *Deitas*, qua talis, abſtrahit ab omni eo quod non ſit de conceptu formali naturae divinae. Ad 7. *N. A.* Perſonae ad illud pertinent tanquam partes intrinſecus, ac neceſſario integrales; creaturae vero tanquam partes adcidentales (*h*).

His jam vero in ulteriorem ſancti dogmatis illuſtrationem ea ſubcedant ferme omnis generis Monimenta, quae Vetuſtas ſacra ſuppeditat nobis.

E R E

(*h*) Recolendi *Rhod.* cit. q. 2. ſ. 1. §. 2. & *Arri.* d. 50. ſ. 2.

MONUMENTA ANTIQUITATIS

Pro Deo Fine creatorum.

E RE LAPIDARIA.

Num. 1.

IVN BASSVS QVI VIXIT ANNIS ...
. . . . . .
IIT AD DEVM. VIII KAL SEP
&c. *An.* 359.

Romae in Cryptis Vaticanis.

Recolenda quae de famoso Epitaphio & Sarcophago *Junii Bassi* Urbis Praefecti scripta sunt *superius* in Tom II. p. 16. ac Tom. III. p. 389.

IIT AD DEVM. Eo videlicet tanquam ultimo Fine aeternum beandus. Quid autem dogmati adserto pulcre illustrando clarius & expressius? Neque vero ejusdem illustrationi minus perspicue inserviunt bina, quae huic subjicimus Saxa.

2

IN HOC TVMVLO CONDITVR . .
. . . SEVERIANVS . . . . .
. . . . . SIC QVEM
ANIMA AD AVTHOREM DM̄* * *Deum*
REMEANTE TERRENA MEMBRA
TERRIS RELIQVIT *&c.* *An.* 491.

Viennae Delphinatus, ut supra in Tom. II. Class. I. n. 12. *p.* 18.

Nempe anima ad Deum Authorem & Finem suum remeavit, relicto in terris corpore.

☧

3

HIC IN PACE QVIESCIT
ADIVTOR QVI POST
ACCEPTAM PAENITEN
TIAM MIGRAVIT AD DNM̄* * *Dominum.*
AN. LXV. MENS VII DIES XV
DEPOSITVS SD̄ VIIII KAL
IANVAR ANASTASIO VC
CONSVLE *An.* 517.

Aquis Sextiis in Eccl. Salv. ap. Maffej. in antiq. Galliae epist. 20. *n.* 18. *p.* 100.

MIGRAVIT AD DOMINVM. Nempe tanquam ad Finem ultimum felicitate perpetua possidendum, post purgatas animi sordes quaslibet poenitentia sacramentali; si velis hanc innui per τὸ POST ACCEPTAM PAENITENTIAM. De iis vero fusior, faventibus superis, suo loco redibit sermo in ulteriorem Lapidis expositionem. MIC

4 HIC POSITVS EST SA
BINVS A ☧ ω AMI
CVS OM NIVM

Romae olim in coemeterio Lucinae ap. Boldett. in obſervat. p. 545.

Ex iis, quae nuper in Tomo III. p. 16. ſqq. Claſſe I. late diſſeruimus, ſatis ſuperque conſtat, Majores noſtros per ſiglam ω *Omega*, huic, aliiſque ſimilibus Monimentis adjectam, profeſſos fuiſſe & adclamaſſe Deum ceu finem ultimum hominis, omniumque creatorum; quemadmodum ibidem per ſiglam A *Alpha*, altera ſociatam, Deum hominis, rerumque omnium Principium deſignarunt. Famoſa eſt hanc in rem *Platonis* ſententia ex antiquioribus Graecorum Sapientum ſcriptis depromta, ubi de legibus l. 7. ſic effatur *Deus, o viri, ſicut antiquus ſermo teſtatur, principium & finem & media rerum omnium continet.*

Porro Monimenta binis hiſce inſignita ſiglis, ſive interjecto, ſive deficiente Monogrammate ☧, perinde apud Veteres Chriſticolas Deum Finem comprobat, ac Deum Principium. Nihilo tamen ſecus pro uberiore utriuſque dogmatis illuſtratione, ac ſingillatim in praeſentia pro Deo Fine, juvat expoſito Lapide ac ulterioribus inſuper documentis rem ſacram perſequi.

5 AMANTIO QVI VXIT. $\overline{\text{ANN}}$. $\overline{\text{P}}$. $\overline{\text{M}}$. XXXVIII. DECESSIT IN PACE
$\overline{\text{DD}}$. $\overline{\text{NN}}$. HONORIO VIII. ET THEODOSI III. $\overline{\text{AVVGG}}$. QVI FECIT
$\overline{\text{AN}}$. XXX. ET MENS. VIII. *A. C.* 409.

Romae in coemeterio Cyriacae repertus eſt Lapis a Marangonio ſub an. 1741. *ipſo teſte in comment. de rebus ethnicis cap.* 82. *p.* 458.

6 SIRICIVS EPISCOPVS A ☧ ω TOTA MENTE DEVOTVS

Extra Urbem in S. Paulli, in faſtigio columnae primae navis ſecundae ad partem ſeptentrionalem. Exſcripſi.

In-

Inſcriptio haec, ſacris etiam ſiglis, interjecto Servatoris Monogrammate inſignita, olim ignota fuit, neque a *Margarino*, qui reliquas ejuſdem baſilicae recenſuit, commemoratur. Eam fortaſſe primum edidit *Manſius* an. 1740. in annal. Baron. in not. ad an. 390. poſt n. 3. ac deinde *Marangon.* in comment. de reb. ethnic. c. 64. de an. 1744. Ex iis autem diſcimus, Monumentum iſtud tum primum adparuiſſe oculis omnium, quum ea columna, cui excalpta inhaerebat una cum aliis columnis, expolita eſt ſub an. 1730.

Reſpicit procul dubio votiva Inſcriptio Siricium, Romanum Epiſcopum, hoc eſt Pontificem Summum, qui ſedit ab an. 384. aduſque 398. Immo annus idem, quo exarata eſt, exſtat, ut conjicere licet, in baſi ejuſdem columnae, in qua nempe (quod quum illam exſcripſimus, non animadvertimus) haec leguntur, *Marangonio* teſte, MILIANA . . IB. PRAETORIA . . . COLVMNA PAVL... NATALE X... VALENTINIANI AVG. IIII. ET NEOTERI . VC. ADMINISTRANTE EI FILIPPO VIR... Eadem ferme recitat *Manſ.* iis adjectis ad poſtrema verba, DIANAS... SV... IB... Valentinianus autem junior Auguſtus proceſſit quartum Conſul cum Neoterio collega an. Chriſti 390. & 6. Pontificatus Siricii. Hoc itaque anno Votum columnae inſcriptum videtur.

Virtutes Siricii egregias, prae primis zelum ardentiſſimum pro fide orthodoxa, & diſciplina eccleſiaſtica, ejuſdem acta & ſcripta ſatis ſuperque teſtantur. Lege *Anaſt.* bibliothecar. in Siricio, ejuſque *Interpretes* ap. *Franc. Blanchin.* Cultum perantiquum Pontificis eximii adſtruunt maxime vetuſta & optimae fidei Martyrologia ad 26. Novembris, ex *Bolland.* ad d. 22. Februar. t. 3. p. 282. Quin & heroicae ſanctimoniae cultum ceu beato coelicolae ipſi debitum, fuſe acriterque vindicat *Florentinius* in vet. martyrol. ad d. 26. Novembr. a p. 999. cui ſubſcribunt cit. *Bollandus*, *Pagius* ſenior in crit. Baron an. 398. n. 3. ſq. *Franc. Pag.* in Breviar. Rom. Pont. in Siricio, aliique adverſus Baron. qui certis de cauſſis cenſuit Martyrologio ſuo adſcribendum non eſſe. Litem hanc Eruditis, quibus eſt otium, dirimendam relinquimus.

Jam vero praeclarum iſtud Votum, Siricii nomine inſcriptum, & pervulgatum, hunc, me judice, praeſefert ſenſum, *Siricius Epiſcopus Romanus Chriſto Deo creatorum omnium Principio & Fini, toto animo, totiſque viribus devotus eſt*. Et veri ſimile quidem ſatis videtur, memoratam columnam una cum voto, ſeu mandante, ſeu adnuente Pontifice, inſculpto haeſiſſe primum in coemeterio, ubi Siricius moenia, ſeu memorias Sanctorum Martyrum reſtituit, ſi fides ſit Codici illi Palatino ap. *Gruter.* in theſ. Inſcr. p. 1172. 7. atque inde fluxu temporis in S. Paulli, ubi hodiedum viſitur, pridem eſſe traductam.

HIC

7 HIC IACET IN TERRIS
AETHERIVS . QVI VIXIT
ANNIS XXV. FIDELIS IN
PACE RECESSIT.

A Ω

Coloniae ap. Brovver. in annal. Trevir. t. 1. *ad an.* 451. *p.* 289.

Aetherium hunc fuiſſe ſponſum Urſulae, clariſſimae illius ducis numeroſi Virginum exercitus, quae pro Chriſti nomine, ſervandaque caſtimonia illuſtre Martyrium ſubiit, protulit olim, tanquam viſo coelitus edocta, *S. Eliſabetha* Schonaugienſis Coenobii Ord. Benedictini Abbatiſſa, coeleſtibus viſionibus & revelationibus clara, & fato functa ſub an. 1165. Ita fert ibid. *Brovv.* n. LI., at loci non meminit, ubi revelationem beata Virgo literis commendavit. Ea forte tradidit in lib. 4. ſuorum operum, qui potius eſt ſermo de undecim millibus Virginum ap. *Bollandianos Hagiographos* t. 3. Jun. ad d. 18. n. 110. p. 635.

Quid tum vero? Fides ne adhibenda huic Eliſabethae teſtimonio? At hiſtorici tamen critici id genus documenta, quae dicuntur a viris, aut feminis exſtaticis divinitus excepta, vel parum curant, vel e veſtigio reſpuunt, ſi ea viderint aliis quibuſque praeſidiis deſtituta, & a veroſimili hiſtoriae, quae producitur, ſemita longius aberrare. Heinc plura hiſtoriam ſpectantia, quae feruntur Eliſabethae coelitus commonſtrata, vulgo exploduntur; & hic ſignanter Urſulae ſponſus a nullo, quod ſciam, ex tot commentatoribus Urſulanae hiſtoriae vel probatur, vel innuitur. Conſule ſis laudatos *Brovv.* & *Bolland.* tum ibi, tum in Propyl. ad acta SS. Maii p. 28. ſqq. poſt S. Pontianum, & t. 6. Maii ad d. 25. in parergo, p. 246. necnon *Maſenium* in notis ad tom. 1. *Brovverii* ſub finem ejuſdem tomi adnot. 7. n. 11. ſub fin. p. 593.

Sit itaque nobis Aetherius iſte anonymus quiſpiam, nec Urſulae ſponſus, donec oppoſitum veriſimiliora documenta oſtendant: quae tamen ejuſmodi documentorum ſpes circa Urſulanam hiſtoriam, quae hucuſque, etiam invitis diligentioribus juxta atque adcurationibus Criticis, nullo propemodum certo atque indubitato adfulgente lumine, tota ferme in tenebris eſt?

Sed en tibi proxime laudatum *Maſenium*, qui Brovverum ſacra ſymbola ſubjicientem Epigrammati perſtringit; quoniam, inquit, Hermannus Crumbachius in comment. de Urſulana hiſtoria, inſpector ipſe originalis ſcripti, ab Egberto Eliſabethae Schonaugiae fratre adſervati, loco eorum ſymbolorum hoc praefert ectypon longe diverſum, Titulo ſubjectum.

Mira-



Mirarer equidem, diligentiſſimum juxta & adcuratiſſimum Brovverum ubi ſerio & critice agebatur de veritate revelationum beatae Eliſabethae, in claſſicum hunc errorem incidiſſe; at incidere potuiſſe nullus dubito. Nec Crumbachius ad manus eſt, nec alia ſuppetunt pro vindicando Brovvero documenta. Dubium exſcutiant Eruditi; & donec ipſi pro Monogrammate, quod poſuit Crumbachius, ſententiam tulerint, noſtri Dogmatis argumento faveant, aequum eſt, ſacra ſymbola, quae Brovverus intulit.



8

PERPETVO BENEMERENTI IN PACI...
QVI VIXIT ANNOS. P[M. XXX. M....
DEPOSITVS IDVS APRILIS DEFVI.....
OFITVS * PERIT IN DIES V
POS CONSVLATV - VICTORI....
VALENTINIANI. NOBI.....

* *Neophytus.*

A. C. 370.

Romae olim ap. Cl. V. Fabium Danzetta S. J. teſte Oderico in diſſertationib. diſſ. 2. *p.* 32.

Annus 370. proxime excepit Conſulatum Sexti Aurelii Victoris, & Valentiniani Nobiliſſimi pueri, apud Faſtos correctiores.

9

Romae in Palatio Principis Praeneſtini ap. Oderic. in ſylloge vet. Inſcript. p. 257

10

E Romanis cryptis effoſus hic Lapis ſepulcralis ap. Clement. Blaſium Camaldul. in ſylloge vet. Inſcript. p. m. 353.

Advertis, reor, deſiderari heic nomen proprium & gentilitium, tum patriam & annos vitae defuncti, ſub ſaxo conditi. Quippe in ea priorum temporum ſimplicitate ſatis fuit Authori Tituli orthodoxiam defuncti ſub hiſce ſacris ſymbolis teſtatiſſimam reddere.

11

ANASTASIVS. ANDREAS. IOANNES. ET LEO
FILI. PATRI BENEMERENTI. ET. MEMORABILI
FECERVNT IN PACE
CLAVDILIO. PATRITIO. QVI BIXIT
ANNIS LXVIII.
ORA ☧

A ☧ ω

Interamnae in coemeterio Valentiniano ap. Murat. p. 1826 5. *e ſched. Donii.*

ORA ☧ videlicet hora ſexta.

12

CONSTANTIVS. ET SOSANNA
SE. VIVI. LOCVM. SIBI. EMERVNT
PRESENTIS A ☧ ω OMNIS POS
SORES

Romae in Villa Mandoſia ap. Murat. p. 1854. 2. *mittente Giuannio.*

Oedipo mihi eget Titulus etiam poſt Muratorianas conjecturas,

13

FAENTIA
A ☧ ω

A ☧ ω

Romae in coemeterio S. Hippolyti ap. Bold. p. 346.

14 A ω

S. M. E. I.
MA. TR
NOS. TR
T. I. G. R.
CESQVENTI
IN PACE. VI
K. MAI

Romae in S. Sabinae in pavimento. Exſcripſit ac retulit Montfauconius in diario Italico cap. 12. *p.* 163.

Praeter ſacra ſub initium ſymbola, ac tres ultimas lineas, nihil eſt quod in Lapide vir etiam ſagaciſſimus expiſcari poſſit. Si cum laud. Montfauconio eas ſiglas & adbreviationes in imperitiam Marmorarii revoces, eaſdem pariter dixerim revocandas, ac ſaepe plures, quae frequenter occurrunt in aliis ſaxis, praeſertim ethnicis. Si tamen haec ſit integra tantae difficultatis ſolutio, quid tantopere ſudent rei Lapidariae Authores ac ſtudioſi in percipiendis ac ſerio explicandis ejuſcemodi aenigmatis?

15 A ω BENEMERENTI IN PACE
QVI VIXIT ANNVS QVATIRI P....
MOR FILIAE DVLCISSIMAE DEPOSITA
SEPTIMVM KALENDAS SEPTEMBRIS DIE
VENERIS CONSVLATV D. N. HARCADII
IIII. FL. EVTYCHIANI VC CONS

Romae olim in S. Euſtachii ap. Mur. p. 2000. 4. *e ſchedis Vallicellanis, mittente Joſ. Blanchino.*

Epitaphium ſpectat annum Ch. 398. quo non *Harcadius*, ſed Honorius Imp. proceſſit quartum Conſul cum Collega Fl. Eutychiano ap. Faſtos caſtigatiores ex *Petav. Reland. Almelov.* Ego itaque potius errorem adſcripſerim Authori ſchedarum Vallicellanarum, exſcribenti *Harcadii* pro *Honorii*, quam Marmorario; mihi enim creditu perdifficile eſt, hunc & ſimiles opifices in ejuſmodi errores incidere. Quis enim adeo ſtultus aut imperitus effingi poſſit, qui vitam degens e. c. ſub Pontificatu CLEMENTIS XIV., volens operi Romae inſcribere praeſentem ſuae aetatis Pontificem, pro Clemente Benedictum aliquem adſignet, Alexandrum, aut Urbanum? Heinc merito pro genuina ac ferme inerrante regula annorum Conſularium habentur Lapides, qui eos adſignant, apud Eruditos.

Ex iis autem aegre plerumque fero hujuſmodi Lapides quando-

que corrigi ab Authoribus, ubi non eluceat ex aliis documentis enata quaſi demonſtratio, quae correctionem perſuadeat.

16

☧ H O
EVSTOLIVS V. C. CVM FILIA THE
DEPOSITVS X. KAL. AVG. DEPO...
DD. NN. GRATIANO V
ET THEODOSIO AVGG. COSS.
I P

A ☧ ω
A. C. 380.

☧

Romae olim ad aedem S. Catharinae prope Baſilicam Vaticanam ap. Murat. p. 388. 5. *e ſchedis Doniis, mittente Gorio.*

In prima linea το O fortaſſe pro Q. id eſt *Hic quieſcit*, & in poſtrema το I P. pro *In pace*.

Et iis quidem documenta bene multa, ſiglis eiſdem arcanis decorata, prae primis Sepulcralia ſubnectere liceret. Sed ea tamen brevitatis gratia indicaſſe ſuffecerit. Nimirum eas ſacro dogmati illuſtrando in Epitaphiis ſibi dicatis praeferunt ROMANVS ap. *Aringh.* t. 1. p. 525. ERACLIVS ibid. p. 605. PETRIVS ap. *Marangon.* de Amphitheatro Flavio p. 78. LAVRENTIVS ap. *Margarin.* n. 126. AEMILIANA ibid. n. 199. ANONYMA ibid. n. 390. ALEXANDRA ap. *Gruter.* p. 1049. 5. APRONIA ibid. 6. CERVIA ibid. p. 1051. 2. ANONYMA ap. *Lupium* in epit. Sev. p. 111. DIONISIA ap. *Boldet.* p. 343. MARCIA ibid. p. 345. ANONYMVS ibid. p. 351. BONIFATIA ibid. p. 389. EROTES ap. *Fabrett.* Inſcript. c. 8. p. 563. NIGELLA ibid. p. 567. SEMPLECIA ibid. p. 581. Tum ARNVLFVS ap. *Murat.* in novo theſ. p. 1831. 9. GALLA ibid. p. 1878. 1. CHRISTIANA ibid. 1888. 2. LVCIA ibid. p. 1904. 9. ANONYMA ibid. p. 1915. 7. OLIMPIODORVS ibid. 1918. 8. PETICIVS ibid. p. 1924. 3. AVDENTIA ibid. p. 1930. 5. TIGRIS ibid. p. 1939. 10. VRBICA ibid. p. 1960. 1. ANONYMVS ibid. p. 1965. 8. BICNA ap. *Caſtell.* in Siculis Inſcr. p. 243. 11. IVLIANVS ibid. p. 250. 33. MACARIVS ibid. p. 251. 36. TOTERIS ibid. p. 256. 55. IANVARIVS ap. *Muſeum Kircherianum*, DATIVVS ap. *Maffei.* Inſcr. var. p. 321. 7. GANGA ibid. p. 264. 16. Quibus ad extremum coronidis loco iſtud ſubjicimus.

17

D M ☧ S
VITALIS DEPOSITA DIAE SABATY K AVG D
Q. VIXIT ANNIS XX MES III FECIT CVM MARIT ANNIS X DIES XXX

Romae olim in Muſeo Victorio. Exſcripſi.

Lapis

Lapis hic ſingularis tantiſper effractus, non an. 1769. e coemeterio S. Agnetis ad viam Nomentanam effoſſus eſt, ut ajunt Ephemerides Lamianae ad an. 1770. col. 347., ſed an. 1768. circa Decembrem ex cryptis ampliſſimis, exſtantibus ſub vineis, quae ferme reſpiciunt S. Laurentii extra muros Baſilicam, non procul a via publica ad levam venientis Roma, vinea Viſcardiana aditum ad eas praebente: quas equidem ſuſpicor *Boldettum* in obſerv. l. 2. c. 18. p. 562. vocaſſe coemeterium S. Hippolyti, a *Prudentio* pridem late deſcriptum in periſteph. hym. 4. de S. Hippolyto. Lapidem deinceps ceu magni donum pretii nactus *Franciſcus Victorius* meus, in ſuum intulit Muſeum, in Vaticanum poſtmodum inferendum.

Haec olim excepimus ab ore ac MSS. ejuſdem Victorii, nobilis Equitis Commendatoris inſignis ordinis militaris S. Stephani P. & M. quem (heu!) ſubinde annos natum 78. magno reipublicae literariae damno morte ſublatum anno elapſo 1770. ſub diem 11. Maii ſummo adfecti dolore plangimus, plangitque univerſa Eruditorum cohors. Et merito quidem. In uno quippe Victorio, viro plane moribus religioſo, comitate urbaniſſimo, eruditione cum ſacra tum profana percelebri, amiſimus nos (proh dolor!) Patronum egregium, Benefactorem inſignem, Amicum fideliſſimum: amiſit deinde Antiquitas, prae primis ſacra cultorem & Interpretem praeclariſſimum, ut argumento ſunt tot ab eo vulgatae Diſſertationes in pleraque ſacra Monimenta vetera, Eruditorum calculis probatiſſimae: Muſeum denique ſacrum Vaticanum amiſit Praefectum perpetuum a Benedicto P. XIV. creatum, & ſtudioſiſſimum quidem, ſimulque beneficentiſſimum; quippe qui, ut plura ſileam, liberalitate miranda omnes ferme in illud advexit ſacrae Antiquitatis opes, quibus bene multis, & ſatis quidem ſingularibus ſuum praeditaverat Muſeum Victorium.

Et haec obiter delibata ſunto in qualecumque obſequii & gratitudinis monumentum erga *Victorem* meum, cui primum Ephemeridum Lamianarum Continuatores ad diem 24. Auguſti 1770. col. 534. ſqq. latius, digniuſque pro merito Elogium LL. M. DD.

Jam vero Marmor noſtrum praeter ſiglas ſymbolicas ☙. & A. quas, interjecto Chriſti Monogrammate, in ſignum Dei principii & finis creatorum praefert, perraras exhibet ſub initium ſiglas animadverſione dignas, quas ego ſic facile interpretor,

DEO. MAGNO. CHRISTO. SACRVM

Neque vero reponat quiſpiam, ſub prioribus ſiglis denotari DIIS. MANIBVS. Eſto ſiquidem ejuſmodi ſiglarum interpretatio, ab moribus Paganorum derivata, uni vel alteri-e Titulis Chriſtianorum antiquiſſimis adtribui valeat (ex iis, quae pridem diſſeruimus in Tom. II. p. 26. ac in III. p. 17.) ceterum in praeſentiarum minime naturis rerum cohaerens, immo potius nimium diſſona, & a vero aliena haec erit expoſitio. Nihil enim abſurdo maximo propius comminiſci poſſis, quam

quam ſub una quaſi diphtongo conjungere & commiſcere falſa numina ſeu Deos Manes, per τὸ D. M. expreſſos, cum Deo vero Chriſto Domino, quem ſacrum illud Monogramma procul dubio deſignat.

De Monimento eodem alias, ubi de Divinitate Chriſti. Adeas interim qui plura velis *Lupium* noſtrum in Epit. S. Sev. §. 12. p. 105. nota 1. & laudatos *Interpretes Florentinos*, qui ad cit. an. 1770. a col. 347. ſenſum promovent noſtrum adverſus Cajetan. Megliore.

E RE LITURGICA.

18 *Tu Domine Jeſu, vere es* A & ω, *initium & finis, ante ſecula cum Patre & in ſeculum ex Virgine, cujus poteſtatis, immo & pacis non erit finis . . . quos redemiſti futuro effice participes regno.*

Ex Orationali gothico-hispano ad diem Nativitatis Domini in Matutino (ap. laud. *Blanchin.* p. 36.)

Vides etiam inter documenta liturgica ſacram illam ſiglarum formulam apud Hiſpanos a primis Seculis uſitatiſſimam, uti alias non ſemel indicavimus. Neque vero, mea ſententia, ipſis expreſſius adferitur Deus hominum finis, quam ſequentibus Orationis verbis, quibus exoratur Dominus, ut quos redemit, futuro ſeu coeleſti regno aeternum beet; nec enim alius in ſenſu catholico finis hominis. Et hujus quidem generis deprecationes ad Deum, quae traditionem Sancti Dogmatis teſtatiſſimam exhibent, offendes paſſim apud Liturgicos Codices.

19 A & Ω *initium & finis, Deus & homo, infinitus & praefinitus, in quo & principium Deitatis* (Deitas) *& ultimum ſentitur humanitas: excedens omnia, vivificans cuncta & continens univerſa, miſerere nobis, qui dignatus es naſci pro nobis, dum in te permanes & nobis appares....*

Ex eodem Orationali viii. id. Januarias in die Adparitionis Domini ad Vesperum (ap. ipſum *Blanch.* p. 47.)

Profecto Adparitio, ſeu Epiphania Dominica, quam haec concelebrat oratio, inter praecipuas & antiquiſſimas ſollemnitates ſemper habita eſt. *Epiphaniae dies ſanctus incumbit*, ajebat ad tyrannum S. Philippus Heracleenſis Antiſtes, Martyrii palmam adſequutus quar-

quarto ineunte Seculo, ap. *Mabillon.* t. 4. vet. analect. p. 135. in actis ejuſdem S. Martyris, quae deinceps *Ruinart.* exſcripſit in actis ſinceris p. 364. col. 2. *Suarezius* quidem in t. 1. de relig. l. 2. c. 5. n. 9. ejus inſtitutionem ad praeceptum Apoſtolicum revocat, ex Conſtit. apoſtolicis l. 5. c. 13. & l. 8. c. 33. Verum eſto ad hoc ſtatuendum ipſum fefellerit *Pſeudo-Clemens*, hic tamen, qui Seculo IV. ſcripſiſſe cenſetur ab aliquibus, ex adlegatis locis vetuſtatem feſti mire com. probat. Ut mittam, Julianum Auguſtum, ex *Ammiano Marcellino* l. 21. hiſt., & Valentem Imperatorem, ex *Greg. Naz.* orat. 20. Epiphaniae celebritati jam olim interfuiſſe; tum plures e priſcis Patribus cum graecis, tum latinis, cum *Chryſoſtomo*, *Epiphanio*, *Auguſtino*, *Leone Magno* ejuſdem cum laude meminiſſe. Porro ſi fides *Lesleo*, adtamen ſine teſte loquenti, in ſuo Miſſali Moz-ar. t. 2. in notis ad pag. 59. lin. 83., in occidente hoc feſtum ante finem Seculi III. jam agebatur. Legendus omnino *Thomaſſin.* de feſt. l. 1. c. 4. & l. 2. c. 6. & 7. necnon *Coteler.* in Conſt. apoſt. l. 5. c. 13.

Celeberrimum hoc feſtum reddidit triplex Chriſti Domini adparitio ſeu manifeſtatio, ejus videlicet adoratio per Magos, baptiſmus in Jordane ſuſceptus, & primum miraculum, quod in Cana Galileae contigit. Hanc autem triplicem manifeſtationem ſemper recoluiſſe videtur Eccleſia latina, inquit *Marten.* de antiq. eccleſ. diſcipl. cap. 14. n. 1. „ ut patet tum ex hymno Prudentii, quem ad divina officia ſolet adhibere, tum ex S. Paullino carm. 9. de S. Felice, ex Greg. Turon. l. 1. de mirac. S. Martini c. 26. & de glor. Martyr. c. 87. ex S. Iſid. l. 2. de div. offic. c. 26. & aliis „. Haec ille.

Ceterum, ut mittam reliqua, quae ex Patribus produntur a Cl. Martenio teſtimonia (e quibus adcurate diſcuſſis forte ambigi poteſt num res ex integro conficiatur) quod ab hymno Prudentiano petitur, plane infirmum, immo nullum eſt. Ille ſiquidem, quem Cathemerinon exhibet ſub titulo *Hymnus Epiphaniae*, unam refert ac celebrat adparitionem, nempe ſideris, quo Magos Dominus ad pedes ſuos perduxit; at binas alias reticet. Et ex eo quidem hymno nonnulla inſerta ſunt illi carmina, quem ad Laudes in hodierno officio Epiphaniae recitamus; alius vero, qui ad Veſperas ejuſdem feſti canitur, ac ternas concelebrat adparitiones, minime Prudentium authorem habet, ſed Caelium Sedulium Presbyterum, ut liquet ex *Vet. Poët.* p. 568. v. 23.

Addit praeterea citatus *Blanchin.* in adnot. XIX. p. CLX. in Hiſpania ante S. Iſidorum duplici tantum adparitione, nempe ſideris & baptiſmi diem hunc fuiſſe ſollemnem. Quippe, ait, Hiſpanus Vates tertiae adparitionis in Cana Galileae ibidem non meminit, quoniam ejus memoria in Eccleſia ad Dominicam poſt Epiphaniam antiquiſſimis temporibus recolebatur; tum etiam, quod caput eſt, orationes omnes hujus libelli Gothico-hiſpani, quibus conſtat Epiphaniae offi-

officium pro Hiſpanis, ipſam omnino ſilent & binas duntaxat priores referunt. Indeque Blanchin. exultans colligit, eum libellum Iſidoriana tempora vetuſtate ſuperare.

Iis vero parum, me judice, hic Author proficit in rem ſuam. Principio enim in laudato hymno Prudentius & ſolam ſtellae adparitionem commemorat, & hiſtoriam inſuper contexit de caedibus, ſtragibuſque SS. Innocentium, quin tamen exinde conſequatur, tum in feſto Epiphaniae unicam celebrari adparitionem, una cum Sanctis Innocentium caedibus; quoniam Vates profeſſus non eſt eum hymnum exacte ad ſingulos quoſque ſuae Eccleſiae ritus in hoc feſto componere. Deinde ſaepius hodieque in officio feſti commemoramus adparitionem tertiam, ipſamque paullo poſt recolimus in ſecunda poſt Epiphaniam Dominica: quid ni ergo id ipſum ſimiliter egerint antiquae Patres Eccleſiae?

Praeterea quod omnes Libelli Orationes eam ſileant adparitionem, argumento non eſt, eam alias in feſto minime commemorari, ſcilicet in officio vel in hymno, vel in antiphona, ſeu in Liturgia in praefatione aut aliqua collecta. Quid enim hoc ita congrue factum fuiſſe prohibeat? Lege Sacramentarium *Gelaſianum* ap. cit. *Thomas.* t. 6. p. 11. ſq. in Vigilia & in die Theophaniae, hoc eſt Epiphaniae, ac unam reperies expreſſam de ſideris adparitione mentionem, quin tamen rite colligas, binas alias tum in Eccleſia Romana non celebrari; ac legito ulterius officium & Miſſam hodierni feſti, atque una non occurret oratio, quae praefatas duas adparitiones, alias ibidem (hoc eſt in officio) haud ſemel relatas, commemoret. Pertenue igitur Blanchino exinde patrocinium pro adferenda ſuo libello vetuſtate ſupra tempora Iſidoriana. Sed haec ſatis.

De feſto Epiphaniae luculentiſſime *Baillet.* t. 1. ad diem VI. Januar. col. 71. ſqq. necnon *Benedict.* P. XIV. de feſt. l. 1. c. 2. ac *Thomaſſin.* nuper laudatus.

20 *Benedicat vobis* A *&* Ω *cognominatus, Omnipotentis Dei Patris unigenitus Filius: qui eſt initium & finis, ipſe vos ſecum victuros adtollat temporibus infinitis...*

EX IPSO LIBELLO IN BENEDICTIONE IN DIE EODEM AD VESPERUM (ap. laud. *Blanchin.* p. 47.)

Reſpondet haec Benedictio illi, quae exſtat pro eadem ſollemnitate in Moz arabico Breviario fol 49. col. 3. Et quidem perpetua eſt in hocce Breviario, ſeu officio gothico hiſpano Benedictio ad populum ſub ſingulari quapiam & piiſſima deprecatione in ſingulis quibuſque eccleſiaſticis precum actionibus ſub finem; puta in Matutinis precibus & Laudibus, in Prima, Tertia, Sexta, Nona, in Veſperis & Completorio; uti edidimus ex eodem Breviario, tradunique

Eugen.

Eugen. Roblesius de ordine ipsius Officii cap. 25. *Bona* de div. psalmod. c. 18. *Graucolas.* comment. in Breviar. Rom. l. 1. c. 11. & noster *Azevedius* in exsercitationib. de div. Officio, exsercit. 9. Idemque Benedictionis per aliquam deprecationem ritus in Missa perpetuo Moz-arabicis observatus est, ut passim videris in Missali Moz-arabum ap. *Lesleum* ejus editorem: cum hoc tamen discrimine, quod Officii Benedictionem in simplici oratione sitam, alia nulla ceremonia comitabatur; Missae vero Benedictionem triplicem, aut tribus constantem membris, quibus ter populus respondebat *Amen*, ad instar Benedictionum, quas in Sacramentario Gregoriano passim legimus, antevertebat haec Presbyteri ad populum commonitio, *humiliate vos benedictioni*, quemadmodum & in *Ordine Romano* VI. num. 11. pariter dicitur populo ante benedictionem, *humiliate vos ad benedictionem.*

Habemus ergo, Ecclesiam Moz-arabicam, seu Hispanam jamolim perpetuo usui habuisse digestum persolvendis Deo laudibus Breviarium, istudque praetulisse perennes Benedictionum supra populum preces. En tibi *Breviarium* & *Benedictio*, praeclara quidem Liturgicae disciplinae capita, de quibus hoc loci nonnihil saltem illustrando documento delibare opportunum videtur.

Generatim itaque Breviarii nomine venit certa publice Deum laudandi ratio vocalibus precibus, quas ex instituto Ecclesiae quotidie statis horis Clerici cum seculares, tum regulares recitare jubentur. Ejusmodi preces olim dixerunt Patres Officium divinum, ordinem Officii, Cursus ecclesiasticos, Horas canonicas, Canonem, Synaxim, Pensum quotidianum, Agenda, Opus Dei; quibus nempe, pluribusque nomenclaturis rei notionem & magnitudinem omnes ad unum exponere satagerunt. Haec autem omnia complectimur vulgatissima *Breviarii* adpellatione, quam suo aevo jamdiu vigentem reperit *Micrologus*, qui florebat an. circ. 1180. ipso teste de observat. eccles. c. 28., ac eam fortassis haec precandi ratio nacta est, quod primitus valde prolixa quum fuerit, subcessu temporis nimium contracta sit, & ad breviorem formam redacta.

Quod ritus hic Deum statis horis laudandi apud Ecclesias tam orientales, quam occidentales antiquissimus sit, ac pene Apostolicis temporibus aequalis, tametsi primus ejusdem author ex veri simili documento nesciatur, apud quoslibet Eruditos convenit. Si credas pervetusto Authori de origine cantuum & cursuum ecclesiasticorum, quem ex MS. vetustissimo *Henric. Spelmanus* retulit in tom. 1. de CC. Angliae ad an. 680. a p. m. 176. Sancti Trosimus Arelatensis Episcopus, & Photinus Martyr, S. Petri discipulus Romanum cursum, aut divinum Officium in Gallias deportarunt; tum alium cursum Joannes Evangelista concinnavit, tum suum Evangelista Marcus, quem adceperunt germani fratres Gregorius Nazianzenus & Basilius una cum Antonio, Paullo, Machario; diversum insuper Orientalibus tradiderunt SS. Cromatius & Heliodorus, necnon Paullinus & Athana-

ſius, quemadmodum & Latinis pro ſua Eccleſia Mediolanenſi Ambroſius, ac pro ſuis Monachis Benedictus. Ceterum apud Eruditos incerta eſt hujuſce Britonis, aut Scoti, ut ex oratione ac ſtilo videtur, ſcriptoris anonymi authoritas, nec quoad priores huc recenſitas theſes ulteriori documento firmata.

Contra *Polidor. Vergilius* in l. 6. de inventor. c. 2. horariae precis inſtitutionem ad Pelagium P. II. qui ſedit ab an. 577. ad 590. referre non dubitavit, turpi tamen errore lapſus, eam quippe ad priora Eccleſiae Secula revocandam eſſe manifeſtiſſima produnt documenta. Siquidem *Tertullian.* chriſtianum orandi morem ſub hora tertia, ſexta, nona, & veſpertina exprimit in lib. de jejun., tum earum rationem eleganter explanat, ipſaſque demum horas Apoſtolicas nuncupat, quaſi ab ritu Apoſtolorum originem ducerent. *Clemens* item *Alex.* in Strom. libris tertiam, ſextam & nonam memorat. Apud *Pſeudo-Clem.* in conſtit. apoſt. l. 8. c. 14. jubentur Chriſti fideles ſuas fundere preces diluculo, tertia, ſexta, nona hora & in gallicinio, *Cyprian.* in tr. de orat. Domin. de ratione orandi hora tertia, ſexta, nona, tum matutina, veſpertina, nocturna luculenter differit. *Athanaſ.* lib. de virginit. ſeu de meditat., horae tertiae, ſextae, nonae, duodecimae, ac nocturnae ſub media nocte, quibus Deus oretur, exſerte meminit.

Baſilius in regul. fuſius tractatis n. 4. & 5. interrogationis 37. precum ſub eiſdem horis inſtitutarum perſpicue meminit; tumque *Chryſoſtom.* hom. 59. ad popul. Antiochen. & in Pſ. 118. ad τὸ *ſepties in die laudem dixi tibi*. *Hieron.* itidem vel paucis, vel pluribus eamdem pro fundendis precibus horarum apertam mentionem facit in epiſtolis ad Euſtochium, Demetriadem, & Laetam, nec non in epitaphio Sanctae Paullae. *Caſſianus* in l. 2. de horis nocturnis, & l. 3. de horis diurnis Orientalium Patrum preces ſub eiſdem eccleſiaſticis horis late proponit, Interprete *Alardo Gazaeo*. Sanctus denique *Benedictus*, ut plurium teſtimonia mittam, Davidem ſequutus, qui noctu ad orandum ſurgebat, ac ſepties per diem preces fundebat, in ſua Regula cap. 6. ſuis injungit Monachis ut Officium horis Matutini, primae, tertiae, ſextae, nonae, veſperarum, completorio adjecto abſolverent. Vide lib. 1. *Sacrament.* Rom. Eccl. n. 96. in praefat. Oſtiarii edit. Thomaſ. curante Vezzoſ. t. 6. p. 117. cum adnot. ejuſdem Vezzoſi, tum *Menard.* in concordia regularum c. 54. §. 11. & not. 693. ad Sacram. Gregor.

Adde morem Pſalmodiae, hoc eſt Pſalmos Davidicos, alioſque hymnos concinendi alternis vocibus, primum a Flaviano & Diodoro, regnante Conſtantio, Antiochiae coeptum, & inde quam cito ad reliquas totius orbis eccleſias propagatum, ex ſententia *Theodoreti* in hiſt. l. 2. c. 24., vel, uti cenſet *Henr. Valeſius* in Socratem l. 6. c. 8. ex quodam Theodori Mopſueſteni fragmento, primum inſtitutum a Diodoro apud Syros. Eundem vero ritum tanquam vulgo receptum

apud

apud ſuas, vel alienas Eccleſias plerique Patres commemorant ex veteribus: e. c. *Nazianzen.* in carm. jambicho de virtute ſub fin. *Baſil.* cit. & epiſt. 63. *Auguſtin.* l. 4. confeſſ. c. 9. *Paullin.* in vita S. Ambroſii & S. Martini, *Caſſian.* proxime laud. *Nyſſen.* epiſt. ad Olympium Monachium, *Theophil.* Alex. ep. 1. paſchali ſub fin. *Pallad.* in hiſt. lauſiaca c. 7. (Hanc in rem videndus *Thomaſſin.* de diſcipl. eccleſ. p. 1. l. 2. c. 71. ſqq.)

Haec itaque divino Officio initium dederunt, ipſumque procul dubio praeformarunt. Inde vero pedetentim ſingulae ferme Eccleſiae ſuum modum, ritumque in concinnando, recitando, pſallendo Officio inſtituerunt; praeſertim Romana, cujus officio, a SS. Damaſo, Leone, Gelaſio, Cregorio, Hadriano I. Gregorio III. pridem digeſto S. Gregorius VII. poſtremam manum impoſuit. Et vero valde prolixum illud erat; atque adeo Romae in Capella Papae ſaepius ipſum contrahi neceſſum erat propter molem negotiorum graviſſimam, qua Pontifex & Cardinales pene obruebantur. Et iſtud quidem contractum ſeu breviatum Officium canonicum Patres Minores ſequuti ſunt, indeque jam tum libros Officii inſcribere ceperunt *Breviaria, ſecundum conſuetudinem Romanae Curiae*: eo maxime quod Nicolaus P. III. qui annos tres ſedit ab an. 1277. rejectis vetuſtis Officiis, *mandavit ut de cetero Eccleſiae Urbis uterentur libris & Breviariis Fratrum Minorum.*

Haec de origine nominis & uſus *Breviarii*, qui deinceps apud Romanam Eccleſiam univerſam obtinuit, ediſcimus ex *Radulpho* Tungren. Dec. de can. obſerv. c. 22. cui ſuffragatur *Thomaſſin.* de eccl. diſc. par. 1. lib. 2. c. 84. n. 11. ſqq. Ferme eadem ex veteribus documentis a ſe conſultis confirmavit noſter *Andreas Marcus Burrielius*, celebratiſſimus ille Antiquitatum Hiſpanarum inveſtigator, in famoſa epiſtola, quam Toleto conſcripſit ad P. Franc. Ravagum Ferdinando Regi VI. a confeſſionibus, 22. Decembr. 1752. luce publica multis quidem nominibus digniſſima. Porro ibidem *Burrielius* hujuſce Breviarii Authores vocat Patres Franciſcanos; utpote quam recte conſentiens cit. *Thomaſſino* n. 13. ubi ex laudato Tungrenſi ſubinfert quod *Officium canonicum, ſeu Breviarium Franciſcanorum a Capella primum Papae ſumtum fuit* (hoc eſt, ut ipſe quidem interpretor, cooptatum illud eſt, quod uſui Franciſcanis jam erat) *at ubi poſtea a Nicolao III. adprobatum eſt, tunc demum Eccleſiae Romanae univerſe communicatum fuit.* (Laudarunt Burrielium *Ephemerides Lamianae* t. 28. ad an. 1767. col. 669. ſqq.)

Et de iis ſatis. Plura de copioſiſſimo argumento alias. Vide ſis interea vulgatum *Durantum* de rit. eccl. cath. l. 3. de hor. canonicis, *Bonam* de div. Pſalmodia, *Thomaſſin.* de diſcipl. eccl. *Mabillon.* de curſu Gallicano, *Grancolas.* in Breviar. Roman. *Azeved.* in exercitat. de div. Officio.

Venio jam ad Benedictionem Sacerdotalem, de cujus generatim

antiquitate, praeſtantia, forma, fructu, cum in veteri, tum in novo foedere pulcre cum primis diſſeruit *Chriſtian. Lupus* in par. 5. oper. ubi de C. Romano VII. ſub S. Gregorio VII. a p. m. 504. Ea profecto multiplex, immo ferme omnimoda & cujuſque generis occurrit in Codicibus Liturgicis. Eas paſſim proferunt *Sacramentaria*, tum *Ordo Romanus* ap. Hittorpium & Mabill. *Liber benedictionalis*, editus a Lambecio de biblioth. Caeſarea l. 2. c. 5. p. 300. ſqq. recuſuſque a Maurinis Editoribus oper. S. Gregorii t. 3. col. 621. ſqq. *Epiſcopalis liber* e Codice S. Theoderici prope Remos, ab eiſdem Editoribus ibidem exſcriptus a col. 625. *Grimoldinus Codex*, authore Grimoldo Abbate, a Pamelio vulgatus in Liturgico t. 2. a p. 478. *Benedictionum Epiſcopalium Codex*, quem *Dominicus Georgius* in t. 3. de Liturg. Rom. Pont. in adpend. a p. 329. exſcripſit ex Cod. MS. biblioth. Reg. Suec. n. 337. *Benedictionalis liber* ille, *ubi*, inquit Ordo Romanus Hittorpianus p. 8. col. 2. §. Ille, *legat Epiſcopus benedictionem ad populum ante communionem*. Graecorum *Euchologia* ap. Goarium, Habertum, Morinum. *Codices* denique perplurimi MSS. a Marten. vulgati t. 3. de antiq. Eccleſ. rit. in lib. de ſacr. benedictionib. ſub init. Pertractant ex profeſſo de Benedictionibus *Lupus* mox cit. *Menard.* in Sacrament. Gregorian. nota 100. Card. *Bona* rer. liturg. l. 2. c. 16. *Catalanus* de Pontificali Romano tom. 2. tit. 1. pag. 1. ſqq. *Interpretes* ferme ceteri rerum liturgicarum ubi benedictionem liturgicam primum exponere ſolent.

Et vero illa prae ceteris iiſque valde diverſa, Benedictio memoranda, quae adſtanti populo in Miſſa, vel aliqua divini Officii horaria prece impertiri dudum conſuevit ab Epiſcopis, aliiſque Presbyteris; quam utique, ajebat *Iſidorus* l. 1. de Eccleſ. Offic. c. 17. *antiqua per Moiſen benedictio pandit & comprobat* ex *Num.* 6. 23. ſqq: addidiſſe poterat, & benedictio per Melchiſedech ad Abraham ex *Geneſ.* 14. 18. & per Iſaac ad Jacob ex *Geneſ.* 27. 33. & per Aaron ſuper populum ex *Levit.* 9. 22. & per Heli ſuper Elcanam ejuſque uxorem ex 1. *Reg.* 2. 20. & per Mathathian ad filios ſuos ex 1. *Machab.* 2. 69. per Chriſtum denique in coelos adſcendentem ſacratiſſima benedictio ſuper Apoſtolos ac diſcipulos ex *Luc.* 24. 50.

Neque hunc benedicendi populum in Eccleſia a primis Seculis frequentiſſimum ritum tacuerant omnino antiquiores Patres: ejus quippe diſerte meminerunt *Auguſtin.* epiſt. ad Paullin. olim 59. quaeſt. 5. vulgat. *Hieron.* epiſt. ad Ruſtic. Narbon. Epiſc. *Caeſar.* hom. 5: tum *Concilia*, nempe *Agathen.* can. 30. & 44. *Aurelianen.* II. can. 28. *Tolet.* IV. can. 17. De aliis vero magis vulgaribus extra ſacras functiones benedictionibus, quas ceu jure quodam peculiari elargiebantur Epiſcopi, atque Presbyteri jam a primaevis temporibus, frequentiſſime Patres ac Synodi verba faciunt. Lege *Habertum* in libro Pontif. Eccl. graecae ad par. 11. obſervat. 4. ſqq. & cit. *Lupum*.

Propius denique adcedentes ad Benedictionem propoſiti documen.

menti, quae ad Veſperas ſuper populum recitatur, illa profecto nihil aliud eſt, quam oratio, qua Sacerdos bona pro populo Deum adprecatur, illi ſimilis, quae in Miſſa ſaepiſſime dicitur *ad populum* in Gelaſiano Sacramentario, & in Gregoriano *ſuper populum*, ſicut & in Miſſali Francorum *ad plebem*, ac in Miſſali Gallicano veteri *benedictio populi*, ſeu interdum *ad populum*. Porro haec noſtra ab aliis e codicibus, quos indicavimus, in eo ſignanter differt, quod per eam verſus populum, aut cum populo Sacerdos recitans ſermonem habet, per alias vero, licet pro populo Deum exoret, nullo ſeſe verbo ad illum convertit. Quocirca conjectaverim, Sacerdotem eam tum recitaſſe precem, ore ad populum, quocum loquitur, ritu aliquo dirigente, converſo; ad eum modum, quo alias nunquam Sacerdos perſonam aut rem aliquam praeſentem benedicere intelligitur, quin os una cum verbis ad eam vertat. Num praeterea ducto manibus ſigno Crucis populum benediceret? Quum nullo fulciar documento adfirmare non auſim. Quae vero in hanc Benedictionem diſſeruimus, in ceteras quaſque omnino ſimiles ex Officio, ſeu Orationali gothico-hiſpano diſſerta volumus. De Benedictione plura *inferius* Tom. VI. ubi de Spe theologica.

E RE NUMARIA.

18

Numus Joviani Imp. filii Varroniani Comitis, fato functi poſt an. Ch. 380. *ap. Bandur. in collect. numiſm. t.* 2. *p.* 447. *ſub fin.*

Commendatur hic Numus tanquam rariſſimus, immo & ſingularis. *Baron.* ad an. 363. n. 128. eum exhibet ex ſchedis *Pyrrhi Ligorii* nobiliſſimi Antiquarii ap. Farneſianam Bibliothecam repertis.

19

Numus

Numus Theodeberti Auſtraſiae Regis ; & quidem vel ſenioris, Theoderici filii, exſtincti ſub an. 548. vel junioris, filii Childeberti junioris, qui regnare coepit an. 596., ap. laud. Bandur. p. 648.

In hunc Numum conſule quae diſſeruit cit. *Bandur.* ſimulque *Harduin.* ubi de Numis Theodeberti, in comment. de antiq. numiſm. Reg. Francor. tab. 6. n. 9. & Leblanc in hiſt. de num. franc. p. 22.

20

Numus Mauricii Tiberii Imp. ab an. 582. & occiſi ſub an. 602. exeunte Novembri, ap. Bandur. cit. p. 662. & 665. ex Reg. Ducang. Mediobar.

Numus quidem rariſſimus, & Inſcriptio in poſtica, ſingulariſſima. Vide ſuper eo *Ducang.* in diſſ. num. inf. aet. n. XXIII. ad Joinvillam.

E R E L U C E R N A R I A.

21



E cryptis

E cryptis Romanis, olim ap. Bellorium, deinde in Muſeo Regio-Elect. Brandenb. teſte L. Bergero, qui Lucernam adfert in ſuis Lucernis veterum ſepulcralibus iconicis par. 3. tab. 24.

Inter egregia & illuſtriora pro ſancto dogmate documenta, aenea haec, pulcra & perantiqua Lucerna jure quam optimo connumeranda venit. Et haec quidem Lucerna prima ſepulcralis in noſtris tabulis occurrit.

Porro ſi peritos Interpretes diſciplinae de vetuſtis Lucernis Chriſtianorum audiamus, multiplex fuit ſepulcralium Lucernarum genus & uſus apud majores noſtros. Ex iis quippe plerumque aliae fictiles erant, aliaeque ex aere, arte varia, diverſiſque formis effictae. Fictilium opificium, quod Romanas ſpectat, in hiſce cryptis immenſo numero repertas, ac in Muſeis, praeſertim in ſacro Vaticano, & in noſtro Kircheriano hodiedum adſervatas, ex materia argillae rubrica intermixtae, e typo gypseo ſeu teſtaceo illae prodibant; typi vero iſti circa prototypum effigiebantur, ac prototypi, qui praeſertim cultiores ac operoſiores eſſent, a figulis ſigillatoribus produci ſolebant, uti nos monere videtur Lapis ille Romanus, inter peregrinos recenſitus ab *Oliverio* in Marm. Piſaur. n. CLIV.

D. ♡ M.

AGATOBOLVS. F. L. PYRRVS

FIGVLVS SIGILLATOR

Ejuſmodi Lucernarum partes praecipuae, crater inferne, inornatus & ſimplex; ſuperne diſcus ut plurimum concavus, infundibulo pervius ad inſtillandum oleum in craterem, in antica roſtrum, ſeu pars operis productior, e qua lumen micat, inſertis ellychniis, ſeu funiculis combuſtibilibus, modo ſparteis, modo ſtuppeis, modo ſcirpeis, item ex papyro vel amianto, qui nempe oleo adfuſo flammam nutriebant, lumenque praeſtabant; in poſtica demum perſaepe anſula, interdum multiplex, & pro arbitrio multiformis. Formam ipſae vulgo teferebant, aut rotundam, aut oblongam in modum naviculae, quo omnes thoreumatico tandem opere abſolvebantur.

Ex iis vero plures quolibet ornamento carebant, omnino ſimplices; aliae levius quidquam ac indifferens praeferebant, puta impreſſum ramum, floſculum, puerum, aut quid ſimile; perplurimae autem varia orthodoxae religionis myſteria repraeſentabant, e. c. monogramma ☧ Sanctam Virginem cum palma, ſacrum Exodi Candelabrum, bonum Paſtorem, collegium Apoſtolorum, Dominicam Crucem, & id genus alia, quae proſtant in Muſeis Italicis, referuntque *Authores* Romae ſubterraneae, *Boldett.* in Obſervat. ſparſim, *Caſal.* de vet. ſacr. Chriſt. rit. c. 42. *Marangon.* de reb. pagan. ad uſum Eccleſ. c. 74. *Licet.* de recond. antiquor. Lucernis ſparſim.

Lu-

Lucernae insuper aeneae, e quibus etiam plures vidimus & contrectavimus, fictiles plerumque, ut in materia, in forma quoque, seu arte, figura, elegantia, emblematis superabant. Exemplo sit haec nostra, cui adsimilem e christianis fictilibus aut nullam, aut raram videris; & quidem sive ejus structuram consideres, sive sacrosancta emblemata, monogramma Christi cum arcanis siglis A. Ω. portendentia, sive nobilem Inscriptionem *Nono Attico, Viro Claro & Illustri* dicatam. Aliae fortasse fuerint marmoreae, vitreae, aut ex alia materia, quales e profanis complures adduxerunt *Aldrovandus*, *Licetus*, alii, at nullam ex illis videre contigit, vel ne quidem citatam ab Scriptoribus de hac re agentibus.

Ad multa ergo officia majoribus nostris usui erant in cryptis ejusmodi Lucernae. Iis quippe in subterraneis tenebris utebantur ad sacras saltem hebdomadales celebrandas synaxes, in quibus & Missae, & conciones, & catecheses & reliqua ecclesiastica munia ante redditam Ecclesiae pacem peragebantur, nec non ad cultum supplicationum, quibus Romanus Clerus statis diebus, ac signanter Lateranensis ad feriam quartam post Dominicam Quadragesimae quartam sacra coemeteria concursabat; ad venerandam denique hisce sub ardentibus Lucernis honoris ac laetitiae signis Sanctorum Martyrum, quos in praesentia colebant, natalitia, seu triumphos. Haec pluribus exponunt & illustrant *Aringh.* l. 3. c. 22. & cit. *Boldett.* l. 2. c. 16. p. 524.

Sed & ipsis in more positum fuit Lucernis defunctorum memoriam pie recolere atque honorare, illis nempe adfixis, aut suspensis ad sepulcra eorum, uti testantur qui easdem cryptas diligenter saepe perscrutati sunt, cum *Bold.* proxime laudato, tum l. 1. c. 15. a p. 62. Nec alia quidem, quam solide promovere possis, occurrit ratio hujusce moris apud piissimos primaevae Ecclesiae Christicolas, sanctissimis institutionibus imbutos.

Plane consenserim eos morem desumsisse a Judaeis, vel propius a Paganis, qui, secundum varia Scriptorum placita, quae vide sis ap. cit. *Licet.* l. 2. c. 54. sqq., eum vulgo persequebantur in gratiam Deorum Manium, quos simul cum cadavere sibi addicto in eodem sepulcro conquiescere exsistimabant; vel ut honorem deferrent animabus, quas putabant perpetuo circum cadavera volitare; vel propterea potius ut lucernae cadaveri praesidio essent, ne quidquam incommodi ei contingeret. Ceterum Christiani veteres consuetudinem iis, aliisque commmentis, deliriisque deturpatam consecrarunt, sanoque ipsam, quem innuimus, utentes sensu, piam effecerunt. Lege in hanc rem citt. *Casal. Boldet Marangon.* quibus adde *Baron.* ad an. 58. & *Spondan.* ad ipsum an. n. 28. sqq.

Quod si quaeras primam Lucernarum usus originem? Clariss. Vir *Joan. Passerius*, in disciplina de Lucernis scientissimus, in comment. de lucern. fictil. Musei Passerii t. 1. proleg. 3. p. IV. eam repetit a commoratione Nöe in Arca sua cum tota familia; quoniam

veri

veri non adparet ſimile, eos ultra annum in Arca undequaque abſtruſos & picatos nocte perpetua caligaſſe. Ceterum nec veri adparet ſimile, multas Nöemum in Arca non conſtruxiſſe feneſtras, per quas immiſſa lux tenebras interdum, immo ſaepius depelleret. Et quidem eſto perpetuum Patriarcha in domo ſua ſervaret lumen, non inde conficitur iſtud ſervaſſe in lucernis a ſe inventis, ſed quopiam duntaxat aliquo ingenio uſum; niſi forte recurrere placeat ad exceptam a Deo revelationem, cui adſerendae firmum documentum dederis nullum. Quid? quod ſi paſſeriana ratio teneat, cuipiam vero ſimile erit, in tot Seculis, quae commorationem Nöe in Arca praeceſſerant, apud populum, vel apud aliquam ſaltem familiam lucernarum uſum obtinuiſſe, ne in nocturnis negotiis paſſim occurrentibus caligarent.

Vulgo tamen ex *Clem. Alex.* ſtrom. 1. p. m. 306. & *Euſeb.* praep. evang. l. 10. c. 6. ubi eundem Clementem recitat, ſequiturque, opinantur etiam Eruditi eum ceteros populos uſum ab Aegyptiis didiciſſe. Quo vero tempore Romae coeperit? Laudat. *Paſſer.* §. 4. recte concludit, minime ante imperium Auguſti, fultus nimirum authoritate *Martialis*, ajentis l. 14. epigr. 5. 39.

Nomina candelae nobis antiqua dederunt,
Non norat parcos uncta lucerna patres.

Quo circa, ut multiplici experimento comprobatum eſt, nullae in vetuſtioribus Romanorum ſepulcris lucernae occurrunt. Poſt ea ergo tempora, aliarum gentium exemplo, iſtae ſenſim in ſepulcra etiam Romanorum Gentilium invectae ſunt, indeque idem uſus, ſed pii alterius finis gratia, in Romanum Chriſtianiſmum effluxit.

Anne demum Romani Chriſticolae ad oſtendendum perpetuam erga ſuos defunctos pietatem, ipſis luceruas perpetuas conſecrarint, ad normam plurium, quae in ſepulcris veterum paganorum repertae creduntur a cit. *Liceto*, aliiſque compluribus? Narrat quidem *Caſalius* proxime cit. Julium Faveram, in coemeteriis Urbis exſercitatiſſimum, ſibi teſtatum eſſe, quod in coemeterio Calliſti repererit ipſe unam ex iis perpetuis lucernis adcenſam, lumine tamen ſatis lento reſplenduiſſe, ita ut alio adcedente lumine illa non agnoſceretur; ubi tandem e muro, cui adfixa erat, eam eruit, illico exſtincta eſt; quin deinceps in ea liquorem aliquem, ſeu bitumen animadverterit Julius, ſed quamdam veluti reſinam. Haec ille, quibus adfinia de vetuſtioribus multis lucernis perpetuis ſepulcralibus alii referunt, credunt, acriterque propugnant cum cit. *Liceto*, cui rurſum adhaerere videntur idem *Caſal.* & *Boldett.* l. 2. c. 16. favetque Lapis ille Salernitanus ap. *Gruter.* p. 1148. 17. relatus itidem a *Gutherio* in l. 2. de jure Manium c. 32. & a *Liceto* l. 1. c. 21. qui talis eſt,

HAVE . SEPTIMA . SIT . TIBI
TERRA . LEVIS . QVISQ
HVIC . TVMVLO . POSVIT
ARDENTE LVCERNAM* * *Ardentem .*
ILLIVS . CINERES . AVREA
TERRA . TEGAT

Sed iis tamen ceu inepte, aut jocoſe diſputantibus ſtrenue refragantur recentiores eruditi cum *Paullo Aretio*, Tortonenſi Epiſcopo in l. de emblematis ſeu inſignibus, & *Octav. Ferrario* in comm. de vet lucer. ſepulcral. quem pulcre nuper defloravit eruditiſs. *Feyjous* in theat. crit. univ. t. 4. diſc. 3. Et merito quidem; quoniam innumerae propemodum emergunt difficultates apud Phyſicos ex adſerta ejuſmodi perpetuorum luminum exſiſtentia, immo & poſſibilitate; nec umbram deinde, aut veſtigium ullum eorum luminum apud priſcos Authores repereris; nec fortaſſe ullus demum ex patronis tam malae cauſſae inventi cujuſpiam id genus phaenomeni fere perhibet teſtem, aut perhibere poteſt. Conſule ſis proxime citt. *Authores*, ac prae primis *Ferrarium*.

Nullus itaque, ut firmiter credimus, ex eis Romanis Chriſtico. lis animum induxit, ut cuiquam defuncto lucernam perpetuam, etiam nomine tum forte cunctis ignotam, ſacraret. Et vero Lucius ille, de quo bonus *Caſalius*, forſan narravit quod ſibi aliqua praevento opinione, aut phantaſia viſum eſt: poterat autem ipſe decipi vel a vapore telluris ibi adcenſo, vel a corpore aliquo pellucido in tenebris tum coruſcante.

Circa rem lucernariam conſuli meretur cit. *Paſſer.* tom. 1. in prolegomenis.

E RE SIGILLARI.

22

Romae in Monte Coelio repertum an. 1727. ap. Ficoron. de plumb. antiq. par. 1. cap. 23. n. 3. p. 71.

Sigillum hoc plumbeum, omnium quae hactenus prodierunt antiquiſſimum, ut merito cenſet *Gorius* in praefat. ad Inſcriptiones Doniarnas

nas pag. XXII. ubi illud, reor, primum edidit, pertinet ad S. Deusdedit Pontificem Summum, creatum an. 614. & vita functum 617. 8. Novembris, quo die sacra ejus memoria recolitur apud fastos ecclesiasticos.

Ceruis in antica Plumbi sacra hieroglyphica, quae ad rem nostram Deum principium & finem creatorum portendunt, una cum Pastore bono, oviculas blanditiis demulcente, de quo specioso amoris divini erga homines symbolo christianis olim prae ceteris familiari atque usitato plura *Aringh.* l. 6. c. 18. a p. 550. & nos alias. In postica vero piissimi nomen Pontificis DEVSDEDIT, utpote vocabulum ex nomine ac verbo compositum, illa adhuc aetate ex more temporum antiquiorum usitatum; quippe S. Augustinus scripsit ad Quodvultdeum, & M. Aurel. Cassiodorus ad Deusdedit.

Conspicis deinde nomini adjectum τὸ PAPAE, quo subinde nomine ap. cit. *Ficoron.* in tabulis subsequutis, *Heinecc.* in syntagm. de sigillis ad calcem, *Murator.* de antiq. ital. med. aevi diss. 35. pleraque videris posteriorum Pontificum summorum sigilla plumbea exornata, ut puta Zachariae, Sergii, Leonis, Gregorii, Stephani, Marini, Joannis, Paschalis &c. Nimirum quamvis id nominis a primis usque Seculis vulgo tributum sit honoris gratia quibuscumque Episcopis (quod quique Eruditi ultro dederint *Binghamo* rem pluribus persequenti lib. 2. c. 2. §. 7.) Romano tamen Episcopo ceu Christi Vicario, & Ecclesiae universae Primati peculiari quadam ratione & quasi antonomastice adscribendum videtur, quum nomine *Papae* idem tum vulgo designaretur, ac *Pater senex*, aut *Pater patris*, seu *Avus*, vel *Pater Patrum*, aut quid simile.

Fortasse *Ennodius* Episcopus Ticinensis, qui florebat an. 511. nomen istud uni Romano Pontifici ceu proprium & peculiare primus adseruit, quod scite observavit *Sirmondus* noster ad epist. 1. libri 4. ejusdem Ennodii, nec displicuisse videtur *Rosweydo* & *Raynaudo* in suis onomasticis art. *Papa*. Et vero vulgo ejusmodi magno titulo & Romanus Pontifex, & ceteri quique Episcopi promiscue salutabantur, donec Gregorius P. VII. an. 1073. in Synodo contra Schismaticos decrevit, ut *Papae* nomen unius esset in orbe Christiano Romani Pontificis.

Multa in istud nomen disputata sunt. De eo nos suo loco pluribus differemus. Consuli interea possunt *Raynaud* in onomastico Pontificio art. *Papa*, *Ecbellens*. de origine nominis Papae, *Braccius* in etymolog. nominis *Papa*, *Cangius* in glossar. cum addit. PP. Maurinorum art. *Papa* & cit. *Bingham.*

Huic addenda Signa Hadriani P. II. quae in antica ferunt programma Christi cum circulo quodam intermedio, & in postica Crucis Dominicae signum cum utroque sacro symbolo A & ω. Ea fert *Ciacconius* de vit. & gest. Pontif. in Hadriano II. qui renuntiatus est Pontifex an. 868. Verum ne fides integra Ciaconio absque teste loquenti?

RELIQUA VARII GENERIS MONIMENTA.

23

Mediolani in Baſilica Ambroſiana, in laterali parte dextra perantiquî ſarcophagi marmorei, quod exſtat ſubter ambonem, ap. laud. Allegranz. tab. 5.

Omnino par huic Monumentum in marmoreis Romae ſubterraneae ſarcophagis nondum reperi; quod videlicet inter cetera, & illa quidem perplurima hieroglyphica ſacra, hoc repraeſentet Deum omnium initium & ſcopum referens ſub ſiglis A. ω.

24

Romae in ſepulcris coemeterii Priſcillae repertum eſt hoc fragmentum vitreum deauratum ap. Aringh. t. 2. p. 265. num. 1. Servatur modo in Aedibus Vallicellanis.

Haec S. Laurentii figura eſt, uti eam vulgo interpretantur Eruditi cum *Victorio* meo in diſſ. philolog. p. 86. 87. Redimitur loco diadematis Chriſti monogrammate, & ad laevam ornatur ſacro ſymbolo ✦, quod ſine dubio Deum finem omnium creatorum adumbrat, quemadmodum ſigla A, depicta (ut certo credere fas eſt) in parte dextra deficientis calicis, Deum principium denotabant.

Tre-

25

Treviris in Baſilica S. Paullini Trevirenſis Antiſtitis, ap. Brouver. in Annal. Trevir. ad an. 396. n. CCIX. in t. 1. p. 274.

Hunc orbem argenteum ſacris ſymbolis inſignitum impoſuit pectori S. Paullini Trevirim translati S. Felix, alter Trevirorum Epiſcopus, quum ſanctum ejus cadaver condidit in arca lignea, fortaſſe cedrina, ſub an. 396. Immo & in capite tumbae & ad pedes ejuſdem S. Martyris Paullini forinſecus eadem Felix expreſſit ſymbola, teſte ibidem *Brouver.* e Mſs. antiquiſs. Biblioth. S. Maximini.

26

Anularis Gemma perantiqua, quae exſtat Romae in Muſeo Barberino, ap. Gor. de Dipth. t. 3. p. 160.

27

Sueſſio-

Sueſſione in tumulo S. Drauſii Epiſc. Sueſſionenſis ap. Mabill. annal. Bened. t. 1. poſt p. 622.

Vivebat Drauſius, aliis Drauſcio, an. 666. Plura de eo *Mabill.* in eodem tomo.

28 PATINA, qualem adjecta pagina repraeſentat.

Apud Forum Cornelii in S. Caſſiani Martyris.

Haec illa percelebris Patina S. Petri Chryſologi, *ſuperius* indicata Tom. III. n. 15. p. 390. in confirmationem dogmatis de peccato originis, atque illuſtrando dogmati de Deo fine creatorum ſub ea ſigla ſymbolica ω, quae centro patinae inhaeret, recuſa & in praeſentiarum propoſita.

Praeter ea, quae in cit. Tomo leviore manu adtigimus de ſacro monumento, haec inſuper ex probatis Scriptotibus, aliiſque Viris fide dignis excepimus. Tota patinae magnitudo ſeu diameter, qualem vides in ectypo noſtro fideliſſimo, palmum Romanum vel aequat, vel ſuperat potius; ejus craſſities mediocris; materia argentum optimae notae identidem deauratum; pondus unciarum XIV. Figuris quidem ſeu imaginibus permultis inciſa, eo tamen encauſtico artificio contexta, ut planitie gaudeat aptiſſima ad colligenda in Sacrificio auguſtiſſimo fragmenta. Haec fere *Paſſrizius* proxime laudandus, in ſua diſſert. cap. 2.

Unica porro patina haec inter alias pretioſiores Chryſologi reliquias externas magna cum veneratione adſervatur in Baſilica Cathedrali Cornelienſi; quum cetera ab eo morti proximo donata Caſſiano Martyri aut bellorum incendiis perierint, aut hoſtili fuerint populatione direpta. Neque ex iis aliud quidpiam adparuit, tametſi Sancti corpus ſub an. 946. fortunatiſſima ſorte repertum ſit. Conf. *Domin. Mita* in vita Sancti num. 39. 43.

Quod autem haec illa eadem ſit patina, quam Chryſologus, ea uſus ad tremendum Sacrificium, Caſſiano donavit, conſtans eſt nobilium Imolenſium civium a Majoribus recepta traditio, & pleriſque ferme omnibus Sancti biographis adoptata. De eadem diſſerentem audi cit. *Mitam* n. 39. „ Mirabilis ſane virtus argenteae patinae casis ab eodem (Chryſologo) relictae, quum aqua per eam demiſſa & pie a fidelibus deguſtata ſaepiſſime rabidi canis morſum ſanare & febres peſtilentes tollere expertum ſit, ad quae mala nullum naturale remedium ſufficere conſtat: quo ſit ut multi canino, rabidoque morſu laeſi undique ad tumulum B. Petri Chryſologi, oſſa ejus veneraturi, aquam potaturi, & adſportaturi conveniant „. Haec ferme eadem memorantur de duabus patinis S. Martini ap. *Gregor.* Turon. de mirac. ejuſdem S. l. 14. c. 10. col. m. 1121.

Adde pium ritum quotannis uſurpari ſolitum apud eccleſiam Cornelienſem recurrente feſto die Sancto Doctori ſacro, in ſignum religio-

Ad pag. 40.

QVEM PLEBS TVNC CARA CRVCIS AGNVS FIXIT IN ARA: HOSTIA FIT GENTIS PRIMI PRO LABE PARENTIS
Julius Candiotti scul. Romae 1770.

ligionis & obſequii erga Sanctum in ejus patina. Nimirum Canonici in patina labris admota adjectas aquae guttulas reverenter hauriunt ac populus deinceps aquam tumultuarie ſugit, illam exinde reputans ſacram, ſancteque proficuam, quod pignus venerandum contigerit. Tanta haec piiſſimorum Imolenſium pietas erga civem ſuum!

Jam vero ſingulare hoc Monimentum nonnulli Eruditi Viri perdoctis diſſertationibus illuſtrarunt. Primum, reor, hoc ineunte Seculo, vel ſub finem proxime elapſi, religioſus quidam Vir, nec ignobilis praeco Verbi Dei, at nomine tacito. Deinde *Joan. Paſtritius*, eruditus Dalmata Spalatenſis, in Collegio Urbano de Propaganda Fide Theol. polemicae Lector emeritus, an. 1706. formis Romanis, Poſtremo, quod ſciam, Neapoli ad an. 1746. *Sebaſtian. Paulli* Congregat. Matris Dei alumnus, qui praetera editionem ſermonum Chryſologi omnium caſtigatiſſimam Auguſtae Vindelicorum typis vulgavit an. 1758.

Ex iis autem unuſquiſque patinae ſigna & imagines pro ingenio ſuo exponere atque illuſtrare conatus eſt. *Anonymus* quidem in caracteribus & numeris, qui exornant pallium illud interius menſae adjectum, legit annum 448. quo patina Chryſologo curante elaborata eſt: ac inſuper in literis, caracteribus, aut notis circuli intermedii haec compendio nomina graeca reperit, MAPIA MHTEP XPIΣTON ΣΩTHPON, *Maria Mater Chriſti Salvatoris*.

At vero *Paſtritius*, qui nihil non ſacrum, non myſticum, non acutiſſime ſymbolicum vidit in patina, tria ibidem perſcrutatus eſt idiomata, hebraeum, graecum, latinum; ac primum fuſe ac erudite exploſo Anonymo, in caracteribus, quos hebreo-graecos vult, ejuſdem circuli, haec invenit, CRVX, ADAM, ET HEVA, quae nimirum reſpondeant carminibus, oram monimenti circumcingentibus. Ut modum inſuper eum Rythmicum Leoninum, quo carmina conſtant, pervetuſtum comprobet, complura adlegat id genus carmina ex *Tullio*, *Marone*, aliiſque priſcis vatibus.

Porro ſi conſuetudinem & ſtilum Poëtarum Chriſtianorum in mentem revoces, & audias *Papebrochium* ad d. 19. Maii de SS. Pudentiana & Praxede n. 7. *Leoninorum verſuum initium nemo eruditus fecerit Seculo* XII. *antiquius*. Ceterum *Murator.* de antiq. med. aevi diſſ. 40. italica p. 531. ſqq. tot tamque praeclara ex penu antiquitatis prodiit Monimenta, Leoninis verſibus inſtructa, ut dubitare non ſinant, eum morem apud Rhythmopoejos & Poëtas Chriſtianos IX. jam Seculo, immo & VIII. invaluiſſe. Adde votum Beliſarii poenitentis, carminibus Leoninis conſtans, ejuſdem Beliſarii aetate inſcriptum, opinione *Baronii* ad an. 538. n. 10. quam & idem *Murat.* cit. veri ſatis ſimilem merito exiſtimavit.

Contendit itidem perdoctus Paſtritius, patinam ad mentem Chryſologi eſſe plane dogmaticam adverſum haereſes Arii, Neſtorii, Eutychetis, Iconomachorum, & Sacramentariorum quorumlibet, adductis

ctis ex geſtis & ſcriptis Chryſologi teſtimoniis . Permultis denique heinc inde petitis conjecturis patinam Petro dubio procul adſcribendam urget.

Paulli demum alia incedens via nonnihil ſpeciatim de patina Chryſologiana ſparſim differit, plura vero generatim de patinis, ut puta de materia, forma, uſu, picturis, & cultu priſcorum fidelium erga patinas Sacrificio Euchariſtico addictas; nec exigua quidem cum ſuppellectile ſacrae eruditionis, variis figuris exornata. Proteſtatur nolle diſquirere in aetatem patinae noſtrae, ne ingratus ſit Imolenſibus; interea tamen videtur haud ſentire cum ipſis, eam eſſe Chryſologi opera fabrefactam, aut ejus uſu conſecratam. Ridet merito tanquam ſomnia vigilantis exſoticam Paſtritii interpretationem in ſiglas aut notas illas circuli orbiculo adjacentis; additque §. 6. p. 228. ſqq. ex ſententia Eruditorum plurium, quos conſuluit, ſibi probata, eas ex mera opificis phantaſia adjectas eſſe ornatus gratia abſque ullo ſignificatu.

Id quod & *Lamius* in ephemer. t. 8. ad an. 1747. col. 156. ſq. ubi diſſertationem Paulli egregie commendat, confirmare adgreditur ex ornamentis omnino ſimilibus, quae reperiuntur in codice ms. bibliothecae Riccardianae Florentinae de Seculo XIV. atque in pelvibus nonnullis de Seculo XVII. Quaſi tamen horumce ornamentorum authores formam deſumere ac imitari non potuerint aut ex noſtra patina, aut ex aliis Monimentis antiquiſſimis.

Verum enim vero quidquid de iis Interpretum laudatorum ſenſis nobis alias dicendum ſuperſit, in praeſentiarum indubitate ratum eſto, quod ſacra ſymbola A. ω. in peripheria minoris orbiculi deſcripta ſunt ante Seculum XI. Deumque O. M. creatorum principium & finem repraeſentant. Cetera, ſi Deus faverit, *inferius* definiemus ubi de Sacrificio Euchariſtico ad conſpectum ejuſdem patinae documenti ſermo erit.

CAPUT TERTIUM.

De Adpetitu hominis erga finem ultimum.

RURSUM QQ. 35 DOGM. SCHOL. QUAESTIO I. An Homo adpetitu innato, ſeu propenſione naturali adpetat Beatitudinem naturalem, & ſupernaturalem? ADSERO I. Adpetit beatitudinem naturalem ſumtam in communi, maxime prout eſt omnium bonorum complexio. Quia homo naturali inclinatione adpetit bonis quibuſque ſibi convenientibus abundare (*i*). II. Eandem ſimiliter adpetit ſumtam in particulari, vel pro Deo aliqualiter perfecte cognito, atque dilecto naturaliter poſt viam (*k*). Quia

(*i*) Conſentiunt *Suar.* d. 16. ſ. 1. n. 5. *Amic.* d. 2. a n. 323. *Rhod.* d. 1. q. 4. ſ. 1. *Viv.* d. 2. q. 4.

(*k*) In re *Suar.* cit. n. 1. & vulgo ceteri.

Quia quidquid perfici poteſt, adpetit perfectionem ſibi poſſibilem, proportionatam, & naturaliter debitam; qualis eſt homini ſua beatitudo naturalis.

36 III. Ad beatitudinem ſupernaturalem nullus eſt in homine adpetitus naturalis ante revelationem; ſecus poſt revelationem. Et ita concilio oppoſitas ſententias *Scoti* (*l*), & *Suar.* (*m*). Quia nempe ante revelationem nihil eſt, unde poſſit quis moveri ad adpetendum ens ſupernum: habita vero revelatione jam eſt, unde ſuapte natura feratur, inclinet, & propendeat in ſummum bonum, quod cognoſcit ſibi eſſe poſſibile. Nihil enim vetat, objectum ſupernum adtingi actu naturali elicito (ex mox dicendis) ergo & naturali innato. Siquidem praehabita revelatione de exſiſtentia S. Trinitatis, haec poteſt credi cognitione naturali: ergo & poteſt adpeti ejus fruitio adpetitu innato (*n*).

OBJECTIONES.

37 Obj. *primo* contra II. Adſ. Non adpetit innate homo beatitudinem, ſumtam in particulari. Nam 1.° in homine ſolum eſt capacitas ad illam, non vero exigentia. 2.° eo modo, quo quis adpetit finem, adpetit & media ad eum obtinendum; ſed medium ad illum finem obtinendum eſt mors, quam homo non adpetit, immo naturaliter refugit; itemque eſt virtus, quam homo ſaepius naturaliter averſatur: ergo. 3.° heinc fieret, quod homo eſſet naturaliter violentus in mundo, dum ſibi exacto termino privaretur; at oppoſitum teſtatur experientia.

38 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* Res non ſolum habere poteſt, ſed etiam exigit terminum, ſibi naturaliter debitum. Ad 2. *N. Ma.* Poteſt quis inclinare in finem utcumque poſſibilem, ſibique bonum, quin inclinet ad media difficilia pro adſequutione finis. Beatitudo, ejuſque perdifficilis procuratio ſunt duo objecta diſtincta, e quibus ad unum ferri poſſum, quin ferar ad aliud; immo etiamſi ferar ad aliud averſive, ut ajunt. Ad 3. *C. Ma.* quia etiam innate irrequietum eſt cor noſtrum, donec ad ultimi finis poſſeſſionem perveniat. Haec autem violentia inſenſibilis eſt, uti violentia, quam patitur res quaelibet inanimis extra ſuum centrum. Quid? quod paſſiones corporis, & mundi ſenſibilia falſas homini delectationes offerunt, quibus & illa violentia magis reconditur, minuſque patet experientiae.

39 Obj. *ſecundo* contra III. Adſ. Non eſt homini poſt revelationem adpetitus innatus erga beatitudinem ſupernam. Nam 1.° adpetitus innatus eſt qui rebus ineſt ex natura ſua, ſeorſim ab omni cognitione; ille vero adpetitus eſſet ob cognitionem, revelatione habitam: ergo elicitus eſſet, non innatus. 2.° adpetitus innatus eſt identice ipſa rei adpetentis natura; at poſt revelationem ſupervenit adpeti-

(*l*) In 4. diſt. 19. q. 10. ni fallor.
(*m*) Ubi proxime, ſect. 2.
(*n*) Conf. *Salas.* 1. 2. tr. 2. d. 12. ſ. 2. n. 8

petitus, qui nunquam fuerat: ergo & diverſa naturae indoles ac notio.

40 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. Ma.* innatus ſimpliciter talis, *C.* hic enim nullam includit conditionem: conditionate talis, qui nempe ſolum exſiſtit pro eventu, quo adcedat aliqua conditio, v. c. certa cognitio de beatitudine, *N.* Sic etiam adpetitus naturalis elicitus de ſuperna beatitudine eſt tantum conditionate talis, hoc eſt ſolum pro eventu, quo adceſſerit revelatio. Poſt iſtam vero eſt in homine adpetitus innatus erga beatitudinem quaſi habitualiter, & inſtar ſimplicis complacentiae, etiam dum nulla eſt ei actualis cognitio, vel memoria de beatitudine revelata. Et *C. Mi.* Et *N. Con.* Ad 2. *D. Ma.* ipſa rei vel conditionate, vel ſimpliciter adpetentis natura, *C.* ſecus, *N.* Et *C. Mi.* de adpetitu ſimpliciter tali. Et *D. Conſ.* indoles naturae diverſo modo adpetentis, *C.* ſecus, *N.* Ex iis quidem concluditur, naturam poſt revelationem eſſe diverſam quoad modum adpetendi, non autem quoad entitatem adpetitus.

41 QUAESTIO II. An pariter adpetat homo adpetitu elicito, ſeu actu vitali, ex praevia cognitione, beatitudinem naturalem, & ſupernaturalem? ADSERO 1. Adpetit naturalem, ſub eiſdem adjunctis, & rationibus, quibus eam adpetit adpetitu innato (*o*). II. Poteſt pariter adpetere ſupernaturalem eodem jure, quo diximus de adpetitu innato. Quia eadem militat ratio. Et quidem quidquid voluntas adpetit adpetitu innato, & poteſt adpetere adpetitu elicito naturali, ſi intercedat cognitio; quoniam objectum eſt proportionatum, & facultas a potentia non abeſt.

42 III. Poteſt eandem adpetere adpetitu elicito naturali, qui ſit non modo ſimplex complacentia, ſed abſoluta volitio efficax adfectiva ſupernae beatitatis (*p*). Poſſum quippe per actum naturalem, immo etiam criminoſum, velle efficaciter hoſtiam conſecrare: ergo quia non repugnat illa volitio circa objectum ſupernum. Quin & Daemones actu naturali adtingunt plura objecta ſuperna (*q*).

OBJECTIONES.

43 Obj. *primo* contra II. Adſ. Non eſt homini poſt revelationem adpetitus elicitus erga beatitudinem ſupernam. Nam 1.° adpetitus naturalis verſatur circa perfectionem debitam, & quam naturaliter adſequi poſſis; at ejuſmodi non eſt beatitudo ſuperna. 2.° heinc fieret, quod adpetitus elicitus naturalis, & ſupernaturalis nihilo differrent; utrique ſiquidem idem eſſet objectum materiale, & formale. 3.° ejuſmodi adpetitus ineſſet univerſim, & perpetuo cunctis hominibus, revelatione inſtructis; at non illa ineſt, quia enim multi menſes, & annos integros de beatitudine non cogitant, ac inſuper qui peccant, nequeunt in actu peccati illam ſerio adpetere.

44 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Ma.* de omni adpetitu naturali. Sicut

(*o*) Conſentit proxime cit. *Suar.* ſ. 3.
(*p*) Lege *Arria.* d. 58. n. 30.
(*q*) Ap. *Rhod.* cit. q. 4. ſ. 1. & *Rip.* mox citandum.

Sicut enim verſatur cognitio naturalis circa objectum ſupernaturale, quod non niſi cum ſupernis viribus obtineri poteſt, ita & adpetitus naturalis, ſcilicet per modum ſimplicis complacentiae; neque enim hic adpetit revelatam beatitudinem ut naturaliter, ſeu ut ſupernaturaliter obtinendam, immo abſtrahendo a modo, quo eam adſequi ſibi liceat.

45 Ad 2. *N. Adſ.* & prob. In hoc ipſi differunt, quod adpetitus ſupernaturalis, qui eſt ſimplex complacentia, procedit ex cognitione ſuperna, & fertur ad beatitudinem ſupernam, tanquam ad terminum ſibi proportionatum, & debitum: adpetitus vero naturalis poſt revelationem procedit ex cognitione naturali, ac fertur ad beatitudinem, tanquam ad terminum, quem nude reſpicit, in ipſo complacendo. Ad 3. *N. Ma.* Adſertum non intendit ejuſmodi appetitus actum perpetuo ſubceſſivum, ſed quod hic interdum haberi poſſit ab homine, qui novit revelationem (*r*).

46 Obj. *ſecundo* contra III. Adſ. Fictitius eſt adpetitus naturalis elicitus, qui ſit deſiderium efficax erga beatitudinem. Nam 1.° ejus deſiderium eſt proprium ſpei infuſae. 2.° includit virtute voluntatem abſolutam exſequendi media cuncta ad conſequutionem rei deſideratae; at nequit quis naturaliter media cuncta exſequi, e. g. fidem, & contritionem ſupernam. 3.° ad ejuſmodi exhibenda media requiritur pro omni ſtatu ſupernum gratiae auxilium: ergo etiam ad volendum eorum finem, ſcilicet beatitatem ſupernam.

47 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* quia poteſt etiam procedere ab ſpe naturali, uti & ſimplex complacentia de eadem ſuperna beatitudine. Nec enim efficacia ſuperaddit adfectui ſupernaturalitatem. Ad 2. *D. Ma.* voluntatem abſolutam adfectivam, *C.* effectivam, *Subd.* exſequendi per naturae vires media cuncta &c., *N.* exſequendi per gratiae auxilium, quod judicat homo eſſe ſibi quodammodo paratum, quando velit eo uti, *C. Ma. Mi.* Et *N. Con.* Poteſt quis conatu naturali velle elicere contritionem ſupernam, pro qua novit ſibi paratum divinum auxilium, ſine quo intelligit, illam non poſſe elici: pariter ergo in caſu. Ad 3. *N. Con.* quia licet ſine auxilio nec illa media adhibere, nec illum finem adſequi poſſim, tamen, ex dictis, velle poſſum deſiderio naturali adfective efficaci, & illa adhibere cum parato auxilio, & illum adſequi (*s*).

48 QUAESTIO III. Num beatitas adprehenſa neceſſitet in hoc ſeculo amorem, non modo quoad ſpeciem, ita ut non poſſis eam odiſſe (*t*), ſed etiam quoad exſercitium, ita ut non poſſis actum amoris erga illam ſuſpendere? ADFIRMO (*u*). Quia omnis potentia trahitur

(*r*) Conf. *Rhod.* cit. q. 4. ſ. 1. *D. Th.* hoic q. 5. a. 8. ibique *Vaz.* d. 22. c. 4. 5.

(*s*) In hanc rem plura cit *Arria.* d. 58. ſ. 5. a. n. 30. & *Rip.* de ent. ſupern. t. 1. l. 1. d. 14. ſec. 4.

(*t*) Ut ſert cit. *Suar.* ex *Ariſt.* ſ. 3. n. 2.

(*u*) Cum *Viv.* cit. q. 4. n. 4. ex *Maur.* contra Scot.

hitur neceſſario a ſuo objecto, quoties purum adparet vel depuratum a contrario, ut patet in motibus primo primis, qui non ſunt liberi, eo quod ejus objectum proponatur ut bonum purum, vel depuratum a contrario: ergo & beatitudo prout adprehenſa ut bonum ab omni malo depuratum, voluntatem ad actualem ſui amorem neceſſario trahit.

OBJECTIONES.

49 Obj. *primo*. Ex D. Th. (*x*) voluntas non tendit neceſſario in finem ultimum. *Secundo*. Poteſt quis odiſſe Deum: ergo & ejus poſſeſſionem, ſcilicet beatitatem: id quod evenit in damnatis. *Tertio*. Saepe quis proxime poſt adprehenſam beatitatem peccat, & avertitur a beatitate: ergo tunc illam non adpetit. *Quarto*. Adprehenſio beatitatis, quae habetur ex fide, evidens non eſt: ergo nequit rapere ad ejus adpetitum. *Quinto*. Heinc fieret, quod omnes adpeterent ſumme adprehenſam beatitatem: inde vero nullus fere Catholicus unquam peccaret: quod opponitur experientiae.

50 R. Ad *primum*. *D. A.* in finem ultimum per ſe adprehenſum, nempe quatenus eſt ſummi boni poſſeſſio, *N.* quia hoc ſenſu apud *D. Th.* (*y*) omnes naturaliter volunt eſſe beati, adeoque neceſſario: & conſonat *Auguſtino*, idem adſerenti (*z*): in finem ultimum cum aliis adjunctis adprehenſum, hoc eſt quatenus difficillime obtineri poteſt, *C.* Heinc ad *ſecundum* & *tertium*: poteſt quis odiſſe Deum ut punitorem e. g. non ut ſummum animae bonum: ac odiſſe pariter beatitatem, & ab ipſa per peccatum averti, quatenus adprehenditur beatitudo cum adjunctis, quae eam oſtendunt ſubdifficilem, aut horribilem.

51 Ad *quartum*. *N. Con.* Cognitio proponens certo beatitudinem ceu ſummam hominis perfectionem, & quietem, ſatis eum rapit ad proſequendum amore, & non odio objectum, ad quod homo ſuapte natura fertur. Ad *quintum*. Omnes adpetunt ſumme adpretiative beatitatem, quatenus haec per ſeſe adprehenſa nequit ab humana aeſtimatione ulli alii rei poſtponi, quae utpote eſt ſummum homini bonum; adeoque a voluntate nequit reſpui, ſed neceſſario adpetitur. Hoc autem ſenſu dixit *Aug.* (*a*) *omnes ardentiſſime velle beatos eſſe*, cui ſubſcripſit *Angelicus* (*b*). Illa vero ſaepenumero poſtponitur aliis commodis per peccatum, quia cum illis fortius adprehenſis concipitur (*c*).

LIBER

(*x*) Heic q. 5. a. 8. ad 2.
(*y*) Ibid. O.
(*z*) L. 13. de Trin. c. 3. 5. & contra Julian. l. 4. c. 3.
(*a*) L. 13. de Trin. c. 5.
(*b*) Ubi ſupra, itemque 1. p. q. 60. ar. 5. & 1. 2. q. 109. a. 3.
(*c*) Conf. *D. Th.* heic cit. q. 5. a. 8. ibique *Val.* d. 1. q. 5. pu. 1. *Vaz.* cit. d. 22. c. 5. a n. 25.

LIBER SECUNDUS

De Felicitate Hominis.

52 NImirum de Beatitudine formali, quae unice eſt vera, & ſumma hominis Felicitas, quum ſit aeterna ſummi boni poſſeſſio. Dicitur *formalis*, quia nempe eſt formalis quaedam actio intrinſecus hominem beans, eumque perfundens omnigena ſuavitate, quae ex ſummo bono percipi poteſt: hoc enim, quatenus eſt beatitudo objectiva, quum ſit homini prorſus extraneum, nequit ſatiare adpetitum, niſi ab eo intime poſſideatur; nequit autem poſſideri, quin ei ſic uniatur, ut omnia commoda, quae ex hujuſmodi Bono haberi poſſunt in animum & corpus hominis deriventur. Eximiam hanc & ineffabilem Felicitatem paucis delibare adgredimur, praemiſſis de more erroribus in ſanctum dogma de viſione beata.

CAPUT PRIMUM.

Beatitudo formalis quantum ad adtributa primaria.

PROLUSIO POLEMICA
HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in Viſionem beatam

53 NEC pauci quidem, nec uno modo, cum ex Latina Eccleſia, tum ex Graeca Myſterium Viſionis intuitivae, ut vocant, quae ſupernaturalem Beatitatem altera ex parte conſtituit, aut criminoſe, aut inculpate oppugnarunt. Nimirum HISTORIA POLEMICA.

I. *Syri Neſtoriani*, parentibus *Diodoro* Epiſcopo Tarſenſi, *Theodoro* Mopſueſteno, ac *Neſtorio* Patriarcha Conſtantinopolitano, in Chaldaea prognati, graſſatique, in ſanctum dogma de Viſione beata impegiſſe plerique deprehenduntur. Siquidem *Timotheus* I. Neſtorianorum Patriarcha in Synodo coacta ſub annum 786. vel in altera ſub an. 804. cum reliquis coetus adſeſſoribus Joſephum Huzitam Presbyterum, qui an. 530. mille nongentis tractatibus editis magna doctrinae laude apud Syros Neſtorianos florebat, una cum Joanne Daliathenſi Monacho huic ſynchrono, & Joanne Apameenſi, qui claruit ſub 510. ceu blaſphemos damnavit, quod alicubi ſcripſerint; *Divinitatem eſſe viſibilem*. Inde vero, uti ferunt ejuſdem acta Synodi (*d*) *Praedicti itaque Patres cum Timotheo congregati anathemati ſubjecerunt adſerentem ab humanitate Domini Divinitatem ipſius videri, aut ab alia quacumque creatura.*

Vide-

(*d*) Ap. Authorem collect. canonum Eccleſiae Syro-Neſtorianae, referente *Sim. Aſſemano* in bibl. orient. t. 3. par. 1. c. 68. p. 100. ſq.

Videlicet apud Eccleſiam Syro-Neſtorianam tum primum, reor, in eo conſeſſu mota eſt ac ventilata quaeſtio, aliis ſacroſanctam Divinitatem ab humanitate Chriſti Domini videri intuitive adſerentibus, aliis inficiantibus. Quum vero ſententia negans, aliquot Scripturae locis in ſpeciem faventibus fulta vicerit ac decreta ſit, eadem viſio neceſſaria conſequutione ceteris quibuſque creaturis abjudicanda fuit (*e*).

Eundem cum Timotheo, ejuſque adſeſſoribus errorem propugnavit *Elias* Epiſcopus Anbarae, qui fl. an. circ. 920. inquiens (*f*) *ſolum in ſpecie & figura* Divinitatem perſpici ab humanitate Chriſti, ceteriſque beatis Angelis & hominibus. *Ebedjeſus* ſenior denique Metropolita Sobenſis, qui permultis commentariis vulgatis ad plures abiit an. 1318. menſe Novemb. (*g*) Sanctorum beatitatem non in viſione intuitiva Dei ſiſtit, ſed in divinis revelationibus, lumine, atque viſione humanitatis Chriſti. Quo haud obſcure prodit expreſſum illum errorem, qui apud Syro-Neſtorianam Eccleſiam fortaſſe hodieque obtinet (*).

II. *No-*

(*e*) Conf. cit. *Aſſem.* t. 3. par. 2. diſſ. de Syr. Neſtor. c. 7. §. 6. p. 232.

(*f*) In centur. 1. ſermon. par. 1. ſerm. 1. ſtropha 89. ap. cit. *Aſſem.* t. 3. par. 1. c. 177. p. 260.

(*g*) In lib. paradiſi Eden. carmine 5. ap. ipſum *Aſſem.* cap. 198. p. 332.

ADNOTATIO.

(*) EOS hoc loci Syros Neſtorianos advocamus, qui olim in Chaldaea ab uſque Apoſtolico Seculo chriſtianis dogmatis, moribuſque rite inſtituti, quum infanda erupit haereſis Neſtorii, hujus nomen, (tametſi aliquando ab eo abhorruerint) erroreſque cooptarunt, & ab Eccleſia orthodoxa deplorando divortio deceſſerunt.

Eis prima mali labes haud improbabili conjectura Neſtorius idem credi poteſt. Quod nempe omnium primus, in Meſopotamiam relegatus ob ſuam haereſim, hanc in provinciis Chaldeae diſſeminaret, crearetque ſuis artibus & dolis adſectatores. Idque ſimpliciter aſſerit *Anaſtaſius Sinaita* in Hodego c. 4. Haec tamen relegatio ceteris quibuſque Hiſtoricis ignota eſt. Immo vulgatiſſima opinio ex *Eutych.* Alexandr. in annal. t. 2. p. m. 12. ex interpretatione *Saldeni* & *Pocokii* edit. 1659. fert, Neſtorii placita ſtatim poſt ejus damnationem obliterata eſſe, donec ea *Barſauma* Niſibenſis Metropolita ſub Juſtiniano Imperatore praefervide inſtauravit.

Hoc itaque factionis incentore praecipuo uſque ad obitum, quo extinctus eſt an. 465., tum apud Chaldaeos altas radices egit, efferbuitque Neſtorianiſmus quum Ibas, aliique Orientales per epiſtolas, Perſae vero Edeſſenae ſcholae alumni per ſe ipſos & per ſcripta Neſtorii, Theodori ac Diodori, quae e graeco ſyriace converſa ubique ſparſerunt, ad nova capeſſenda dogmata, ſpretis orthodoxis, omnium ferme animos inſtigarunt. Multi quidem novitatem amplexi ſunt, at non defuerunt tamen pii, perdoctique viri, qui conſtanti animo in fide perſtiterint, eamque vindicarint.

Haec, pluraque in hanc rem diſcimus ex famoſa illa epiſtola *Simeonis* orthodoxi Epiſcopi Beth-Arſamenſis de Barſauma Epiſcopo Niſibeno, deque haereſi Neſtorianorum, quam recitat laud. *Aſſem.* bibl. orient. t. 1. c. 29. a p. 347. Quo plane falſitatis evincitur *Renaudot.* ubi de liturg. orient t. 2. in praefat. n. 3. p. 11. adfirmat valde ſerius apud Syros Neſtorianiſmum invaluiſſe: quod ſapienter perſequitur idem *Aſſem.* loco cit. itemque t. 3. par. 2. c. 3. & alias. Haec igitur originis Syrorum Neſtorianorum veriſimilior epocha.

Factionis progreſſiones & incrementa, quidquid Zeno Imperator, atque orthodoxi Epi-

II. *Novatores Armeni* quibus originem a *Jacobo Zanzalo* ſub an. circ. 535. alias conſignavimus, cenſuerunt, beatas animas in patria non poſſe unquam videre intuitive divinam naturam, ſed quamdam dun-

Epiſcopi, nec non alii ſacra doctrina praeſtantes viri obſtiterint, tota pene Syria, Meſopotamia, Chaldaea ac Perſide multa fuerunt. Quippe propagandae peſti operam ſtrenue navarunt Patriarchae, ceterique Praeſules Neſtoriani qua pſeudoſynodis coactis, qua ſcriptis editis, commentariorum ſuppetias perpetuo ferentibus celebrioribus Monachis, pluribuſque diverſarum Scholarum alumnis. Haereſeos Patriarchas & Scriptores abunde recenſuit cit. *Aſſem.* t. 3. par. 1.

Hos quidem ſectae furentis conatus Epiſcopi, & plerique ſapientes orthodoxi, quorum commentarios habes ap. ipſum *Aſſem.*t.1. pluribus infringere atque obruere ferme perpetuo conniſi ſunt; interdum quoque ad id interpoſitis Romanorum Imperatorum decretis, tum haud ſemel ſua juvantibus opera Monophyſitis Chaldaeis: nunquam tamen efficere potuerunt, ut ad uſque hodiernum diem Syrorum Neſtorianiſmus omnino excideret: quod paucis oſtendit cit. *Aſſem.* t. 3. par. 2. p. 412. ſq. ubi agit de reconciliatione Syrorum Neſtorianorum cum Eccleſia Catholico-Romana.

Suae iis acatholicis perpetua ſubceſſione ſub quibuſque regibus eorum dominis fuerunt Eccleſiae, Praeſules, Synodi, Scholae, ſcriptores, diſciplina, mores, ſacra, Liturgiae, proba dogmata, errores. Haec omnia, ſimulque facta reliqua cum Syrorum, tum quorumlibet ubique fere gentium commorantium Neſtorianorum copioſe perſequitur cit. *Aſſem.* ex probatis documentis in erudita diſſ. de Syr.Neſtor. Ea comparate ad Syros nobis indicaſſe pro inſtituto noſtro ſatis eſto.

Unum relate ad illorum errores adjicere juvat. Quod nempe in iis adtribuendis ejuſmodi univerſim Neſtorianis diligenti cautela utendum ſit, ne nos potiori jure erroris notemur. Siquidem ubi cit. *Aſſem.* eos enarrat, ex ſcriptis privatorum aliquot Doctorum plerumque depromit; quod quidem univerſae gentis conſenſionem minime probat; ne fateri & nos cogamur, errores, qui apud nonnullos e Doctoribus noſtratibus quandoque occurrunt, Eccleſiae univerſae errores eſſe.

Rurſum nec eaedem ſemper haereſes apud quoslibet Syros noſtros invaluerunt, ſi capitalem illam exeipias ab authore Neſtorio derivatam de duplici perſona in Chriſto cum proximis conſectariis, aliae enim, una cum morum diſſolutione, quam Barſuma invexit, jam citius, jam ſerius ex commercio cum diverſis acatholicis gentibus in eos miſere irrepſerunt; nec ſemel quidem quas aliquando foverant, deinceps repudiarunt.

Nec omnibus praeterea, qui Neſtorianorum nomine cenſentur, Novatoribus iidem errores omnino communes dici poſſunt atque notari. Sicut enim pleraeque ſectae, ut puta Manichaica, Albigenſis, Pelagianica, Lutherica, in alias diverſa placita adoptantes diſciſſae ſunt, ita & primaria Neſtoriana, a Neſtorio proxime ſuborta complures emiſit ſurculos, aliter, atque aliter ſentientes. Uti plurium inſtar eſt *Malabarenſium Neſtorianorum* ſecta, quae ex actis famoſae Synodi Diamperitanae, plures fovebat errores, quos Syri non noverant, ſimulque aliis carebat, quos illi profitentur.

Ex iis itaque quum ad recitandos Syrorum Neſtorianorum errores adcingimur, cum primis cavendum nobis, ne qui ſunt aliquorum duntaxat ſcriptorum, ſectae Syrorum univerſae inconſulto adſcribamus; tum ne iis illos imputemus, univerſim Neſtorianis, qui unam alteram adficere ſectam, e. c. Neſtorianorum Sinenſium aut Malabarenſium Eruditis comperiantur.

Porro mihi perdifficile eſt definire quinam ſectae univerſae Syrorum imputari errores poſſint, ubi aliunde certam de eo nec habemus, nec expiſcari poſſumus cognitionem. Unum ſuppetit medium fortaſſe non deſpiciendum.

Nimirum acta, decreta, ſeu canones Synodorum, quae ab ſuis Catholicis aut Patriarchis celebratae narrantur. Earum quippe ſtatuta, quae ſaepe ſaepius dogmata erronea tenenda praeferunt, utpote, mea ſententia, univerſalia, communes ſunt leges credendi, quae univerſam Syrorum Neſtorianorum Eccleſiam obſtringunt, donec revocentur ſubſequuto ſtatuto adverſo Synodali. Quocirca qualecumque illud decretum fuerit, ex quo tempore emiſſum eſt, pro communi eorum Eccleſiae habendum eſt. Ejuſmodi Synodos cum praecipuis illarum decretis refert cit.

Aſſem.

duntaxat ejuſdem naturae claritatem ; in qua quidem viſione ſupremam beatitudinem ſitam voluerunt (*h*).

Et ii quidem fortaſſe illi ſunt , quos *Gregorius* M. (*i*) perſtringit , ac erudit in haec verba „ Sciendum vero eſt , quod fuere non„ nulli , qui Deum dicerent etiam in illa regione beatitudinis in„ claritate quidem ſua conſpici , ſed in natura minime videri . Quos „ nimirum minor inquiſitionis ſubtilitas fefellit . Neque enim illi „ ſimplici & incommutabili eſſentiae aliud eſt claritas & aliud natu„ ra , ſed ipſa ei natura ſua claritas , ipſa claritas natura eſt „ .

III. *Almaricus* , Carnotenſis , qui fl. Pariſiis ſub an. 1209. docuit , Deum nullo unquam pacto in ſeſe videri , ſed in creaturis (*).

IV. *Petrus Abaelardus* , alias productus , in eodem cum Almarico errore verſatus dicitur & arguitur , una cum ejus diſcipulo *Arnaldo* Bri-

Aſſem. in diſs. Syr. Neſtor. cap. 6. a p. 175. & alibi ſparſim in cap. 7.

Exinde vero quem nos in praeſentiarum recenſuimus errorem , Eccleſiae duntaxat ſequioris aetatis Syrorum noſtrorum ab anno coactae praefatae pſeudo ſynodi tanquam certum incunctanter adpingimus.

Hanc poſtremo doctrinam , adcommoda proportione ſervata , pro quibuſque ceteris , qui paſſim occurrunt , erroribus ſectae cuilibet jure tribuendis dictam & intelligendam volumus .

(*h*) Conf. *Galanum* de conciliat. Eccleſiae Armenae cum Romana par. 2. quaeſt. 7. §. 1.

(*i*) Lib. 18. moral. cap. 28. n. 90.

ADNOTATIO.

(*) ITA *Billuartius* t. 1. diſſert. 4. art. 3. ſub init. poſt *Bernard. Lutzemburgum* catal. haeret. in Almarico, *Turrecrematam* l. 4. de Eccleſ. par. 2. c. 35. *Prateolum* in Elencho, in Almarico, *Caſtrum* adv. haereſes art. *Beatitudo* , haereſi 1. quem , ut alias , confidenter exſcripſit *Damian. Roſcius* proxime adpellandus , necnon *Gaulterius* in tab. chronogr. ad Sec. XIII. in collat. vet. error. c. 1. n. 2. Subdit laudatus *Billuartius* , S. Dominicum in Magno Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. contra Almaricum pugnaſſe : id quod proculdubio excerpſit e ſuo *Goneto* , qui pridem adſeruerat ſimpliciter de Viſione d. 1. n. 40. S. Dominicum in eo Concilio Almarici errores confutaſſe .

Verum imprimis adfictus Almarico error mihi valde dubius eſt ; illum enim tacent & Acta laudati Concilii Lateranenſis , quod hunc Theologum de altero errore adcuſatum proſcripſit ; & omnes , quos viderim , Conciliographi , & adcuratiores illorum temporum Hiſtorici , puta Matthaeus Pariſius , Guillelmus Armoricus, Caeſarius, Gagumus; tum recentiores , ut Odoricus Raynaldus , Pagius uterque , Nat. Alexander , & Bulaeus in completa hiſtoria Univerſitatis Pariſienſis , quae ad revocationem erroris Almaricum adegit .

Ut mittam alios , qui de Almarici erroribus ex profeſſo egerunt , e. g. Bellovacenſem in ſpec. hiſt. l. 30. c. 7. Eymericum in Direct. Inquiſit. par. 2. q. 7. cum nostis Pegnae , Dupleſſium D'Argentrè in collectione judiciorum de novis erroribus to. 1. ubi de Almarici erroribus . Neque vero adlegati Authores ubi naevum illum Almarico adpingunt , indubium pro ea documentum , ut par erat , in medium adferunt . Quid ? quod eorum nonnulli plures articulos , qui proprii fuerunt Almarici diſcipulorum , etiam Magiſtro e vivis ſublato indiſcriminatim adſerunt; & prae ceteris Lutzemburgus , qui plane in Critices arte non excelluit .

Deinde pugna illa S. Dominici cum Almarico in Synodo Lateranenſi , eruditionem nimis reconditam atque profundam indicat ; quam nempe hucuſque ignorarant ejuſdem Concilii Actorum Scriptores , ac domeſtici & critici Sancti Inſtitutoris Panegyriſtae, cum *Thoma Maluenda* in Annal. Ord. Praedic. ad an. 1215. quo Later. Concilium celebratum eſt ;

Brixienſi, a *Caſtro* (*k*) & *Prateolo* (*l*) quos exſcripſit *Damianus Roſcius* (*m*) (*).

V. *Anonymus*, ut arbitror, Pariſienſis, in ſcriptis ſuis inter alia impia dogmata, illud etiam exaratum reliquit, quod nempe divina natura in ſe nec a beatis animabus nec ab Angelis videtur aut videbitur. Illud cum ceteris proſcripſit *Guillelmus* Epiſcopus Pariſienſis an. 1240. (*n*).

VI. *Anonymi* alii *Philoſophaſtri Pariſienſes* plura docebant dogmata, adſerentes, ea vera eſſe ſecundum Philoſophum, ſed non ſecundum fidem Catholicam, quaſi ſint duae veritates contrariae, & quaſi adverſus ſacras literas in Gentilium dictis ſit veritas. Inter illa dogmata, haec circa Viſionem beatam, aut ſummam hominis beatitudinem vulgarunt. 1.° Felicitas nequit a Deo immitti, ſeu infundi proxime . . . 2.° dicere quod Deus uni det felicitatem & non alii, figmentum eſt . . . 3.° homo ordinatus quantum ad intellectum &

eſt; ubi & plurimos ſui Ord. Hiſtoricos, & alios ſcriptores adlegat, & omnes quidem memoratam pugnam alto ſilentio prementes; & *Jac. Echardo* t. 1. de ſcript. Ord. Praedic. in propylaeo, ubi de S. Dominici vita, geſtis, & ſcriptis adcurate agit, quibus addere licet *Bollandianos Hagiographos* ad d. 4. Auguſti in vita S. Dominici pugnam illam pari ſilentio comprimentes.

Nec praeterea ullibi reperimus, S. Dominicum laudatae Synodo interfuiſſe, ſed duntaxat, quo tempore illa celebrabatur una cum Toloſano Antiſtite Fulcone, qui eum ſibi ſocium adjunxerat, Romam inhabitaſſe; nec Almaricanus error, de quo ſine dubio pugnandum fuiſſet erronem inter & Dominicum, is eſt, qui a Billuartio producitur, ſed longo intervallo diverſus, ut videre eſt apud Acta Synodi, ubi ipſe proſcribitur cap 2. Nec tandem pro ſingulari adſerto vel unum documentum innuit Billuartius. Ex quibus ipſum interea ad apocryphas hiſtoriolas amandandum videtur,

(*k*) Cit. art. *Beatitudo*. haereſi 1.
(*l*) Cit. in Petro Abaelardo.
(*m*) Tr. de haereſibus agnoſcendis & convincendis l. 2. in catalogo alphabetico art. *Beatitudo*.

ADNOTATIO.

(*) VErum fortaſſe non minus Abaelardo, Arnaldoque temere hic error ſupponitur, quam Almarico. Principio enim minime hunc errorem legere licet in catalogo errorum, quos ſibi objectos revocavit Abaelardus. Eos vide ſis in *Praefatione Apologetica pro Abaelardo*, ejus operibus praefixa. Et quidem tam ſupinus & craſſus error tot, tantorumque Abaelardi Antagoniſtarum mentes & oculos praetervolaſſet?

Deinde Caſtrus errorem colligit ex S. Bernardi epiſtola 190. ad Innocentium P.III: at ne verbum quidem Bernardus in laudata, epiſtola, aut alibi de memorato errore; quin immo quum idem S. Doctor epiſtola 189. capita errorum Abaelardi referat, hunc omnino ſilet. Nec tandem fas eſt credere, poſſibilem ex gratia intuitivam Dei viſionem abnegaſſe Abaelardum, quippe quem V. ex Gallia Epiſcopi apud laudatum Innocentium data epiſtola inter Bernardinas 191. adcuſarunt quod fidei meritum evacuaret, quia totum quod Deus eſt humana ratione arbitrabatur ſe poſſe comprehendere.

Heinc jure eum ab impacto errore vindicamus cum *Vazquezio* in 1. p. diſp. 37. c. 1. ac *Tournelyo* t. 1. de Deo q. II. art. unico; & conſequenter Arnaldum, cui ſiquidem non alii, quam Abaelardi Magiſtri errores vulgo imputantur.

(*n*) Conf. *D'Argentreum* in collect. judic. de novis error. t. 1. in collect. error. in Anglia & Pariſiis condemnator. c. 4. p. m. 186.

adfectum, ſicut poteſt eſſe ſufficienter per virtutes intellectuales & morales, de quibus loquitur Philoſophus in Ethicis, eſt ſufficienter diſpoſitus ad felicitatem aeternam . . . 4.° felicitas habetur in iſta vita & non in alia . . . 5.° homo poſt mortem amittit omne bonum . . . 6.° omne bonum, quod homini poſſibile eſt, in virtutibus intellectualibus conſiſtit. Haec, pluraque id genus dogmata ſuo decreto profligavit *Stephanus Tempier* Pariſinus Epiſcopus 1277. (*n*).

VII. *Beguardi*, ſeu *Begardi*, & *Beguini*, ſub an. circ. 1300. in Germania, incerto Authore exorti, Fraticellorum ſurculi, cenſuerunt quod quaelibet intellectualis natura in ſe ipſa naturaliter ſit beata, quodque anima non indigeat lumine gloriae ipſam elevante ad Deum videndum & eo beate fruendum. Hunc cum ceteris hujus ſectae erroribus damnavit Clemens P. V. in C. Viennenſi, quemadmodum conſtat ex *Clementina* (*o*) (*).

VIII. *Palamitae* Graeci, Authore *Gregorio Palama*, ex Monachatu ad Theſſalonicenſem Archiepiſcopatum adſumto, adſeruerunt ac pro viribus propugnarunt, beatos quidem videre Dei gloriam, ejuſdem vero ſubſtantiam, vel prout in ſe eſt, nullum poſſe videre: enimvero quamdam admittebant lucem increatam a Deo manantem oculis corporeis viſibilem, qualem, inquiebant, in monte Thabor Apoſtoli conſpexerant, atque ea Sanctos in coelo perfrui ac beari: quin immo jactabant, ſe, capite in umbilicum inclinato & compreſſo, oculiſque contortis eam lucem contueri, ac mirifica affici voluptate (*p*).

Huc addendae Pſeudo-Synodi, in quibus Praeſules Gregorii adſeclae hunc errorem cum ceteris Palamitarum confirmarunt (*q*).

IX. *Leo Allatius* tr. de perpetua Eccleſiae Occidentalis & Orientalis conſenſione l. 2. c. 17. adſerit, Deum poſſe videri, ac reapſe viſum fuiſſe ab Apoſtolis in Monte Thabor oculis corporeis ſuperne elevatis. Eum propterea carpunt *Nat. Alex.* ad Sec. XIV. c. 3. ar. 14. p. m. 106. ac *Trevoultiani* Scriptores ad an. 1736. tom. 1. Jan. p. m. 14. ubi

(*n*) Conf. *Bulaeum* in Hiſt. Univ. Pariſ. t. 3. a p. 433. & *D'Argentreum* laud. p. 200. qui eos errores ex MSS. Sorbonicis exſcripſit.

(*o*) L. 5. tit. 3. de haereticis c. 3. *Ad noſtrum*.

ADNOTATIO.

(*) EOdem infimul fulmine damnationis perſtrictae ſunt *Beguinae* quaedam, ſeu mulierculae honeſte ac religioſe in muliebri contubernio, abſque votorum vinculo, degentes; quippe quae in eoſdem Beguinorum errores inciderant.

Cave tamen, in ejuſmodi proſcriptarum mulierum cenſum propterea referas ceteras quaſque mulieres per alias gentes jam a Seculo XII. vitam vere piam & penitus catholicam ducentes in paribus contuberniis, ſub eodem *Beguinarum* nomine.

De hoc argumento conferendus nobis alias laudatus Clariſs. Praeſul Comes *Joſeph Garampius* Canonicus & Cifrae, ut ajunt, a ſecretis, pererudite diſſerens in monumentis eccleſiaſticis, hiſtoriam & cultum B. Clarae Ariminenſis ſpectantibus, diſſert. 1. & 3.

(*p*) Conf. *Petav.* theol. dogmat. l. 1. c. 12. & 13.

(*q*) Eas ſuperius tradidimus Part. I. in Proluſione de Erroribus in Dei Eſſentiam.

14. ubi eum vocant ſapientem ac eruditum ex illis, qui multum legunt, & nunquam legere ſciunt, tum recentium Graecorum admiratorem, necnon Philoſophiae ac Theologiae principiis minime inſtructum. Haec autem jure ne vel injuria, viderint ac expenderint Eruditi (*r*).

X. *Patres* nonnulli, cum e Graecis, tum e Latinis, in Viſionem beatam diſerte ſcripſiſſe feruntur, adſerendo nimirum, Viſionem perſpicuam Dei ut in ſe eſt nulli unquam creatae menti conceſſam eſſe, aut concedendam. Ita tradidiſſe putantur e Graecis *Chryſoſtomus* (*s*) *Baſilius* (*t*) *Cyrillus* Hieroſ. (*u*) *Gregorius* Nyſſen. (*x*) *Cyrillus* Alex. (*y*) *Titus Boſtrenſis* (*z*) *Theodoretus* (*a*) *Anaſtaſius Sinaita* (*b*) *Epiphanius* (*c*) *Oecumenius* (*d*) *Euthymius* & *Theophylactus* (*e*) E Latinis vero *Hieronymus* (*f*) *Ambroſius* (*g*) *Primaſius* (*h*) *Iſidorus* (*i*) *Eucherius* Lugdunenſis (*k*) (*).

(*r*) Interea conferri poſſunt ſuper hac opinione Authores Scholaſtici cum *Suar.* tr. de Deo l. 2. c. 7. n. 4. tum *Maignan*, *Saguens*, *Perrimez*. heic.

(*s*) Ho. 14. in Joa. ante med. & ho. 3. & 4. in Anomaeos de Incomprehenſibili, & in Catena graeca in Job. p. 21.

(*t*) L. 1. contra Eunomium poſt med.

(*u*) Catech. 6. & 7.

(*x*) Orat. 34. & l. de Beatitudinib.

(*y*) L. 1. in Joa. c. 22.

(*z*) Lib. 1. cont. Manich.

(*a*) In Dialogo, qui inſcribitur *Incommutabilis*.

(*b*) L. 1. in Hexaëm. & in l. praenotato Ὁ ὄφις.

(*c*) Haereſi 70.

(*d*) In Epiſt. 1. Joan. ad verba *videlimus eum ſicuti eſt*.

(*e*) Sup. Joan. c. 1. ad τὸ *Deum nemo vidit unquam*.

(*f*) In c. 1. Iſa. ad τὸ *audite Verbum Domini Principes Sodomorum*.

(*g*) In 1. Luc. ad illud Joan. 1. *Deum nemo vidit unquam*, & l. de Incarnat. c. 3.

(*h*) In 1. Cor. 13. ſup. τὸ *cognoſcam ſicut & cognitus ſum*.

(*i*) In c. 41. Exodi.

(*k*) L. de forma ſpiritalis intelligentiae, & c. 41. in Exod.

ADNOTATIO.

(*) UBI agitur de expoſitionibus adductorum Patrum *Vazquez* in primis eo quo pollebat animi candore, cordiſque ſinceritate, concludit in 1. p diſp. 37. c. 4. eos videri haud ſatis ſincere loquutos de clara Dei Viſione; adeo ut ipſos, ſi ſincere loqui velimus, vix in bonum ſenſum interpretari liceat: nec unus quidem Vazquez in ea ſententia verſatur, ſed & alii, quos tacito nomine retulit *Petavius* theol. dogm. l. 7. c. 5. n. 1. ſub fin.

Ipſe deinde Petavius perſcribere non dubitavit, quod ii Patres ſic ea de re differuerunt, *ut longe aliter, ac communis habet Chriſtianorum fides, aut ſenſerint revera, aut juſtam poſteris ſuſpicionem contrarii dogmatis reliquerint: quanquam non deſunt, qui illorum dicta comiter interpretari ac meliorem in partem flectere conantur; quod eſſe difficile ne ipſi quidem negant.* Haec ille, Vir quidem pius, doctus, criticus; & inde ad benignam eorum excuſationem eo quo praepollet ingenio ſeſe adcingit.

Demum Eccleſiaſtici ex omni claſſe Doctores eos omnes pro virili ab omni naevo & ſuſpicione vulgo liberant cum *D. Thoma*, quoad Chryſoſtomum 1. p. q. 12. a. 1. ad 1. *Sixto Senenſi* Bibl. l. 6. adnot. 182. *Velloſillo* in advertentiis ad t. 1. Chryſoſ. q. 5. *Salmanticenſibus* de Viſ. tr. 2. d. 1. dub. 2. n. 25. *Godoyo* de Viſ. q. 12. tr. 2. d. 6. §. 1. *Greg. de Valentia* 1. p. d. 1. q. 12. pu. 1. *Meratio* de Deo diſp. 5. *Petavio* proxime laud. c. 5. *Fraſſenio* de Viſ. tr. 1. d. 3. ſ. 1. art. 7. q. 2. n. 10. *Kriſperio* tr. 5. d. 3. q. 4. n. 12. *Bertio* l. 3. c. 4. Nec rurſum pauci cum *Goneto* de Viſ. d. 1. n. 51.

Cu-

Sed manum de tabula: ad noſtras Dogmatico-Scholaſticas Quaeſtiones enucleandas adcingimur.

Capiſucco controv. 20. §. Adpendice, *Contenſonio* l. 1. diſſ. 5. c. 1. ſpeculat. 2. *Nat. Alexandro* ad Sec. IV. c. 6. art. 30. *Billuartio* to. 1. diſſ. 4. art. 3. Vazquezium convitiorum plauſtris onerant, audaciaeque ac fere impietatis arguunt, quod ita candide ſuam protulerit opinionem; ubi tamen omnes ad unum alios praetermittunt, qui nonnullos ex memoratis Patribus hoc in puncto erraſſe contendunt, uti *Lorca* de Nyſſeno definit, *Herize* de Theodoreto &c.

Ego vero ut quod in hac re ſentio ingenue exponam, haec, ſalvo meliori judicio, mecum ſtatuo. Et primo omnium loco nec impius, nec temerarius, nec audax eſt arguendus qui Erronibus adnumerat unum aut alterum Eccleſiae Patrem ubi certa aut graviter probabilia ſint momenta, quod erraſſe deprehendantur, praeſertim ſi ſolida ſpes non adfulgeat eos in benignam partem flectendi.

Alioqui impii eſſent quotquot bene multi inter Millenarios Irenaeum referunt, inter adſertores naturae Angelicae corporeae Auguſtinum, inter rebaptizantes Cyprianum, inter Semipelagianos Caſſianum &c. Neque vero illos ego laudare ſoleo, qui ſingulas quaſque a Patribus prolatas ſententias ab omni erroris naevo ac ſuſpicione per fas nefaſque vindicare ſatagunt; quod & ipſi inſipienter religioni ducunt.

Eccleſiae quidem inerrantiae donum conceſſum eſt, minime ſingulis quibuſque Patribus: una ſacrae Paginae Scriptura canonica eſt, falli neſcia, teſte Hieronymo. Nec mirum plane deflexiſſe aliquando Patres a ſacris dogmatis; quippe quae licet ab exordio Servatoris Chriſti doctrinae revelata, non niſi ſenſim gradatimque procedentibus ſeculis ab univerſa Eccleſia divino lumine irradiata, detecta ſunt atque in fidei normam recepta.

Quin etiam frequenter uſuvenit, ut dum Patres dogma aliquod adverſus Acatholicos ardentiſſimo ſtudio promovent, videantur medium non tenere, adeo ut pronum ſit ſuſpicari, eos, ut unum exterminent errorem, alium inducere: id quod de Cyrillo praeſertim & Auguſtino nonnullis obſervatum eſt; ille enim ubi contra Neſtorium unam Chriſti perſonam vehementer adſtruit, duplicem videtur cum Eutyche negare naturam; hic vero dum gratiae neceſſitatem depraedicat, arbitrii libertatem tollere viſus eſt.

Quidni ergo Chryſoſtomus & quidam alii ex adlatis Patribus ita Dei comprehenſionem ab Aëtio & Eunomio adſertam oppugnarint, ut ſenſim & ipſum Deum penitus ut in ſe eſt inviſibilem innuiſſe Vazquezio & aliis, haud levioribus momentis urgentibus, videantur?

Decet quidem & praeſtat Eccleſiae Lumina, Patres, inquam, quandocumque expedite liceat benigna interpretatione donare: quod ſi haec non niſi difficulter ac violenter praeſtari poteſt, quemadmodum in caſu evenire multi cenſent ex iis, qui rem in utramque partem adcurata critice librarunt cum Petavio; nihil, me judice, prohibet, quominus eos Patres a vero humanitus & inculpate declinaſſe fateamur.

Id autem comiter ac reverenter in praeſentia fatetur Vazquezius: quid tum vero? proinde ne audax ac temerarius? Minime gentium. Et quidem, ut mittam ſenſum Petavii ſuper hac quaeſtione ſuperius deſcriptum, quicumque rem utrimque adcurate ac ſine partium ſtudio diſcuſſeris, mecum eris.

§. I.

De Natura Beatitudinis.

QUAESTIONES DOGM. SCHOL. 54 QUAESTIO I. Quid generatim ſit beatitudo formalis? Ansero 1. Phyſice eſt complexio bonorum omnium animae, & corporis, quae cum poſſeſſione ſummi boni conſtituunt hominem in patria beatum, ſeu perpetuo feliciſſimum. Omnes ſine lite. Haec eſt notio comparate ad ſtatum, vel perfectionem beatitudinis, & continet univerſa

verſa ejus adtributa eſſentialia, tumque proprietates ſubſtantiales, & adcidentales (*l*). II. Metaphyſice eſt ea Dei poſſeſſio, qua preciſe poſita, eſt homo ſimpliciter beatus. Haec autem eſt notio comparate ad eſſentiam, vel rationem formalem, qua beatitas conſtituitur, de qua tantum AA. graviores ventilant quaeſtiones, dum inquirunt, in quo beatitudo formalis ſita ſit.

55 QUAESTIO II. Num beatitudo ſit illapſus aliquis Dei in animi ſubſtantiam, vel habitualis unio cum animo? NEGO utramque partem (*m*) primam videlicat, quia nullus eſt Dei illapſus in animum, niſi qui fit per infuſionem, conſervationem, vel augmentum gratiae ſanctificantis; hunc autem quis non temere dixerit beatitudinem? Secundam vero quia beatitudo non eſt habitus, vel actus primus, ſed operatio, vel actus ſecundus, quum ſit actualis poſſeſſio ſummi boni. Immo etiam ſublata habituali conjunctione Dei cum animo, beatitudinis notio vel eſſentia ſubſiſteret omnino.

OBJECTIONES.

56 Obj. beatitudo formalis eſt ipſe Deus, prout illapſus ſe ipſo proxime in animum. Nam 1.° ex Aug. (*n*) illa beatitudine beantur in coelis animi, qua Deus bonus eſt, & beatus, & quae eſt ſummum bonum. 2.° apud PP. & DD. Myſticos per beatitudinem formalem animus a Deo penetratur, incenditur, deificatur, in Deum reſolvitur, & transformatur. 3.° haec eſt unio perfectiſſima, qua Deum in patria perfectiſſime amantem decet uniri cum animo. 4.° beatitudo eſt gratia conſummata; at gratia conſiſtit in illapſu Dei in animum: ergo & beatitudo.

57 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. Aug. loquitur de beatitudine objectiva, de qua ſimiliter alii PP. loquuti ſunt, non de formali: haec autem dici etiam poteſt ſummum bonum quatenus eſt adſequutio, vel fruitio ſummi boni. Ad 2. PP. & Myſtici intelligendi ſunt in ſenſu morali, nam pro phyſico nullum eſt fundamentum. Ad 3: eſt unio perfectiſſima, non ſimpliciter, & in ratione entis; alioqui Chriſti beatitudo conſiſteret in Unione hypoſtatica, quae eſt omnium unionum maxima; ſed in ratione adſequutionis objecti beatifici. Ad 4. *D. Ma.* eſt videlicet merces, & corona conſummata gratiae ſanctificantis, *C.* ſecus, *N.* Et *C. Mi.* Et *N. Con.* (*o*).

58 QUAESTIO III. Num reapſe ſit aliqua operatio increata, animo unita? NEGAT vulgatiſſima ſententia (*p*). Quia beatitudo eſt operatio

(*l*) Ut recte *Gon.* t. 3. d. 3. n. 67.

(*m*) Vulgo Scholaſtici cum *Thom.* in 4. diſt. 49. q. 1. ar. 1. 2. *Scot.* in 4. diſt. 49. q. 2. lit. A. *Lauraea* de Noviſſimis d. 16. ar. 1. n 4. *Rhod.* q. 2. ſ. 2. §. 1. *Aran.* in baſi l. 1. d. 2. a n. 88. *Marin* tr. 5. d. 1. ſ. 3. *Amic.* heic d. 2. n. 49. *Juen.* par. 7. diſſ. 1. q. 3. *Biduart* heic diſſ. 2, ar. 2. §. 1. *Contin. Tournel.* de act. hum. c. 5. ar. 2. *Muzka* heic d. 2. §. 2. contra Henric. & S. Bonav.

(*n*) L. 1. de Trin. c. ult.

(*o*) V. *D. Th.* q. 3. a. 2. ibique *Val.* d. 1. q. 3. pu. 2. *Vaz.* d. 8. c. 2. 3. *Salmant.* d. 1. dub. 2. §. 4. 5. *Leſ.* de ſum. bono l. 2. c. 3.

(*p*) Cum *Amic.* n. 30. *Rhod.* §. 2. *Suar.* d. 6. ſ. 2.

ratio vitalis, qua beatus in actu ſecundo vivit, ex *Scriptura*, & *PP.* explicantibus beatitudinem ſub ratione, & nomine vitae aeternae; atqui operatio increata, e. g. divina intellectio, vel volitio non eſt actus vitalis animi, quippe qui definitur, *motus ab intrinſeco*, hoc eſt procedens ab eo ſubjecto, in quo eſt: ergo beatitudo non conſiſtit in operatione divina, animo communicata. Quin immo id ipſum ſeu penitus repugnans haec repudiat ſententia (*q*). Adde, quod ex *CC.*, & *PP.* Chriſti animus nec ſcit, nec vult per Dei ſcientiam, & volitionem: ergo ejuſmodi operationes, & Chriſti, & cujuſvis alterius animo chimaericae ſunt.

OBJECTIONES.

59 Obj. Operationes hujuſmodi nullo titulo repugnant. Nam 1.° Chriſti anima eſt ſubſiſtens, & ſancta per Verbi ſubſiſtentiam, & ſanctitatem: ergo pariter &c. 2.° Deus amat ſine ulla productione ſui amoris. 3.° Divina natura praeſtat munus ſpeciei impreſſae, vel cognitionis. 4.° Intellectio vel creata ſit, vel increata, eſt formaliter repraeſentatio objecti: ergo communicata, & unita ſubjecto capaci intelligendi, reddit neceſſario illud formaliter intelligens.

60 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Con.* quia ſubſiſtentia terminare poteſt naturam, a qua non procedit, & in qua non ſit, eo quod terminare, & ſubſtentare naturam ſit quid ipſi extrinſecus adveniens. Deinde eſſe ſanctum nihil aliud eſt, quam habere in ſe aliquid divinum, a quo quis reddatur immunis omni labe, non autem eſt in ipſo aliquid producere. At operari vitaliter dicit actionem intrinſecus prodeuntem. Heinc diſerte patet diſparitas, quae ſi non valeat, etiam Chriſti anima intelliget, & volet per naturam divinam, non per humanam, contra CC. & PP.

61 Ad 2. *N. Con.* quia Deus habet omnes ſuas operationes modo perfectiſſimo, ſcilicet a ſe per identicam immanentiam; non ita creatura, quae illas in ſe phyſice producit, & recipit. Ad 3. *N. Con.* quia munus ſpeciei impreſſae, quae dicitur objecti vicaria, eſt ſupplere diſtantiam objecti, illud praeſens reddendo intentionaliter potentiae; quod quidem praeſtat per ſe ipſa divina natura, quum ſit intellectui beato praeſentiſſima: at increata intellectio nequit eſſe intentionalis motus, & operatio intellectus creati, quem propterea nequit intelligentem denominare. Ad 4. *D. Conſ.* capaci intelligendi per increatam intellectionem, *C.* incapaci intelligendi per ipſam, quatenus intellectio debet intrinſecus ab intelligente prodire, *N.* Haec autem capacitas, aut incapacitas ſubjectorum ab ipſis rerum naturis tandem petenda eſt (*r*).

62 QUAESTIO IV. Num re producatur a ſolo Deo in animo per intellectionem infuſam e. c. & intrinſecus productam; aut ſaltem produci poſſit? NEGO cum communi ſcholarum ſententia, re produci.

(*q*) Cum *Viv.* q. 7. (*r*) V. *Val.* cit. q. 3. pu. 1. *Rhod.* cit. q. 2. ſ. 2. §. 2.

duci. Sic enim ſolum producitur ab animo per actionem intrinſecus propriam & vitalem, ex definitione mox indicata. Nec nobis hucuſque urgens adfulſit ratio pro ſententia oppoſita, quam tamen probabiliter tueri dicuntur *Okam*, *Palud.* &c. (*s*).

63 ADSERO poſſe produci (*t*). Quia ut actus ſit vitalis, non requiritur eſſentia ſua, ſed ſolum connaturaliter, quod procedat a ſubjecto, in quo eſt; corpus enim animatur, & vivit vita in actu primo, hoc eſt in animo extrinſecus adcepta. Deinde Beati Euchariſtici, cum Anima Chriſti unione adſumtiva conjuncti, vident Deum per eandem numero ejuſdem animae viſionem, extrinſecus hujuſmodi beatis communicatam, & ab eiſdem reproductam (*u*): ergo ſaltem produci poteſt &c. Ac potiori quidem jure, ſi definiendum non abnuas, quod iidem actus vitales recepti in animo, ab eodem deinceps reproducantur.

OBJECTIONES.

64 Obj. *primo*. Beatitudo formalis re producitur in animo a ſolo Deo. Nam 1.° lumen gloriae, & habitus caritatis poſtulant a ſolo Deo produci: ergo potiori jure beatitudo formalis, ad quam illa ordinantur, & quae eſt illis perfectior. 2.° omnis creatura liberaceſſare poteſt ab operatione, cujus ipſa eſt cauſſa; atqui animus ceſſare nequit a beatitudine formali: ergo non eſt ejus cauſſa, ſed ſolus Deus, utpote nobilius operans effectum nobiliſſimum. 3.° beatitudo formalis eſt praemium meritorum; at de ratione praemii eſt, quod procedat efficienter a ſolo praemiante, qui Deus eſt. 4.° ſi homo produceret in ſe ipſo ſuam beatitudinem, diceretur ſe ipſum beare: quod abſonum videtur.

65 R. *N. Adſ.* quia licet id fieri poſſit, re tamen oppoſitum evenire putamus, utpote naturae actuum, & modo operandi cauſſarum ſecundarum magis conſentaneum. Ad quid enim lumen gloriae, ad Dei viſionem, & fruitionem neceſſarium (*x*) niſi ut eo lumine diſponatur, & confortetur anima ad eliciendum viſionem, & fruitionem? Ad 1. prob. *N. Con.* quia beatitudo formalis dicit connaturalem ordinem ad vitam, ſicut ad cauſſam propriam, ut nempe ſit operatio viventis, qui per eam agit circa objectum. Habitus vero, & actus circa aliqua adtributa ſeſe mutuo excedunt in perfectione.

66 Ad 2: animus non eſt cauſa efficiens libera, ſed neceſſariae beatitudinis formalis, quam connaturalius producit, etſi effectus nobiliſſimus ſit. Ad 3. *D. Mi.* de ratione praemii, quatenus eſt vera poſſeſſio, & adſequutio ſummi boni, *N.* haec enim quum ſit actio ani-

(*s*) Ap. *Amic* n. 60.

(*t*) Cum *Bonae-Sp.* t. 1, tr. 1. d. 4. n. 13. ubi pro ſe adducit *Nominales*, *Scot. Quirós*, *Arriagam*, *Derkennis*, *Lince*, *Petr. Hurtadum*. Illum conſule.

(*u*) Id quod *infra* Tom. VIII. ubi de Ss. Euchariſtia ex profeſſo nobis probandum ſupereſt cum *Albaro* Cardinali *Cienfuegos* in vita abſcondita diſp. 9. ſect. 2.

(*x*) Ex Clement. *Ad noſtrum*. de haereticis.

animi vitalis, ab eo debet etiam efficienter procedere, dummodo Deus adnuat connaturali genio cauſſae ſecundae: quatenus eſt radicalis poſſeſſio, & adſequutio, quam praefert lumen gloriae, *C.* Et *N. Con.* Ad 4. *N. A.* quia haec loquutio denotat hominem eſſe cauſſam praecipuam ſuae beatitudinis, cujus tamen ſolum eſt cauſſa minus principalis, uti & gratiae auxiliantis, quapropter nec dicitur ſe per ipſam ſanctificare (*y*).

67 Obj. *ſecundo*. Actus vitalis exigit eſſentia ſua produci efficienter a principio, quod per eum denominatur intelligens, & volens: adeoque nequit quis beari per actus in ſe receptos, & a ſolo Deo productos. Nam 1.° cognoſcere, & velle eſt eſſentia ſua agere, & non pati; atqui anima mere recipiens in ſe illos actus vitales non ageret, quia eſſet quaſi quoddam inanime, mere patiens. 2.° intellectio, & volitio eſt eſſentia ſua tendentia, & adtentio ad ſuum objectum; at haec tendentia, & adtentio dicunt eſſentia ſua conatum, aut efficaciam principii ſic intendentis, & adtendentis. 3.° alioqui lapis, cui communicaretur cognitio, a ſolo Deo producta, per iſtam viveret, & cognoſceret; eſſetque iſta vitalis reſpectu lapidis: quod nemo dixerit. 4.° volitio eſt eſſentia ſua voluntaria voluntati, cui ineſt; at voluntarium eſt eſſentia ſua *quod eſt intrinſecus cum cognitione*.

68 R. In primis *N. Adſ.* cum *Val.* (*z*) *Arria* (*a*) *Capreol. Greg. Victor. Veg.* &c. (*b*) aliiſque (*c*). Poteſt enim Deus ſupplere omne genus cauſſae efficientis, quoniam poteſt ſe ſolo producere quidquid poteſt ſimul cum cauſſis ſecundis, quarum utpote effectus continet eminenter in ſe ipſo: quocirca poteſt ſe ſolo producere calorem, licet ſit paſſio ignis, ac nutritionem, & augmentationem hominis, tametſi ſint actiones ejuſdem vitales. Deinde *D. Adſ.* exigit primo produci per primam actionem a principio &c. *N.* ſecundo produci, vel reproduci per ſecundam actionem, *Eſto*. Poſita autem hac reproductione, ſimulque inhaerentia actus potentiae iſtum recipienti, fieret iſte ipſius potentiae proprius, quae propterea per iſtum diceretur proprie vivere, agere, cognoſcere, velle, eſto fuerit aliunde primo productus. Heinc nihil urget objectio.

69 Ad 1. prob: animus ageret, reproducens illos actus. Ad 2: animus per reproductionem intenderet, & adtenderet conatu ſuo ad intellectionis, & volitionis objecta. Ad 3. *N. Sequelam*; quia lapis, quum non ſit potentia cognoſcens, eſt eſſentia ſua ad intelligendum prorſus incapax: & quidem, jubente Deo, produceret efficienter cognitionem, non autem vitaliter. Ad 4: tum volitio eſſet voluntaria, quoniam eſſet intrinſecus per reproductionem (*d*).

QUAE-

(*y*) Lege *Vazq.* d. 9. c. 6.
(*z*) Cit. t. 2. d. 1. q. 3. pu. 1. §. *ſolent*. ac t. 1. d. 1 q. 12. pu. 3.
(*a*) Heic d. 49. n. 32.
(*b*) Ap. *Vazq.* heic d. 9. c. 2 n. 6.
(*c*) Ap. & cum *Bonae-ſp* proxime cit.
(*d*) Conferendus cit. *Bonaeſpei* n. 13 ſqq.

70 QUAESTIO V. Num re ipſa ſit creatus actus vitalis ab animo elicitus? ADSERO (*e*). Eſt actus omnino ſpiritalis, quo animus neceſſario proxime adtingit, adſequitur, & poſſidet beatitudinem objectivam ſeu Dei naturam. Haec autem bonum ſpiritale & univerſaliſſimum quum ſit, a nulla potentia ſentiente, vel interna, vel externa adtingi poteſt. Quamobrem nullus actus, qui Deum non habet proxime pro objecto, e. g. Angelorum cognitio, amor erga proximum &c. ad formalem beatitudinis eſſentiam ſpectat; quemadmodum & nullus actus a potentia quavis ſentiente elicitus (*f*).

71 QUAESTIO VI. Quiſnam ſit iſte actus: intellectus ne (*g*), vel voluntatis (*h*), vel uterque ſimul (*i*)? ADSERO. Uterque ſimul, videlicet actus intellectus, quo videt animus Dei Eſſentiam, & actus voluntatis, quo eam diligit ſuperno amore amicitiae ſuper omnia. Quoniam beatitudo eſt perfecta quies, & ſatietas naturae rationalis; haec autem non minus beari poteſt & expetit per operationem intellectus, ac per operationem voluntatis. Deinde ex *D. Th.* beatitudo includit perfectam conjunctionem amicitiae cum Deo, quae quidem neceſſario utrumque actum importat. Summi denique boni poſſeſſio feliciſſima, qualis eſt beatitudo, boni ejuſdem cognitionem & amorem dubio procul neceſſario praeſefert.

72 Heinc ex *Benedicto* P. XII. (*k*) animae in caelo ex viſione, ac fruitione divinae eſſentiae ſunt *vere beatae*, & ex *Conc. Vien.* (*l*) dicitur *beatitudo conſiſtere in viſione, ac fruitione Dei*. Quin & multo pridem definierat *Iren.* (*m*) *quod participatio Dei eſt videre Deum, & frui benignitate ejus*, & *Aug.* (*n*) quod *beatitudo fruentis, & intelligentis eſt propria*. Ut mittam complura, quae congeri ſolent ab Authoribus e ſacra pagina, Patribuſque teſtimonia; quibus nempe ſuſpicor beatitudinis formalis notionem, quam hoc loci inquirimus, haud ſatis efficaciter convinci.

OBJECTIONES.

73 Obj. *primo*. Beatitudo ſita eſt in ſola Dei viſione. Nam 1.° ſic ſentit D. Th. (*o*) 2.° ſolus intellectus trahit res ad ſe, vel facit res praeſentes, & tantum intellectus operatio fit per adſimilationem: ergo & ipſe ſolus habet quod ſit Dei poſſeſſio. 3.° viſio Dei eſt radix proprietatum, quae beatitudinem conſequuntur. 4.° ipſa vel formaliter, vel cauſſaliter ſatiat quodvis animi deſiderium, e. g. ſcientiae, voluptatis, magnitudinis: quamobrem ex Joan. 14. 8. ajebat Philippus

(*e*) Cum *Suar. D. Th.* & communiſſima.
(*f*) Legito *Suar.* d. 6. ſ. 3.
(*g*) Ut vulgo Thomiſtae cum *D. Th.* q. 3. a. 3.
(*h*) Ut *Scot.* cum ſuis, ap. *Amic.* cit. n. 132; eſto *Lauraea* cit. diſp. 16. ar. 3. aliter opinans, in ſuum ſenſum adducat Scotum.
(*i*) Ut *Suar.* d. 7. ſ. 1. *Alen, Mol.* &c. ap. & cum *Amic.* n. 141. *Compt.* t. 1. d. 83. ſ. 7. n. 8. *Aran.* in baſi l. 1. n. 91. *Marin* cit. tr. 5. d. 1. ſ. 4. *Juen.* proxime cit.
(*k*) In extrav. *Benedictus Deus*.
(*l*) Relato in Clement. *Dudum*.
(*m*) L. 4. c. 37.
(*n*) Epiſt. olim 56. ad Dioſcor.
(*o*) Heic q. 3. a. 4. per tot.

lippus ad Chriſtum, *oſtende nobis Patrem, & ſufficit*. 5.° poena eſſentialis damnatorum eſt carentia viſionis Dei; adeo ut Limborum pueri ea crucientur poena damni, quod careant viſione, non autem alia quacumque voluntatis operatione. Heinc Joan. 17. *haec eſt vita aeterna, ut cognoſcant te Deum verum*, & Aug. (p) *quid aliud eſt beate vivere, niſi aeternum aliquid cognoſcendo habere?* Tum (q) *viſio eſt tota merces*. Demum (r) *ſola viſio eſt ſummum bonum noſtrum*.

74 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: ex ipſo *D. Th.* (s) *perfectio caritatis eſt eſſentialis beatitudini, quantum ad dilectionem Dei*: iſtam ergo ſimul cum viſione depoſcit. Ad 2. *N. Con.* quia rem magis praeſentem facit unio hypoſtatica, quin ſit beatitudo. Fieri per ſimilitudinem eſt metaphoricum, & denotat, per cognitionem declarari ea, quae ſunt in objecto. Exinde ut ſummum concluditur, quod viſio ſit partialis beatitudo. Ad 3. *D. A.* eſt radix proprietatum, quae pertinent ad intellectum, *Eſto*: quae pertinent ad voluntatem, *N.* Plane viſio praeſupponitur ad amorem, ambo tamen conſtituunt beatitatem; non ſecus ac album conſtituunt materia & albedo, licet iſta praeſupponat materiam.

75 Ad 4. *D. A.* ſatiat omne deſiderium, quod eſt de linea intellectus, *C.* quod eſt de linea voluntatis, *N.* quia licet hoc praerequirat viſionem, quoniam ignoti nulla cupido; fluit vero tanquam a cauſſa proxima ab amore beato. Philippus ex viſione Dei inferebat omnis deſiderii ſatietatem in ſenſu reali, non in formali. Ad 5. *D. A.* poena eſſentialis inadaequata, *C.* adaequata, *N.* quia haec in omnibus non beatis eſt privatio beatitudinis adaequatae, ſcilicet viſionis, & amoris Dei. Scripturae, ac PP. dum loquuntur de beatitudine, jam viſionem, jam amorem exponunt, quin neutrum ullibi ab eadem excludant. Nequit ſecus intelligi Aug. adlegatus, nam ipſe, praeter alia (t) tenuit quod *ſumma merces eſt, ut ipſo perfruamur*.

76 Obj. *ſecundo*. Beatitudo ſita eſt in ſolo Dei amore. Nam 1.° amor eſt adſequutio, & poſſeſſio ultimi finis, non viſio: tum quia amans fit unum per amorem cum objecto ad quod fertur, adeoque objectum tenet & poſſidet; non vero videns per viſionem, nec enim dicuntur teneri divitiae, quae videntur: tum quia ejuſdem mobilis eſt adſequi finem, cujus eſt in illum tendere; ac homo tendit in Deum ex merito per amorem, non per cognitionem: tum quia Deus eſt finis ultimus qua ſummum bonum, ſub qua ratione ſolum adtingitur a voluntate, uti ab intellectu ſub ratione ſummi veri. 2.° ſummum bonum debet eſſe ultimum bonum; at ejuſmodi eſt amor, non viſio, quae ad amorem ordinatur; nam ex Anſel. (u) *perverſus ordo amare ut intelligas, rectus vero intelligere ut ames*. 3.° ex Ariſtot. (x) *beatitudo eſt operatio optima*; amor autem eſt optima hominis operatio,

(p) L. 83. qq. q. 35.
(q) L. 1. de Trin. c. 9.
(r) Ibid. c. 13.
(s) Q. 4. a. 8. ad 3.
(t) Lib. 1. de doct. Chriſt. c. 6.
(u) L. 2. *Cur Deus homo*. c. 5.
(x) Ethic. l. 1. c. 7. & l. 10. c. 7.

tio, non beata visio : tum quia ille procedit a voluntate, quae est potentia nobilior, & ab habitu caritatis, qui est habituum perfectissimus : tum quia ex D. Th. (y) voluntas est altior intellectu, & amor rerum, quae sunt supra nos, excedit in perfectione cognitionem illarum.

77 R. *N. Adf.* Ad 1. prob. *N. Adf.* de possessione integra, quia nempe in genere intentionali dicitur aliquatenus teneri objectum, quod habetur praesens per cognitionem valde perspicuam. Homo non nisi illustratus cognitione tendit cum merito in Deum per amorem : unde par est ut suum finem adsequatur potissimum per amorem, non autem per cognitionem. Voluntas autem & intellectus adtingunt finem ultimum, prout est summum bonum, quatenus hoc qua tale & amat voluntas, & videt intellectus.

78 Ad 2: visio ordinatur ad amorem, ut una cum isto, tanquam cum parte principaliore constituat summum, & ultimum bonum ; nec enim repugnat, quod ex duabus partibus, quarum una alteri subordinata est, totum tesultet. Ad 3. *D. Ma.* beatitudo sumta pro adtributo principali, quod eam constituit, nempe amore, *C.* ut enim *Plato* differebat alicubi, *nihil habeo majus in me, quam quod amo ; nihil melius, quam quod amor* : secus, *N.* Et *C. Mi.* de majore perfectione voluntatis, & amoris, saltem in genere moris ; nam fortasse in genere entis, mutuo sese superant quoad aliqua adtributa. Et *D.* resp. *Conf.*

79 Obj. *tertio*. Beatitudo non sita est formaliter in visione simul, & amore. Nam 1.° beatitudo objectiva est una numero, & simplicissima, nempe Deus : ergo & formalis, quae scilicet uno actu Deum percipiat. 2.° cetera entia unica operatione suum adsequuntur finem, e. g. oculus videndo, auditus audiendo &c. : ergo etiam homo.

80 R. *N. Adf.* cum *D. Bernardo*, apud quem (z) *sicut in hac vita initiat fides, & desiderium, ita in alia consummat visio, & amor*, & cum *D. Th.* qui (a) ad veram beatitatem requirit necessario actum intellectus simul & voluntatis. Ad 1. prob. *C. A.* quia est bonum summum, & infinitum. Et *N. Con.* quia est quid creatum, & capax beare hominem quoad intellectum, & quoad voluntatem. Ad 2. *N. A.* quia ex *D. Th.* (b) creatura conjungitur fini ultimo per complura media ; & ex *Aristot.* (c) quaedam corpora pluribus, quaedam paucioribus finem suum adtingunt (d).

81 QUAESTIO VII. Quis nam ex hoc duplici actu sit principalis ratio, seu pars beatitudinis ? ADSERO (e). Amor beatus ; utpote

(y) P. 1. q. 82. a. 3. O. & ad 1.
(z) Epist. 28.
(a) Heic q. 4. a. 3. O.
(b) L. 3. contra Gent. c. 20.
(c) L. 2. de coelo c. 12.
(d) Plura in hanc rem *Suar.* cit. d. 7. *Val.* cit. d. 1. q. 3. pu. 4. *Gamach.* in 1. 2. q. 3. c. 4. *Arria.* heic d. 49. a n. 30. & a n. 33. *Patel.* heic p. 2. c. 1. a n. 5. *Lef.* cit. l. 2. c. 5.
(e) Cum *Scoto* in 4. dist. 94. q. 4. lit. B. cui plerique subscribunt cum cit. *Lauraea* d. 16. ar. 4. & 5. refragantibus vulgo Nostris ac Thomistis.

visione sublimior. Nam 1.° habitus spectans ad voluntatem scilicet caritas est sublimior quovis habitu intellectuali, *major horum est caritas*, 1. *Cor.* 13. quo respicit *Augustin.* inquiens (*f*) *in donis Dei nullum est majus caritate*. 2.° voluntas, vel potentia volens est libera, ac dominatur operationibus intellectus: ergo potentia intelligente praestantior est: ergo. 3.° per amorem beatus transformatur in Deum (*g*), non per visionem. 4.° Seraphim, qui amore praestant, sunt altioris nobilitatis, quam Cherubim, qui praestant scientia. 5.° homo in via per amorem fit melior, quam per Dei cognitionem: ergo & in patria (*h*).

OBJECTIONES.

82 Obj. visio est ratio, aut pars principalis beatitudinis, quoniam est actus praestantior, quam amor. Nam 1.° intellectus est veluti regula voluntatis, & istam movet; at enim regula est praestantior regulato, & movens moto: ergo praestantior est intellectus, adeoque & ejus operatio. 2.° objectum intellectus, nempe *verum*, est magis simplex & abstractum, quam objectum voluntatis, nempe *bonum*; tum quia verum abstrahit ab objecti existentia, non vero bonum; tum quia ratio boni habet se materialiter (ut ajunt) ad rationem veri, non contra; siquidem omne bonum est verum, non omne verum est bonum: ergo pariter perfectior est intellectus potentia, & actus. 3.° differentia formalis hominis est adtributum nobilius; quocirca homo apud omnes definitur *animal rationale*, non vero *animal volens*: ergo.

83 R. *N. Adf.* quia amor saltem in genere moris, & adsequutionis ultimi finis est cognitione sublimior. Porro difficillimum est adsignare rerum excessum in perfectione substantiali; sed illum tamen non convincunt probationes pro potentia, & actu intellectus. Ad 1. prob: intellectus est regula voluntatis, ipsamque movet, quatenus ostendit objectum, quod adpetat: verum voluntas quoque est regula intellectus, quatenus ipsum movet ad exercitium sui actus; quidquid enim voluntati placet, reliquae potentiae exsequuntur, nisi fuerint impeditae. Exinde vero quid sit simpliciter praestantius, nondum plane compertum est.

84 Ad 2. *N. Adf.* etiam bonum, quatenus est quid amabile, abstrahit ab objecti existentia, uti verum, quatenus est quid cognoscibile. Bonum, & verum aeque se extendunt, quum sint adtributa peculiaria cujusque entis. Ad 3: non debet res definiri per praedicatum nobilius, sed per illud, quod proxime atque expressius rei essentiam ostendat. Homo definitur per rationale, non quod istud praestantius sit, sed quia est radix, & principium potentiae volentis, atque adeo omnium moralium hominis operationum. In hoc autem genere rationale est primum hominis adtributum, sed non exinde est sim-

(*f*) De Trin. l. 15. c. 19. cum vulgato *Dionys.* de div. nom. vers. fin.
(*g*) Ex doctrina communi Patrum. (*h*) Lege *Amic.* cit. n. 165.

ſimpliciter nobilius, quam volens, ex quo ſiquidem tanquam ex radice proxima prodit amor, quem cognitioni praeficiunt plurimi, non ſecus ac intellectui voluntatem (*i*).

85 QUAESTIO VIII. Num beatitudo natura ſua ſit perpetua, ac de perpetuitate ſecuritas? ADFIRMO (*k*). Ratio primae partis; quia intrinſecum beatitudini eſt, ut perfecte ſatiet, & prorſus tranquillum reddat adpetitum rationalem; quod plane nequit fieri, niſi perpetua ſit. Unde *Aug.* (*l*) *nullo modo igitur eſſe poterit vita veraciter beata, niſi fuerit ſempiterna*. Ratio ſecundae, quia ſi non eſſet ſecuritas ex certa cognitione de perpetuitate, maneret beatus anxius, dubiuſque de ſua felicitate: ergo infelix. Heinc *Cypr.* (*m*) *de ſua immortalitate ſecuram dixit* Sanctorum turbam in coelis beatam, & *Auguſt.* (*n*) ajebat confidenter, *Sanctos in ſublimibus coeli ſedibus ... de ſua ſempiterna & vera felicitate ſecuros & certos eſſe nemo ambigat*. Quibus porro dogma fide ſanctum de vita, ſeu beatitate aeterna millies apud S. Scripturas inculcata haud obſcure communitur.

OBJECTIONES.

86 Obj. *primo*. Beatitudo natura ſua non eſt perpetua ſed adventitia, videlicet ex lege Dei. Nam 1.° plerique e. c. Moyſes, Paulus, Ss. Deipara fuerunt beati in hoc mundo per brevia intervalla, viſione intuitiva perfruiti. 2.° beatitudo collata ceu corona reſpondet noſtris meritis, quae tamen valde momentanea ſunt: ergo illa beatitudo ex ſola liberalitate Dei perpetua eſt. 3.° nulli creaturae competit perpetuitas, quum nulla ſit ſuapte natura impotens deſtrui. 4.° natura beatitudinis ſita eſt in ſummi boni adſequutione; at perpetuitas non eſt de natura ejuſmodi adſequutionis. 5.° heinc fieret, quod homo nunquam poſſet eſſe beatus; nam ea perpetuitas nihil aliud eſt, quam omnes durationes aeternum futurae; at enim homo nunquam eas obtinet durationes, dum enim habet hodiernam, non habet craſtinam, & dum habet craſtinam, caret hodierna, & altera futura perendie: ergo. 6.° beatitudo integra ſita eſt formaliter in viſione, & amore: ergo eis perpetuitas advenit adcidentaliter.

87 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: fuerunt late beati, hoc eſt pro tempore quo tanta viſione donati ſunt. Hoc vero loci ſolum eſt quaeſtio de propria atque perpetua beatitudine poſt mortem obtinenda. Ad 2. *N. Con.* quia ex 2. *Cor.* 4. *momentaneum hoc, & leve tribulationis noſtrae aeternum gloriae pondus operatur in nobis*, & ex *Trid.* (*o*) nos meremur vitam aeternam. Ac plane poteſt miles ob partam uno momento victoriam decorari praemio, ſibi ſuiſque poſteris perpetuo ad

(*i*) Conf. *Val.* cit. d. 1. q. 3. pu. 4. & d. 2. q. 4. pu. 1. *Gamm.* cit. c. 5. *Laurae.* proxime adlegatum.

(*k*) Cum *Suar.* d. 14. ſ. 3. *Amic.* n. 240. *Viv.* q. 8. *Ovie.* controv. 3. pu. 1. n. 4. *Aran.* cit. n. 103. *Arsdek.* 1. 2. c. 1. §. 1. &c. contra Scot. Lauraeam &c.

(*l*) De Trin. l. 13. c. 8.

(*m*) L. de mortalit. ſub fin.

(*n*) Civ. l. 11. c. 13. & 32.

(*o*) Seſ. 6. can. 32.

ad finem ſeculi . Ad 3. *N. A.* ex dictis ſuperius ubi de natura Angeli (*p*) quae recolas.

88 Ad 4. *D. Ma.* in adſequutione ſtabili, *C.* non ſtabili, *N. Ma.* & *Mi.* Ad 5: homo in ſingulis momentis poſſidet moraliter, & virtute integram aeternitatem gloriae , quatenus in ſingulis momentis ſibi certum eſt , illam gloriam fore perpetuam : unde in ſingulis beatus eſt. Ad 6. *D. A.* in viſione, & amore utcumque , *N.* perpetuo duraturis, *C.* Et *N. Con.* Perpetuitas eſt partialis beatitudinis forma, quae ſimul cum viſione, & amore conſtituit hunc effectum formalem beatitudinis.

89 Obj. *ſecundo* . Beatitudo non eſt ſuapte natura ſecuritas de ſua perpetuitate . Nam 1.° homo donatus beatitate perpetua , ac neſciens futuram perpetuam , vel judicans non futuram hujuſmodi , eſſet re ipſa beatus , utpote poſſidens beatitudinem perpetuam . 2.° illa ſecuritas eſt cognitio reflexa de creatura , ſcilicet de duratione beatitudinis ; at nulla cognitio creaturae qua talis ſpectat naturam beatitudinis , quae in viſione & amore ſita eſt ex integro . 3.° ſecuritas illa ſolum eſt conditio neceſſaria ex parte ſubjecti , ſeu beati , non ex parte objecti , ſeu beatitudinis ; quatenus nempe adpetitus ſatiari non poteſt, niſi praevia cognitione: ergo non eſt quid intrinſecum beatitati qua tali.

90 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* quia ſub illa hypotheſi gratis permiſſa, homo ſemper eſſet anxius, ne beatitatem amitteret, quo privaretur ultimo beatitatis complemento : quare illam ex integro non poſſideret . Ad 2. *N. Mi.* Excipitur cognitio perpetuitatis , quia aliter deeſſet perfecta adpetitus ſatietas . Sicut hominis videntis Deum beatitudo pendet a perpetuitate viſionis, ita pendere poteſt a cognitione perpetuitatis . Ad 3. *N. A.* quia formalis beatitudo completur formaliter , & proxime in ratione plene ſatiantis per cognitionem proxime adplicatam , quae propterea non eſt mera conditio (*q*).

§. II.

De iis , quae propius ſpectant Viſionem beatam .

91 QUAESTIO I. Num , & quo pacto mens eliciat viſionem , hoc eſt cognitionem de Deo certam , & evidentem ? ADSERO 1. Fide conſtat beatae viſionis exſiſtentia tum ex *Scripturis* , cum *Pſ.* 126. 3. *Matt.* 5. 8. & 25. 46. *Joan.* 14. 21. & 1. *Cor.* 13. 12. & 1. *Joan.* 3. 2. Tum ex *CC.* cum *Lugdun.* II. (*r*) *Florent.* (*s*) *Trid.* (*t*) Tum ex *PP.* cum

(*p*) Tom. III. p. 93. ſq.

(*q*) Conf. *D. Th.* q. 5. a. 4. ibique *Vaq.* d. 21. c. 3. *Arria.* heic d. 48. a n. 21. & a n. 27. & a n. 35. *Rhod.* heic d. 1. q. 4. ſ. 2. *Leſ.* cit. l. 4. c. 9. a n. 110. *Maria* heic tr. 5. d. 2. ſ. 1. *Billuart* heic diſſ. 2. art. 4. §. 3. *Muzka* heic l. 2. §. 3.

(*r*) In profeſ. fid.

(*s*) In decr. fid.

(*t*) Seſ. 25. de Invoc. SS.

cum *Ignat.* (*u*) *Polycarp.* (*x*) *Clem. Alex.* (*y*) *Aug.* (*z*) *Proſp.* (*a*) *Greg.* (*b*) *Bern.* (*c*).

92 II. Eam elicit beatus interventu *Luminis gloriae* infuſi; quo nomine vulgo intelligitur adjutorium quoddam ſupernum, quo mens elevatur & communitur intrinſecus ac permanenter ad eliciendum viſionem. Ita Scholae univerſim ſine lite (*d*). Deſumitur vero ex illo *Pſ.* 55. *in lumine tuo videbimus lumen*, ac definitum videtur a *C. Viennenſi* ubi Beguardorum errores proſcripſit. Quippe quum ſuapte natura mens nequeat viſionem producere, indiget comprincipio quod potentiam naturalem intrinſecus elevet, quemadmodum & eget gratia auxiliante ad ſupernaturaliter merendum (*dd*). At hujus tamen generis lumen non eſt ad id muneris ſimpliciter neceſſarium (*e*) cur enim nequeat Deus ſola omnipotentia extrinſecus adplicata mentem ad viſionem adtollere? Eo maxime, quod nullam mens eſſentia ſua connexionem praeferat cum hoc lumine in negotio viſionis intuitivae (*f*).

OBJECTIONES.

93 Obj. *primo* contra II. Adſ. Fruſtra eſt praeadſertum lumen gloriae. Nam 1.° quod eſt per ſe lucidum in rebus ſenſilibus non eget novo lumine, ut videatur: ergo nec in intelligibilibus, qualis eſt Deus. 2.° improportio, & diſtantia infinita inter Deum, & intellectum tolli nequit per virtutem finitam luminis ejuſmodi. 3.° Eſſentia divina poteſt ſe ipſa, & ſui unione conformare intellectum ad viſionem abſque alio lumine. 4.° Verbi ſubſiſtentia eſt quid ſupernum & tamen proxime ac ſine ulla diſpoſitione unitur humanae Chriſti naturae: item ipſum lumen nullam ad ſe requirit diſpoſitionem, ſed ſolam potentiam, quam vocant obedientialem: ergo pariter. 5.° Deus utitur Sacramentis ad productionem gratiae, quin eis ſpiritale quid indat: pariter ergo.

94 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *C. A.* quia lux corporis lucidi per ſe complet, ac ultimo expedit potentiam ut videat corporis colorem: unde fruſtra eſſet lux alia. Et *N. Con.* quia Dei lumen non complet, ac proxime expedit intellectum, ut Deum videat, per ſe, ſed per aliquid creatum, quod colligimus ex *Conc. Viennenſi* (*g*), tum exinde quod ſit connaturalius, potentiam vitalem ad ſuos actus compleri complemento intrinſeco, & permanenti; quapropter admittuntur habitus naturales, & infuſi fidei, ſpei &c. Ad 2. *N. A.* Inter Deum, & intelle-

(*u*) Ep. ad Roman.
(*x*) Epiſt. ad Philippen.
(*y*) L. 5. Strom.
(*z*) L. 22. civ. c. 29. & alibi.
(*a*) De vit. contempl. c. 4.
(*b*) L. 18. Mor. c. 28.
(*c*) Ep. 374. ad fratr. de Hibernia.
(*d*) Conf. *Suar.* t. 1. de Deo l. 2. c. 14.
(*dd*) Lege *Vivam* par. 1. d. 2. q. 4.
(*e*) Nobiſcum ſunt *Suar.* c. 16. *Viv.* cit. n. 7. & frequentius noſtri contra Vincent. Ferrer tr. 2. de viſ. dub. 2. & reliquos vulgo Thomiſtas.
(*f*) Conf. in hanc rem *Borrullium* in tr. de viſ. Dei d. 22. n. 64. ſqq. & *Du-Hamel* de viſ. Dei l. 3. c. 2.
(*g*) Relato in Clement. *Ad noſtrum* de haereticis.

tellectum non requiritur proportio mathematica, qua Deus comprehenſione adtingatur, ſed illa tantum, qualis eſt inter potentiam, & objectum, qua Deus finito modo adtingi poſſit: ac iſtam plane intendit, efficitque finitum lumen gloriae.

95 Ad 3. *D. A.* poteſt de potentia abſoluta, ut ajunt, hoc eſt de lege cujuſcumque providentiae, *C.* de potentia ordinaria, qua velit connaturalius operari, *N.* Ad 4. *D. Conſ.* intellectus non requirit lumen gloriae tanquam diſpoſitionem, quae illum objective juvet, corroboret, elevet ad viſionem eliciendam, *N.* tanquam diſpoſitionem in alio genere, *Eſto*. Ex ſola formarum ſeu modificationum indole inferri valet, quod aliae ſpecies ſubjectum elevent ad ſui receptionem, aliae vero mediis diſpoſitionibus. Sic enim Verbi ſubſiſtentia, & lumen gloriae per ſeſe elevant; contritio vero medio auxilio ſuperno: immo ipſa prima gratia juſtificans per ſe elevat parvulum, adultum vero media diſpoſitione. Quod ſi omnis forma, ſeu prima diſpoſitio praevia indigeret diſpoſitione ad elevandum, eſſet progreſſus in infinitum. Ad 5. *N. Con.* quia Sacramenta ſunt pure inſtrumenta phyſica, quae producunt gratiam non in ſe recipiendam, ſed in homine: unde non egent elevari a medio diſtincto ab Omnipotentia, uti beatus eliciens vitaliter, & immanenter viſionem.

96 Obj. *ſecundo*. Secus deſcribendum eſt lumen gloriae. Nam 1.° ipſum profecto ſitum eſt in natura divina, prout haec intime communicatur, & quaſi imprimitur animo, abſque alio re diſtincto; quoniam ipſa in ſeſe continet munus ejus luminis, nempe mentem illuſtrare, movere, perficere. Quare ex Iſai. 60. 19. *erit tibi Dominus in lucem ſempiternam*, & Apoc. 21. 23. *Claritas Dei illuminabit eam, & lucerna ejus eſt Agnus*. Heinc Aug. (*h*) *lumen eſt, adcede, cape, vide*; tum (*i*) *perficitur* (beatus) *in illo lumine veritatis ... juſtificatos praeſentia Creatoris illuminat*. Vel 2.° conſtitit in Spiritu S. qui eſt vis & potentia, qua beati Deum vident; de ipſo enim docent diſertiſſime Baſil. (*k*) & Nyſſen. (*l*) eſſe lumen illud divinum, de quo Pſ. 35. *in lumine tuo videbimus lumen*.

97 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Adſ.* contra Berti (*m*) quia actio immanens vitalis, nempe viſio, requirit ſuapte natura principium intrinſecus animae inhaerens, diſtinctum a Deo, cui repugnat alteri inhaerere tanquam formam. Nec evincit prob., nam quoque Deus continet perfectionem omnium cauſſarum ſecundarum, quibus tamen utitur ad connaturalem effectuum productionem. Adlata Scripturae, & Aug. teſtimonia intelligenda ſunt de lumine objectivo, non de eo, quod ſe habet ex parte potentiae.

98 Ad 2. *N. Adſ.* contra Thomaſſinum (*n*), quia opera Trinitatis indiviſa ſunt; nec ratio luminis gloriae poteſt ſpecialiter ad unam perſo-

(*h*) Ser. 234.
(*i*) L. 1. de peccat. mer. c. 19.
(*k*) L. de Spir. S. c. 18.
(*l*) Orat. in S. Stephan.
(*m*) L. 9. c. 2. n. 10.
(*n*) T. 1. Theol. dogm. l. 6. c. 16. a n. 8.

perſonam, & non ad alias pertinere. Dicitur Spiritus lumen gloriae, quatenus ipſi gratiarum cariſmata tribuuntur. Verum ſicut lumen, quod videtur a beatis, non eſt ſolus Spiritus, ita lumen, quo videtur, non eſt ſolius Spiritus auxilium (o).

99 Obj. *tertio*. Repugnat ad viſionem adtolli mentem Dei concurſu omnino extrinſeco, ſine lumine intrinſeco, vel permanente, vel tranſeunte. Nam 1.° potentia naturalis ut eliciat actum ſupernum, quem in ſe non praecontinet, debet tranſire per elevationem de non continentia ad continentiam, hoc eſt de contradictorio ad contradictorium; at repugnat hic tranſitus abſque intrinſeca mutatione. 2.° nequit Deus per concurſum ullum robuſtiorem ſupplere defectum cauſſae formalis: ergo nec principii elevantis intrinſeci. 3.° lumen eſt actus primus, aut potentia comparate ad viſionem: ergo haec ſine illo repugnat.

100 R. *N. Adſ.* quia Deus ſupplere poteſt per ſuam virtutem concurſum cujuſque cauſſae pure efficientis, requiſitum ad effectum titulo perfectionis, ajente *D. Th.* (p) *erroneum eſt dicere, Deum non poſſe facere per ſe ipſum omnes determinatos effectus, qui fiunt per quamcumque cauſam creatam*: ſcilicet ubi non ſit repugnantia, quam ex nullo capite heic reperias. Unde dum ipſe (q) ait, *divina Eſſentia videri ab intellectu creato non poteſt, niſi per lumen gloriae*, intelligendus eſt de lege ordinaria, ſeu de viſione habenda modo connaturali.

101 Ad 1. prob: potentia naturalis prout obedientialis eſt, praecontinet cum conſortio Omnipotentiae actum ſupernum, ad quem non dicit repugnantiam. Nec ille tranſitus petit ſuapte natura mutationem intrinſecam, quippe ſine qua multi eveniunt tranſitus cum ſola mutatione extrinſeca: homo enim v. g. tranſit a non veſtito ad veſtitum per nudam veſtis adplicationem. Ad 2. *N. Con.* quia cauſſa formalis cauſſat conſtitutive (ut Scholaſticis loqui placet) nequit autem Deus ſupplere defectum conſtitutivi, ſine quo chimaericum eſt conſtitutum: cauſſa tamen efficiens cauſſat producendo per virtutem continentem eminenter effectum, quae Deo ineſt. Ad 3: lumen eſt potentia, & actus primus comparate ad viſionem, ſecundum potentiam ordinariam, ut viſio producatur connaturaliter; non ſecundum potentiam abſolutam (r).

102 QUAESTIO II. Quo jure viſio beata ſit ſupernaturalis? ADSERO. Eſt ſupernaturalis quoad ſubſtantiam actus (s). Quia illa actus eſt ſupernaturalis quoad ſubſtantiam, cujus entitas talis eſt ſecun-

(o) Conſuli poſſunt *Suar.* cit. c. 14. 15. *Gamach.* cit. c. 4. *Bec.* heic c. 9. q. 3. *Mol.* cit. q. 12. a. 5. d. 1. *Vaz.* cit. d. 43. a c. 6. *Rhod.* cit. ſ. 2. §. 3. 4. *Platel.* cit. a n. 55.

(p) I. p. q. 105. a. 2. O.

(q) II. 2. q. 175. a. 3. ad 2.

(r) Plura vide ſis ap. *Suar.* cit. c. 16. *Vaz.* cit. d. 46. c. 2. *Bec.* cit. q. 4. a n. 5. *Rhod.* cit. q. 2. ſ. 2. §. 2. *Plat.* cit. a n. 60. *Du Hamel* cit. l. 3. c. 4.

(s) *Suar.* cit. c. 8. cum *D. Th. Scot. Caj.* & *Borr.* heic d. 16. n. 11.

cundum ſuam ſpecificam, & ſpecialem rationem, ut fieri non poſſit per naturalem creaturae potentiam cum ordinario Dei concurſu, etſi in naturali potentia recipiatur; at enim hujuſmodi eſt viſio beata: ergo eſt ſupernaturalis quoad ſubſtantiam, & non tantum quoad modum. Alioqui abſque illo modo poſſet facultas entitatem actus viſionis producere, qua videret naturaliter Deum; quod abſit. Id ipſum intelligas velim comparate ad viſionem, quae intueatur Deum ut unum, intacta Peſonarum Trinitate (*t*).

103 QUAESTIO III. Quum ex definitione Conc. Florentini adverſum Jovinianum & alios, non omnes beati ſint aequales in praeſtantia viſionis, eſto haec ſit ejuſdem ſpeciei eſſentialis in omnibus (*u*), quaenam eſt radix, & cauſſa proxima, a qua illius graduum inaequalitas repetenda eſt? ADSERO. Lumen gloriae; ita ut is, qui habet perfectius lumen, perfectius videat, etſi habeat intellectum minus perfectum (*x*). Quia Beati vident Deum inaequaliter pro diverſitate meritorum; at lumen gloriae datur in praemium: ergo. Heinc *Aug.* (*y*) *meritorum diverſitate fulgebunt, alius magis, alius minus.* Et *Fulgent.* (*z*) *tanto amplius alius alio in illa vita Deum videbit, quanto amplius in hac vita eum dilexit* (*a*).

OBJECTIONES.

104 Obj. Viſionis inaequalitas oritur proxime ex intellectu magis, vel minus perfecto. Nam 1.° ex vulgato Dionyſ. (*b*) cui conſonant Chryſ. aliique PP. pro ratione uniuſcujuſque mentis divina revelantur, & conſpiciuntur. 2.° intellectus elevari poteſt ut eſt perfectior. 3.° vegetior oculus cum eodem lumine videt perſpicacius: ergo pariter. 4.° duo intellectus cum eodem habitu fidei, eliciunt actus fidei inaequales quoad intenſionem, pro majore facultatum naturalium praeſtantia: ergo pariter. 5.° voluntas cum aequali caritatis habitu poteſt actum elicere modo intenſiorem, modo remiſſiorem: ergo & intellectus praeſtantior cum aequali lumine viſionem praeſtantiorem. 6.° Paullus, & Lucas, eodem adflante Spiritu, conſcripſerunt, uti & Iſaias, aliique Prophetae; quoniam vero Paullus ſcientiis naturalibus ſuperabat Lucam, pariterque Iſaias vates alios, ſcripta Paulli Lucae libros, & Iſaiae vaticinium, ceterorum prophetias longe ſuperant: ergo.

105 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: PP. illi loquuntur de intellectu prout colluſtratus eſt lumine ſuperno, quod eſt juxta menſuram donationis Chriſti. Ad 2: non eo perfectiori lumine adtollitur intellectus, quo ipſe in ſe perfectior eſt, ſed quo majora ſunt merita, ex quibus ori-

(*t*) Haec addimus ex mente mox lauda. ti *Berr.* n. 13.

(*u*) Ap. *Suar.* cum vulgatiſſima TT. opinione c. 19.

(*x*) *Suar.* c. 21. cum *D. Th. Du Ham.* cit. t. 1. l. 3. c. 4. contra Viv. &c.

(*y*) Ser. 59. de verbis Dom.

(*z*) L. de Trin.

(*a*) Conf. *Chryſoſt.* hom. 41. in 1. Cor. *Nazianz.* orat. 34. *Greg.* M. l. 4. moral. c. 31.

(*b*) De div. nom. c. 1. ſub init.

oritur remote, ac cauſſaliter viſionum inaequalitas in beatis. Ad 3. *N. Con.* quia oculus perfectior habet majorem virtutem proportionatam, ejuſdemque ordinis cum viſione producenda: ſecus intellectus praeſtantior.

106 Ad 4. *N. A.* quia inaequalitas illa in actu fidei quoad intenſionem oritur ex operantis voluntate, cui in via liberum eſt habitum adplicare ad actum intenſum, aut remiſſum. Heinc Ad 5. *N. Con.* quia voluntas cum habitu illo in via, eſt potentia libera; at intellectus in patria cum lumine, a quo menſuratur ejus viſio, eſt potentia neceſſaria. Ad 6: Paullus Lucam ſuperat, & vates ceteros Iſaias in cultu, & elegantia ſermonis, minime vero in oraculo veritatis, ac in myſteriorum intelligentia (c) (§).

§. III.

De iis, quae propius ſpectant Amorem beatum.

107 QUAESTIO I. Num Dei viſio poſſit ab hoc amore ſejungi: & vice verſa amor a viſione? ADSERO 1. Nequit viſio ab amore ſejungi naturaliter (d), ſecus divinitus (e). Ratio primae partis; quia ſummum bonum qua tale evidenter cognitum ſumme adlicit voluntatem: ergo eam naturaliter neceſſitat ad ſui amorem, tum naturalem, tum ſupernum (f). Ratio ſecundae; quia poteſt Deus libere velle coagere cum intellectu beato ad viſionem, & non coagere cum voluntate ad amorem; quum viſio ſit prior amore, & ab iſto independens. II. Amor hic nequit ullatenus a viſione beata ſejungi. Quia ignoti nulla cupido: & quidem ea praerequiritur ad amorem cognitio, quae amoris ejuſdem qualitati ac ponderi omnino reſpondeat.

OBJECTIONES.

108 Obj. Viſio non neceſſitat ſuapte natura ad naturalem Dei amorem. Nam 1.° propoſitio objecti, quae fit per cognitionem naturalem, non ſufficit ad ſuperne amandum: ergo nec e converſo propoſitio, quae fit per viſionem, ſufficit ad naturaliter amandum. 2.° amor naturalis eſt ibi otioſus. 3.° voluntas toto ſuo conatu amat Deum

(c) Conf. *Suar.* cit. c. 21. a n. 12. *Rhod.* cit. q. 4. ſ. 2. §. 2. *Bec.* cit. de viſ. q. 10. n. 5. *Plat.* cit. a n. 69. *Du Ham.* proxime cit.

OBSERVATIO.

(§) SOlitum eſt hoc loci Theologis noſtris Quaeſtionem inſtituere de viſione beata Deum comprehendente. Nos autem quo pacto hujuſcemodi viſio, ſeu cognitio admittenda ſit, quo vero repudianda, in anteceſſum paucis definivimus Tom. II. p. 147. ſqq. ubi de incomprehenſibilitate Dei. Ea recolere non pigeat, uti & ea quae ibidem p. 145. ſqq. de Inviſibilitate Dei diſputavimus.

(d) *Suar.* in 1. 2. tr. 1. d. 9. ſ. 1. *Amic.* cit. ſ. 10. *Viv.* de beat. q. 5. a. 1. contra Scot.

(e) *Iidem* nobiſcum ſunt contra Henr.

(f) Legendus *Arria.* heic d. 52. n. 20.

per actum ſupernum : ergo nulla ipſi vis reſtat ad eliciendum amorem naturalem.

109 R. *N. Adſ.* quoniam voluntas illuſtrata viſione habet ſufficientem bonitatem, quae ſit terminus ſui amoris. Nec ad iſtum naturaliter eliciendum eſt ibi impedimentum aliquod, immo plura juvant; in eo enim ſtatu conſtituatur oportet homo omnino rectus etiam in naturalibus; quapropter penes intellectum gaudet ſcientiis omnibus naturalibus; cur itaque penes voluntatem non omnibus quoque gaudeat virtutibus naturalibus, e quibus prima eſt amor Dei?

110 Ad 1. prob. *N. Con.* quia propoſitio inferioris ordinis non ſufficit ad actum ordinis ſuperioris; ſecus e converſo. Ad 2. *N. A.* quia amor ille perficit naturam qua talem, ſeu in ordine naturali, uti eam ibidem perficiunt ſcientiae naturales in conſpectu ſcientiarum ſupernaturalium. Ad 3. *D. A.* toto ſuo conatu ſimpliciter poſſibili, *N.* commenſurato quantitati meritorum, & habitus caritatis, *C.* Et *N. Con.* quia alioqui poſt elicitum amorem nec ipſi ſuppeterent vires ad ullum ſupernum actum aliarum virtutum (*g*).

111 QUAESTIO II. An, & quo pacto beati voluntas ſit impeccabilis? ADSERO 1. Ejuſmodi eſt intrinſecus in vim adtributorum, quibus conſtituitur beatitudo formalis (*h*). Haec etenim ſuapte natura dotem praeſeferet ſibi praemaxime neceſſariam, puta immutabilitatem in bono, vel in rectitudine voluntatis. Ideo 1. *Petr.* 1. Beatitudo dicitur *hereditas incorruptibilis*, *incontaminata*, *immarceſſibilis*. Deinde amor beatus pugnat ſaltem ſuapte natura cum peccato, tum lethali, quod eſt averſio a Deo, tum veniali, quod eſt inverſio a Deo, quatenus opponitur perfectae familiaritati cum Deo, & fervori caritatis: ergo beati voluntas eſt intrinſecus impeccabilis cum lethaliter, tum venialiter. Eo quidem reſpexiſſe videtur *Auguſtinus* (*i*).

112 II. Haec impeccabilitas oritur remote a viſione ac proxime ab amore. Quia viſio neceſſitat ad amandum, & amor ad non peccandum. Deinde viſio non eſt formalis tendentia in finem, ſicut amor, nec habet, quemadmodum amor, vim impellentem. Nec itidem viſio beata ratione ſui dicit velle, aut nolle; nec qua talis praeſefert repugnantiam formalem cum peccato, quoniam viſio in intellectu eſt ac peccatum in voluntate (*k*). Heinc *PP.* puta *Aug.* (*l*) *Greg.* (*m*) *Iſidor.* (*n*) *Anſel.* (*o*) non aliam oſtendunt eſſe proximam cauſſam immutabilitatis in malum voluntatis beatae, niſi amorem, & vincula amoris.

113 III. Voluntas beata nullatenus poteſt conjungere peccatum actua-

(*g*) Videndus cit. *Arria*. de beatit. d. 52. n. 22.

(*h*) Adſtipulantur nobis *Suar.* cit. d. 10. ſ. 1. n. 5. cum *D Th.* &c. *Amic.* n. 292. *Arſd.* 1. 2. c. 1. §. 1. *Billuart* heic diſſ. 2. art. 4. §. 2. *Muzka* cit. l. 2. diſſ. 3. §. 4.

(*i*) Cont. duas epiſt. Pelag. l. 3. c. 7.

(*k*) *Capreol. Scot. Med.* ap. *Suar.* cit. n. 9.

(*l*) De civ. l. 14. c. 9.

(*m*) L. 5. moral. c. 27.

(*n*) De ſummo bono c. 27.

(*o*) De caſu diab. c. 6.

actuale cum beatitudine; ſecus habituale. Ratio primae partis; quia actus amoris deſtruit objectum actus peccati : quae duo involvunt proximam contradictionem. Ratio ſecundae; quia nec viſio, nec amor ſunt forma ſanctificans, ut ſuppono : ergo non excludunt formaliter peccatum habituale: hoc itaque, quod ex integro ſitum eſt in non-retractatione, & non condonatione peccati actualis praeteriti, non dicit formalem contradictionem cum beatitudine (p).

OBJECTIONES.

114 Obj. *primo*. contra 1. Adſ. Voluntas beata ſolum eſt extrinſecus impeccabilis. Nam 1.° ut dicatur vere impeccabilis, ſufficit, ut talis ſit a ſola extrinſeca protectione Providentiae divinae impedientis ob ſuum decretum omne peccatum in voluntate : quo pacto dicuntur impeccabiles qui ſunt in gratia confirmati. 2.° illa eſt voluntas intrinſecus impeccabilis, quae talis eſt per ſuam naturam, & ex naturae debito; ſed talis non eſt voluntas beata, quae per ſuam naturam libera eſt, tum in via, tum in patria. 3.° etſi gratia ſanctificans pugnet eſſentia ſua cum peccato lethali, tamen qui ea ornatus eſt, non propterea eſt intrinſecus impeccabilis; immo peccare poteſt, ipſam gratiam amittendo : ergo & idem dixeris de eo, qui beatitudine, incompoſſibili cum peccato, donatus eſt. 4.° damnati ob ſui ſtatus conditionem, habent voluntatem obſtinatam, & obfirmatam in malo, abſque forma intrinſeca : ergo & beati eam habent confirmatam in bono. 5.° non magis viſio, & amor beatus pugnant ratione ſui cum peccato, quam gratia habitualis, quum haec ſit forma ſanctificans, non vero illae; at gratia non pugnat cum veniali, adeoque nec reddit venialiter in ſenſu compoſitio impeccabile ſubjectum, cui inhaeret: ergo nec illae.

115 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: voluntas beata eſt utroque modo impeccabilis, tum extrinſecus ratione influxus extrinſeci Providentiae divinae, tum intrinſecus ratione viſionis, & amoris. Dixeris, haec intrinſeca beatitudinis conſtitutiva importare virtute extrinſecam illam protectionem. Ad 2. *N. Ma.* In ſenſu quaeſtionis, illa voluntas eſt intrinſecus impeccabilis, quae talis eſt ob viſionem, & amorem, qui ſunt actus ſibi intrinſeci, aut immanentes. Ad 3. *N. Con.* quia gratia, quae in patria coronatur beatitudine, eſt gratia conſummata veluti in ſuo centro, ſtatuque connaturali ſiſtens; adeoque naturaliter inamiſſibilis per peccatum. Haec voluntas beata ratione illius gratiae, quae ei extrinſecus provenit, eſt extrinſecus impeccabilis; ſecus vero ratione viſionis & amoris.

116 Ad 4. *N. Con.* quia in damnatis, praeter fragilitatem naturae, ſuis viribus relictae, ac divini concurſus ſubſtractionem ad opus moraliter bonum, nihil adparet, quod eos intrinſecus cogat ad obſtinationem : beatos vero praeter extrinſecam Dei protectionem, ligant intrinſecus viſio, & amor ad perſeverandum in bono. Ad 5.

D. Mi.

(p) Conferendi *Suar.* cit. n. 21. & 23. *Rhod.* cit. q. 3. ſ. 2. §. 3. *Viv.* q. 6. n. 12.

D. Mi. gratia viae, *C.* gratia conſummata patriae, *N.* nam qua talis importat ratione ſui perfectiſſimam munditiem, adeoque immunitatem ab omni peccato, tum lethali, tum veniali. Heinc viſio, & amor beati magis nihilominus pugnant cum peccato veniali, quam gratia viae (*q*).

117 Obj. *ſecundo*. contra II. Adſ. Haec impeccabilitas oritur etiam proxime a viſione. Nam 1.° haec neceſſitat proxime voluntatem ad amandum Deum ſuper omnia: ergo & potiori jure ad eum non deſerendum peccato. 2.° voluntas non peccandi includitur in amore Dei ſuper omnia: ergo. 3.° Bonitas Dei per viſionem propoſita primo quaſi hominem retrahit a deſertione tantae pulcritudinis, ac deinde ad amorem adtrahit: ergo licet viſio non cauſſaret divinitus Dei amorem, cauſſaret tamen ejus non deſertionem.

118 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Con.* licet viſio determinet voluntatem in actu primo ad amandum Deum in genere, non vero ad amandum Deum in particulari, ſeu per illos actus, qui procedunt maxime formaliter a voluntatis amore, qualis eſt expreſſa nolitio deſerendi Deum peccato. Ad 2. *D. A.* includitur formaliter, *N.* virtute, *C.* Heinc viſio neceſſitat virtute ad non peccandum, minime formaliter, & proxime. Ad 3. *N. A.* Retractio a deſertione divinae pulcritudinis oritur proxime ab ejuſdem pulcritudinis amore; huic enim ineſt formaliter vis propellens ad deteſtandum peccatum, non autem viſioni qua tali.

119 Obj. *tertio*. contra III. Adſ. Voluntas beata nequit ullatenus conjungere beatitudinem cum noxa habituali. Nam 1.° voluntas per beatitudinem eſt ſimpliciter, ac voluntarie converſa ad Deum, & per noxam habitualem eſt ſimpliciter, & voluntarie averſa a Deo: quae duo repugnant ſimpliciter. 2.° Gratia ſanctificans pugnat metaphyſice cum peccato habituali: ergo potius beatitudo, quae aliunde ſupponit eſſentialiter ipſam gratiam. 3.° Beatitudo qua amor eſt, eſt ſaltem virtute revocatio noxae habitualis: & qua viſio eſt, eſt terminus amoris Dei admittentis beatum ad ſuam amicitiam, atque adeo eſt ſaltem virtute condonatio peccati: ergo.

120 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Mi.* Voluntas dicitur habitualiter negative averſa a Deo, quatenus peccatum nec eſt formaliter expreſſe a ſe revocatum, nec a Deo remiſſum: haec autem averſio negativa, ut vocant, non pugnat eſſentia ſua cum expreſſa converſione. Ad 2. *N. Con.* quia gratia eſt forma ſanctificans, & formalis peccati condonatio, non ita viſio, aut amor beatus. Nec eſt cur beatitudo debeat praeſupponere eſſentia ſua gratiam, quum poſſit ſimpliciter donari homini in ſtatu naturae purae. Ad 3. *D. A.* ſi *τὸ virtute* denotet, viſionem & amorem virtute ſua excludere noxam habitualem, utpote cum ipſis pugnantem, *N.* quia haec virtus ſolum competit

(*q*) Conſulas *Leſ.* cit. l. 2. c. 22. & *Gamach.* cit. heic q. 5. c. 5.

petit formali revocationi hominis, formalique condonationi Dei: ſecus, *Eſto*. Et *N. Con.* (*r*).

121 QUAESTIO III. Quo jure amor beatus eſt liber, quo nomine ſaepius illum donant SS. *Aug.* (*s*) & *Anſel.* (*t*)? ADSERO. Eſt liber libertate a coactione, vel a vi cogente extrinſecus voluntatem, quatenus beatus ſponte, ac gratis abſque violentia rapitur ad Deum per viſionem (*tt*). Deinde non eſt ſimpliciter liber libertate a neceſſitate quoad ſpeciem, hoc eſt ad aliquo modo amandum. Quia neceſſario amat. Eſt tandem liber libertate a neceſſitate quoad individuum, hoc eſt ad amandum hoc vel illo modo, hoc vel illo actu, hoc vel illo motivo; quemadmodum Chriſtus Dominus viator fuiſſe liber dicitur (*u*).

OBJECTIONES.

122 Obj. Voluntas beata, etiam adjecta viſione, libera eſt connaturaliter ad Deum utcumque amandum, & non amandum. Nam 1.° talis profecto eſt actus, qualis eſt potentia; at voluntas beata eſt potentia intrinſecus libera, nam ex Bern. (*x*) *porro ubi voluntas, ibi libertas*: ergo & omnis ejus actus liber eſt. 2.° amor beatus eſt actus potentiae operantis ſecundum proprium, & connaturalem modum operandi; at hic modus conſiſtit in operatione libera, ſcilicet proveniente a potentia intrinſecus libera. 3.° laudabilius quid eſt ac praeſtantius voluntatem determinari a ſe ad amandum Deum viſum, quam a viſione. 4.° voluntas beata, quum ſit finita, & potentia quaedam, non exigit eſſe ſemper in actu: immo poteſt ſuum actum ſuſpendere, ea duntaxat de cauſſa quod velit uti jure ſuae libertatis.

123 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: ubi eſt voluntas, ibi eſt quidem libertas, non vero ſemper formalis, & expedita: alioqui voluntas nullatenus cogi poſſet: a potentia autem, quae coacta eſt nequit actus liber oriri. Ad 2. *N. Ma.* quia amor ille eſt ſupernaturalis, & a voluntate elicitur ſupernaturaliter, aut, ſi mavis, connaturaliter, comparate ad ordinem ſupernaturalem, quatenus viſio beata ſuapte natura exigit amorem beatum, nec eo ſecundum legem providentiae ordinariae ſpoliari poteſt. Ad 3. *N. A.* quia enim tota laudabilitas beato provenit ex propria ad eos actus determinatione, qua in via promeruit beatitatem, quae ipſum in patria cogit. Ad 4. voluntas exigit contingenter eſſe ſemper in actu, quia ſemper ad actum cogitur a viſione, quae propterea illi ſemper ſuae libertatis exercitium impedit (*y*).

C A-

(*r*) Conf. *Arria.* cit. d. 53. ſ. 5. *Rhod.* cit. heic d. 1. q. 3. ſ. 2. §. 3. *Durand.* heic t. 2. tr. 3. d. 4. q. 5.

(*s*) Civ. l. 22. c. 30. ſub med. & in enchrir. c. 105.

(*t*) In Dialogo de lib. arbitr. c. 13. 14.

(*tt*) Theologi plerique omnes ſine lite.

(*u*) Lege *Suar.* cit. in 1. 2. d. 10. ſ. 1. a n. 20.

(*x*) L. de grat. & lib. arbitr.

(*y*) Recole *Arria* d. 54. ſ. 4. *Bec.* cit. c. 1. q. 8. *Rhod.* cit. §. 1.

CAPUT SECUNDUM.

Beatitudo formalis quantum ad adtributa ſecundaria.

§. I.

De plenitudine bonorum in intellectu beato.

124 QUAESTIO I. Quodnam eſt objectum ſecundarium viſionis beatae? ADSERO 1. Hac cognitione adtingit, ſeu videt beatus ceu objectum primarium & eſſentiale Dei eſſentiam, uti adtertum eſt *ſuperius* (z), Dei vero perſonas ceu ſecundarium vel extraeſſentiale; quoniam illa, & non iſtae, eſt tota ratio eſſentialis beatitudinis. Jam vero ex lege alterius providentiae poteſt beatus videre eſſentiam, & non perſonas; non enim repugnat intuitio, quae adtingens implicite (ut ajunt) omnia objecti adtributa, ex iis tamen unum adtingat formaliter, explicate, perſpicue, clare, non vero aliud: unde ſit cognitio inadaequata, & abſtrahens ab objecto, ſcilicet ex modo ipſum cognoſcendi. Quare non repugnat lumen gloriae cum virtute limitata, qua videat explicate beatus eſſentiam, & non perſonas, aut etiam unam perſonam, & non aliam (a).

125 Heinc nec perſpecta debent eſſe beato libera Dei decreta, qua talia (b). Nam Angelus, licet videat alterius Angeli ſubſtantiam, non tamen conſilia, ſi hic nolit: ergo pariter; quod enim in Angelo ſit per actum diſtinctum a ſua natura, fit in Deo altiori modo, abſque diſtinctione actus. Communiter vero docent, unumquemque beatum aliqua divinae providentiae decreta conſpicere, praecipue circa ſui, & aliorum ſalutem, quibus maxime delectantur. Id enim ad eorum ſtatum, & beatitatem quadantenus conducere videtur.

126 II. Hac itidem cognitione perſpicit beatus in Deo creata ceu objectum ſecundarium, quatenus Deus viſus eſt cauſſa, & ratio videndi creata. Et en tibi cognitio *matutina*, juxta *Aug.* qua ſcilicet cognoſcuntur creata in Deo (c). Illa igitur agnoſcit beatus in Deo creata cum poſſibilia, tum exiſtentia, ſaltem ſecundum eſſe illud eminentiale, quod concipimus in Deo, quatenus continet omnes creatorum perfectiones. Eadem quippe viſio aeque repraeſentat quae ſunt eminenter in Deo, ac quae ſunt formaliter. Immo videt etiam formaliter in Deo, tanquam in medio prius cognito, creata quaelibet ut poſſibilia, ſecundum ſuum eſſe proprium, ſcilicet ſub ratione com-

(z) Pag. 19. n. 31.

(a) Nobiſcum ſentiunt *Scotus* in 1. diſt. 1. q. 2. *Brancatus Laureae* cit. d. 18. ar. 2. ſqq. *Plat.* de viſ. a n. 72. cum *Arri.* &c. contra Suar. Vaz. &c. Vide ſis *Rhod.* tr. 1. d. 2. q. 3. ſ. 1. §. 1. & 2.

(b) Adeundus *Suar.* cit. c. 24.

(c) Legito rurſum *Suar.* cit. a c. 25. ad 28.

communi poſſibilitatis. Iſta enim qua talia connectuntur intrinſecus cum Deo, & in eo continentur (*e*).

127 III. Hac omnia videt beatus ſimul, & a principio ſuae beatitudinis. Quia viſio (*f*) eſt invariabilis, utpote ultimus meritorum terminus: ergo non admittit in objecto ſubceſſionem. Nec enim fieri poteſt mutatio in effectu formali, niſi etiam fiat in forma. Quare ſi aliquid de novo cognoſcat beatus, per aliam ſcientiam cognoſcet, non per beatam (*g*).

OBJECTIONES.

128 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Beatus non adtingit eſſentiam Dei una cum ſingulis ejus adtributis. Nam porro non adtingit Deum qua immenſus eſt, quia non videt loca omnia, quibus coëxſiſtit; nec qua omniſcius, quia non videt creata omnia, quae idem noſcit; nec qua creator, quia non videt creata omnia quae produxit, & producet: ac ita de aliis adtributis. *Secundo*. Viſio non minus adtingit perſonas, quam eſſentiam Dei: ergo & perſonae non minus quam eſſentia ſunt ei objectum primarium: id quod vulgo ſentiunt Doctores.

129 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* cujus probationes nihil evincunt; nam intuitio cauſſae non requirit intuitionem omnium ſuorum effectuum ſingillatim, ſed ſolum intuitionem virtutis ad illos quaſi confuſe, aut generatim cognitos; ejuſmodi quippe virtus eſt ratio primaria, qua concipimus ſpecificari adtributa Dei, ſingula vero objecta, quae adtributa memorata reſpiciunt, ſunt ratio ſecundaria, qua minime ſpecificari concludas. Inde ſtat optime, quod intueatur beatus ea adtributa quoad rationem primariam, minime vero quoad ſecundariam. Ad *ſecundum*. *N. A.* Perſonas adtingit duntaxat ceu terminum & ex conſequenti; eſſentiam vero ceu terminum & rationem formalem, ob quam movetur beatus ad intuendum eſſentiam propter ſe, ac perſonas propter eſſentiam: haec id circo primariam & potiſſimam rationem objecti ſibi vendicat comparate ad viſionem, perſonae vero ſecundariam. Quod ſi ſecus Doctores ſentiant, alias nobiſcum convenientes, lis erit de voce (*h*).

130 Obj. *tertio*. Nequit ullatenus beata mens intueri eſſentiam, & non perſonas, aut unam perſonam, & unum adtributum ſine aliis omnibus. Nam 1.° quidquid eſt in Deo, eſt unum ens re indiviſibile: ergo nequit intuitive videri Deus, quin videatur totus indiviſibiliter quoad ſingula adtributa. Haec D. Th. (*i*) 2.° ex Joan. 14. *Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum; an neſcis, quia ego in Patre, & Pater in me eſt?* ubi Chriſtus probat ex unitate naturae, quod viſo Filio videatur Pater, ex Nazian. (*k*). At hoc non probatur, ſi poſſit videri una perſona ſine alia. 3.° cognitio intuiti-

(*e*) Adeundus *Plat.* cit. a n. 78.
(*f*) Ex *Aug.* l. 12. Confeſ. c. 11.
(*g*) *Suar.* c. 27. cum *D. Th.*
(*h*) Conſule *Rhod.* cit. q. 3. ſ. 1. §. 1. *Arria.* t. 1. de viſ. d. 9. ſ. 8. *Mun.* de eſſen. & adtrib. d. 7. ſ. 10. a n. 139.
(*i*) P. 3 q. 3. a. 3. O.
(k) Orat. 49.

va debet terminari ad rem, prout eſt actu exſiſtens & ſubſiſtens; at Deus ſubſiſtit per perſonalitates: ergo.

131 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. Conſ.* quin videatur materialiter, implicite, & minus clare totus indiviſibiliter, *C.* explicate, & perinde clare, *N.* Nec enim modo cognoſcunt beati omnes omnino formalitates adtributorum Dei. Nihil enim prohibet, quominus cognitio minus perſpicua pauciores in objecto perfectiones deprehendat. Eccur ergo repugnet intuitiva cognitio, quae videat totum Deum clare ut Unum, & bonum, & non ita clare ut Trinum, & ſcientem? D. Th. loquitur de lege praeſentis providentiae, non de alia plane poſſibili. Vel id unum intendit, quod Deus neceſſario totus re ac identice videatur.

132 Ad 2: Chriſtus ſolum intendebat docere Philippum, ſe eſſe Deum, & Patri aequalem, & unum cum ipſo in natura. Ac ejus argumentum optimum eſt, re intellecta ſecundum ſtatum praeſentem, non vero ſecundum poſſibilem, quem tum minime curabat. Ad 3. *N. Ma.* quoad *τό ſubſiſtens*. Nam Daemon cognoſcebat intuitive exſiſtentiam Chriſti, cujus perſonalitatem qua talem ignorabat (*k*).

133 Obj. *quarto* contra 11. Adſ. Ea viſione non intuetur beatus in Deo creaturas poſſibiles, ſecundum ſuum eſſe proprium. Nam 1.° non videt eas in ſe ipſis in Deo: ergo nec ſecundum ſuum eſſe proprium. 2.° non poteſt unica ejuſmodi viſio cognoſcere Deum, & creaturam: tum quia actus ſumit ſuam ſpeciem ex objecto; adeoque nequit non haberi duplex actus ex duplici ſpecie objecto, quae in nulla ratione communi conveniunt: tum quia eſſet ſimul intuitiva reſpectu Dei, & abſtractiva reſpectu creaturae: tum quia eſſet ſe ipſa prior & poſterior, ideo enim videretur creatura, quia videretur Deus; adeoque noſceretur creatura ex vi beatae viſionis ſui. 3.° nihil cognoſci poteſt formaliter in Deo, niſi quod eſt formaliter; & diſtincte in Deo; at creatura ſic non eſt in Deo.

134 R. *N. Adſ.* quia ex *Aug.* (*l*) *cognitio creaturarum in ſe decoloratior eſt, quam quum in ſapientia Dei concipitur, velut in arte, per quam facta eſt*. Eique conſonant *Greg.* (*m*) vulgatus *Anſ.* (*n*) *Iſidor.* (*o*) iique omnes, qui ferunt, videri creaturas in Deo tanquam in ſpeculo. Ad 1. prob. *N. Con.* quia ex uſu heic recepto, *τό ſecundum* ſolum deſignat rationem terminantem, ſeu objectum materiale, *τό in ſe* etiam rationem moventem, ſeu objectum formale, ita ut cognoſci in ſe ſit movere ad ſui cognitionem, per propriam ſui ſpeciem, ſeu ratione ſuae eſſentiae, quam haberent creaturae poſſibiles, ſi producerentur.

135 Ad 2. *N. Adſ.* quia in primis actus ſuam deſumit ſpeciem ab

(*k*) Plura ſolvunt patroni noſtri Adſerti cum *Lauraea* proxime adducto, *Rhod.* cit. q. 3. ſ. 1. §. 2. *Plat.* de viſ. a n. 72. *Arria.* t. 1. de viſ. d. 9. ſ. 2. & 6. & t. 2. de beat. d. 50. ſ. 1. *Bartholom. Durand.* in clypeo Scot. Theol. ubi de viſ. d. 5. q. 1. *Du-Ham.* de viſ. l. 3. c. 2.

(*l*) Civ. l. 11. c. 7.

(*m*) L. 2. Mor. c. 2.

(*n*) In elucidario.

(*o*) De ſum. bon. l. 1. c. 10.

ab omnibus illis, quae reſpicit: unde unica ſpecies actus deſumi poteſt ex multis objectis, quorum quodlibet tantum dat ſpeciem inadaequatam, ut quum dicis, *multi homines beantur*: & aliunde Deus, & creaturae in multis univoce conveniunt, e. g. in ratione entis, poſſibilis, ſubſtantiae. Deinde minime repugnat, quod eadem viſio ſit intuitiva reſpectu Dei, quem in ſe videt, atque abſtractiva reſpectu creaturae, quam videt in Deo (nec enim hi duo modi cognoſcendi oppoſiti ſunt, ſed diſparati) uti neque quod ſit formaliter per rationem prior ſe ipſa, ut adtingente quaſi reflexione creaturam. Ad 3: non videntur creaturae poſſibiles tanquam exſiſtentes formaliter in Deo, ſed tanquam habentes cum eo neceſſariam connexionem; ac propterea videntur in Deo tanquam in ratione formali, ſeu medio, in quo eſt vis quaedam movens ad cognitionem ejuſmodi creaturarum (*p*).

136 QUAESTIO II. Quaenam ſcientiae viſionem beatam comitentur? Praemitto (*q*) ſcientias omnes, de quibus heic, praeſupponere habitus, & ſpecies, eis reſpondentes, in ratione comprincipii efficientis ſcientiarum actualium, uti ſcientia beata ſupponit lumen gloriae. ADSERO I. Scientia ſupernaturalis per ſe infuſa, quae cognoſcit ſyſtema ordinis ſupernaturalis quoad ſubſtantiam, & quoad modum, in ſe ipſo, vel extra Verbum (*r*). Quia magna eſt perfectio, ac beatitudinis ſtatui connaturalis, res ſupernaturales non ſolum in Verbo cognoſcere, ſed etiam in ſe ipſis. Et en tibi cognitionem *veſpertinam* Auguſtinianam, quatenus adcipitur condiſtincta a *matutina*. Quot vero objecta ſinguli beati diſtincte videant? Nimis incertum apud omnes (*s*).

137 II. Scientia naturalis infuſa per adcidens, quae cognoſcit divinitus vel modo indebito ſyſtema ordinis naturalis (*t*). Quia beatitudo exigit omnia dona naturalia maxime homini conſentanea. Nec mirum profecto, quum haec ſcientia Angelis, & Adae in prima creatione tribuatur. III. Scientia naturalis adquiſita in via, qua videntur ea, quorum de novo adceperunt ſpeciem; expurgata ſcilicet ab omni imperfectionis macula, uti opiniones, & dubia. Quia ſpecies omnes, & habitus independentes in ſui conſervatione a phantaſmatis, manent in anima ſeparata; at ex iis omnes conflantur ſcientiae: ergo. Iis vero, qui ſcientias non habuere, iſtae a Deo infundentur, juxta perfectionem cujuſcumque meritorum (*u*).

138 IV. Scientia prophetica, ſi haec ſit revelatio evidens, uti

(*p*) Conf. *Suar.* & *Rhod.* citt. *Arriag.* de viſ. d. 10. 11. *Plat.* de viſ. a n. 78. ad 87.

(*q*) Ex *Suar.* in 3. p. t. 1. d. 29. ſ. 2. *Del.* de Incarn. d. 20. a n. 53. *Bernal* de Incarn. d. 33. n. 50.

(*r*) *Suar.* d. 8. ſ. 1. n. 9. *Rhod.* q. 3. ſ. 1. cum communi.

(*s*) Conſentit *Suar.* t. 1. tr. 1. l. 2. c. 2. quem vide.

(*t*) Vulgo TT. ſine lite.

(*u*) Haec ad ſenſum *Suarezii* cit. in 1. 2. d. 8. ſ. 2.

ſaepe fuit in Prophetis. Quia haec non repugnat beatorum ſtatui, immo ipſum valde condecet (x). Huc revocanda Dona Spiritus S. quae ad intellectum pertinent, nempe Scientia, Sapientia, Conſilium. Quia haec ad animae beatae naturam maxime faciunt, nec ejus ſtatui ex capite ullo adverſantur (y).

OBJECTIONES.

139 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Beati res omnes omnino vident. Nam 1.° ex D. Greg. (z) *quid non vident qui videntem omnia videt?* & ex 1. Tim. 5. *teſtificor coram Deo, & electis Angelis*, quaſi iſtorum viſioni omnia ſint aeque praeſentia, ac Deo. 2.° viſio beata ſubcedit fidei, ex 1. Cor. 13. 12. *videmus nunc per ſpeculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem*; nunc vero noſtra fides reſpicit ut objecta credenda ſingula fidei Myſteria, quae revelata ſunt, itemque infinita, quae revelari poſſunt: ergo ſaltem haec omnia tunc vident beati.

140 R. *N. Adſ.* cui veriſimilis ratio favet nulla. Nec enim beata viſio tanta eſt divinae ſcientiae participatio, ut perſpecta habeat ſingula quae Deus novit; alioqui Deum poſſet comprehendere, ſcientiam divinam aemulata. Ad 1. prob: ap. *D. Th.* (a) Gregorius plane in hac fuit ſententia, ſed in contraria Aug. ſaltem dubitando (b) num beatae animae omnia ignorent, quae fiunt in terris. Sed media tamen via nos incedimus cum communiore ſententia, quae fert, illas nec omnia ſcire, nec omnia ignorare. Paullus addit τὸ *& electis Angelis*, pro certo habens, eis non defuturam praeſentaneam revelationem de veritate ſuae adteſtationis.

141 Ad 2. Viſio beata quoad adtributa eſſentialia ſubcedit fidei, non quoad extraeſſentialia: dicit autem concomitanter cognitionem praecipuorum fidei Myſteriorum, e. g. Sanctiſſimae Euchariſtiae, Verbi Incarnationis, Deiparae Maternitatis &c. hanc quidem in omnibus beatis, uberiorem vero de aliis Myſteriis, rebuſque ſupernaturalibus, in aliis.

142 Obj. *ſecundo* contra 11. Adſ. Non videt beatus quilibet ſyſtema ordinis naturalis. Nam nec videt totum illud ſyſtema, nec dicatur videre omnia prorſus entia naturalia, omnes artes &c. unde fieret, videre etiam totum ſyſtema ordinis ſuperni, adeoque & omnia, quod nuper negatum eſt. Nec videt aliquot modo entia illius ſyſtematis, quia non eſt, cur haec videat, potius quam illa. Neque tandem tot, tantaſque perfectiones adpetit intellectus, quibus ſua natura exſuberantiſſime ſatietur.

143 R. *N. Adſ.* Ad prob: ex *Conc. Senon.* (bb) in Divinitatis ſpeculo illuceſcit quidquid Beatorum interſit, hoc eſt ii in Deo contuentur quidquid ad ſingulorum ſtatum pertinet cum ex rebus ſupernis,

(x) *Suar.* cit. ſ. 1. n. 3.
(y) *Ibid.* n. 2.
(z) Lib. 12. Dial. c. 13.
(a) I. p. q. 89. a. 8. O.
(b) L. de cura pro mort. agenda c. 13.
(bb) In decretis fidei decr. 13.

nis, tum ex naturalibus, peſpectis ſcilicet & glorioſa beatitatis indole, & cujuſcumque merito. Vident ergo Beati utriuſque ordinis ſyſtemata, quoad omnes ſpecies, & quoad multa ſpecierum individua, quae Deus determinat, utpote propterea adpellatus a PP. *Speculum voluntarium*. Tanta decet praelucere ſcientiarum exſuberantia incolas regni coeleſtis, etſi eam ſingillatim non adpetant, immo eſſent minore luce contenti (*c*).

144 Obj. *tertio* contra III. Adſ. Si beatis omnibus infundantur ſcientiae, quas in via neſcierunt, non magis Patribus, aliiſque Theologis proderit ſtudium tanto impenſum labore pro adquirendis theologicis veritatibus, quam aliis etiam ignariſſimis. *Quarto* contra IV. Adſ. Beatis non competit prophetia, quae ex 2. Petr. 1. comparatur *lucernae lucenti in caliginoſo loco*, & importat aliunde viſionem ſupernae veritatis, ut procul exſiſtentis, ac indebitam ſtatui prophetantis: at revelatio quaelibet beato ſtatui debetur.

145 R. Ad *tertium*. Tantum proderit Patribus, & Theologis ſtudium, quantum meriti ex illo ceperint. At ſingulari gaudio memores erunt ſui ſtudii, argumentorum, ac veritatum omnium, quas compararunt, aeternum retinendarum. Ad *quartum*: Chriſtus fuit comprehenſor, & *Propheta*, ex Matt. 13. quare etiam beati prophetare poſſunt. Comparatio Petri eſt de prophetia in via; locus autem prophetiae naturam non mutat, ſi lis non ſit de voce. Quid? quod nec omnes revelationes de futuro, quas adcipiunt a Deo beati, debitae ſunt eorum ſtatui (*d*).

146 QUAESTIO III. Quae longe abſint a mente beata? ADSERO. In beata mente non eſt 1.° error, aut ignorantia rei, quae ſuo ſtatui convenit. Nam haec ſunt malum quoddam naturae rationali. Ideo de re tantum probabili nullum ferunt judicium certum de rei veritate, ſed de probabilitate (*e*). Nec 2.° adſenſus fidei, quia eſſentia ſua procul dubio obſcurus eſt (*f*). Num maneat habitus fidei ad animae ornatum? non cenſet improbabile *Arriaga* (*g*). Nec 3.° Theologia in via adquiſita, quatenus in fide nititur, ob eandem rationem. Superſunt apud pleroſque ſpecies, aut reliquiae, ſi mavis, rerum, quas Theologus comparaverat, e. g. ſacrae Scripturae &c. ſed tunc iſtas, ajunt, clare cognoſcet. Ut quid autem ejuſmodi reliquiae, ſi clarior ſubcedat intellectio? Nec 4.° diſcurſus ex viſione beata. Quia haec eſt ſimpliciſſima, & cognoſcit uno intuitu quidquid poſſit

(*c*) Adeundi *Suar.* de viſ. c. 28. *Rhod.* cit. §. 6. *Arria.* de beat. d. 51. ſ. 3. 4. *Gotti* de viſ. q. 5. dub. 3. §. 2. *Du-Ham.* cit. l. 3. c. 3. *Laurae.* cit. d. 19. art. 8. ſqq.

(*d*) Legito *D. Th.* proxime cit. *Arria.* de beat. d. 51. ſ. 2. & 4. *Rhod.* de beat. d. 1. q. 3. ſ. 1.

(*e*) Conf. *Auguſt.* de Gen. ad lit. l. 12. c. 26. in enchir. c. 25. civ. l. 9. c. 22. *Proſp.* de vita contempl. l. 1. c. 4. *Thom.* opuſc. 72. ſub init. *Suar.* in 1. 2. tr. 1. d. 8. ſ. 3.

(*f*) Vulgo TT. cum cit. *Suar.* ſ. 1.

(*g*) D. 51. n. 6.

poſſit per diſcurſum ex illa colligi (*h*). Heinc viſio eſt judicium ſimplex, & ſolum virtute complexum (*i*).

OBJECTIONES.

147 Obj *primo*. contra I. Adſ. Beati ignorant diem judicii, ex Marc. c. 13. 32. quocirca ignorant etiam preces ad eos fundendas a viventibus uſque ad diem judicii; & beati Pontifices, & Fundatores ignorant futura Eccleſiae, & ſuorum ordinum uſque ad ipſum diem: quorum tamen ſcientia pertinet ad ipſorum ſtatum. *Secundo* contra II. Adſ. Angelus inferior, dum illuſtratur a ſuperiore, a quo excipit mandatum ſibi proxime a Deo injunctum ut intimetur inferiori, credit quidem actu obſcuro revelationem, quam remote adcipit a Deo; eo ferme modo, quo nos credimus divinam revelationem, ab Eccleſia propoſitam: ergo Angelus credit ſimiliter actu fidei. *Tertio*. In beatis ſupereſt pia adfectio voluntatis ad credendum Deo, in terris habita: ergo ex illa poteſt enaſci fidei actus. *Quarto* contra IV. Adſ. Beatus ex viſione adſerente, *Deus poteſt producere quidquid non implicat contradictionem* haec ſubinferre poteſt, *at leo, quem vidi in mundo, non implicat contradictionem: ergo poteſt Deus illum producere*: itemque plura alia colligere poteſt ex iis, quae clare videt tum ex viſione beata, tum ex aliis viſionibus, & ſcientiis concomitantibus: ergo viſio beata diſcurſum praeſefert.

148 R. Ad *primum*. Poſſunt beati cognoſcere res, quae ſpectant ad ſuum cujuſque ſtatum, quando actu eveniant, quin noſcant tunc adfore diem judicii. Quid? quod etiam de Chriſto dicitur, diem illum neſcire, hoc eſt aliis, quia vel nolebat, vel non poterat aliis eum revelare. Quid ſimile de beatis dixeris. Ad *ſecundum*: Angelus inferior videt clare Dei revelationem, quatenus perſpicit evidenter Angelum ſuperiorem nec poſſe falli, nec fallere: quamobrem licet illi adſentiatur proxime propter ejuſdem authoritatem, nullum tamen elicit actum obſcurum ſuper ipſa, uti nos, quibus infallibilitas Eccleſiae, revelationem proponentis, evidens non eſt.

149 Ad *tertium*. *D. Conſ.* poteſt enaſci, ſi ſpectentur principia, quae ad actum fidei concurrunt, *C.* ſi ſpectetur evidentia rerum, quae per fidem poſſent abſque merito, & ullo fructu cognoſci, *N.* Sic enim fides eſt omnino ſupervacanea. Ad *quartum*. *N. A.* Superfluus eſt diſcurſus, aut curſus ex uno in alium actum circa objectum, quod mihi evidenter oſtendit unicus ſimplex actus. Deinde vitandus eſt proceſſus in infinitum, exinde natus; nam rurſus ex concluſione elicita, adjuncta altera praemiſſa naturali, poſſet tertia concluſio inferri, & iterum ex hac cum viſione beata, aut ſcientia infuſa ſimul altera &c. Quare ſatius eſt quamlibet ex illis ſcientiis eſſe in ſuo genere ultimam, ſine ordine ad ulteriorem illationem (*k*).

§. II.

(*h*) Favet *Suar.* contra Arria. cit. n. 13.

(*i*) Si credas *Bec.* heic tr. 1. c. 1. q. 6. n. 1. & 4.

(*k*) Adi ſis *Arria.* cit. ſ. 1. *Leſ.* de ſum. bo. l. 2. a n. 159. *Suar.* & *Bec.* proxime citt. *Rhod.* de beat. q. 3. ſ. 1.

§. II.

De plenitudine bonorum in voluntate beata.

150 QUAESTIO I. Quaenam ſacrae paſſiones amorem beatum comitentur? ADSERO 1. Amor concupiſcentiae, quo Beatus Deum, ſuamque beatitudinem amat ut ſibi bonam. Haec una Theologorum vox. Amor iſte ſupernaturalis eſt, quia objectum ſupernaturale qua tale adtingit. Eſt viſioni beatae ſuapte natura neceſſarius aut connaturalis, quum ſit valde conſentaneus naturae; quae nempe quodvis taedium refugit, & in quamlibet delectationem propendet: complet ergo beatitudinis perfectionem. Quare beatus perpetuo ac neceſſario beatitatem amore proſequitur (*l*).

151 II. Gaudium, hoc eſt delectatio, & fruitio de Deo, vel de beatitudine. Quia delectatio oritur neceſſario ex conſequutione boni quod amas; at beatus poſſidet ſummum bonum ſumme dilectum: ergo neceſſum eſt, ut de illo ſumme delectetur, gaudio ſcilicet ſpirituali, & ſuperno (*m*). Hoc gaudium vel eſt ipſe amor, vel aliquid amorem conſequens. Videlicet ſi ſit gaudium de bonis Dei, prout ſunt Deo bona, conſequitur amorem benevolentiae; ſi vero ſit de bonis Dei, prout ſunt beato bona, concupiſcentiae amorem.

152 Gaudii objectum eſt Deus, & beatitudo, ita ut delectatio ſit proxime de utroque ad inſtar unius objecti integri (*n*). Quia perinde Deus, ac beatitudo formalis beatum recreant deliciis ineffabilibus, quin ullam prorſus triſtitiam ſaltem naturaliter compatiantur. Haec demum gaudii ſeu fruitionis operatio, ſcilicet concupiſcentiae, procedit ab habitu ſpei, qui in patria ſuperſtes eſt, quemadmodum amicitiae gaudium ab habitu caritatis. Quia ejuſmodi principii eſt & amare bonum, & deſiderare ſi abſit, & delectari ſi ſit obtentum (*o*).

OBJECTIONES.

153 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Non eſt in patria ejuſmodi amor. Nam 1.° non videtur honeſtus; eo ſiquidem beatus Deum minori amore proſequeretur, quam ſe ipſum. 2.° Deus, quum non uniatur beato tanquam forma, non eſt ei bonus proxime ratione ſui, ſed ratione beatitatis intermediae; quemadmodum ſol non eſt nobis bonus proxime ratione ſui, ſed ratione caloris, quem in nobis demittit: ergo non eſt objectum proximum ejus amoris.

154 R. *N. Adſ.* ad 1. prob. *N. A.* Amor Dei propter me, ab ſpe ortus, perfectus eſt, licet ſit perfectior amor Dei propter ſe, a caritate elicitus. Amor ſui recte ordinatus, virtus eſt, licet non ſit amor Dei, quoniam Deus illum ordinat, & amat, licet magis ad

(*l*) Recolendus *Suar.* cit. d. 9. ſ. 2. n. 1. 6. 7.

(*m*) *Suar.* cit. ſ. 3. n. 1. *Rhod.* cit. ſ. 2. §. 2.

(*n*) *Suar.* cit. n. 7. cum *D. Th.* cit.

(*o*) *Suar.* cit. n. 12. *Arria*, d. 52. n. 37.

ad creaturam adcedat, quam ad ſe ipſum. Ad 2: Deus qua poſſeſſus poteſt in coelo proxime concupiſci, non ſecus ac per ſpem optatur proxime in via, etſi nobis non uniatur ceu forma phyſica: ceteroqui nec Deus eſſet objectum proximum virtutis cujuſpiam theologicae. Deus itaque eſt objectum ejus amoris, quatenus eſt bonus animae, eam beans bonorum plenitudine: qua propter eſt proprie ratio formalis, ob quam Deus idem adtingitur ab illo amore.

155 Obj. *ſecundo* contra II. Adſ. Illud gaudium potius eſt beatitatis notio vel eſſentia, quam proprietas, ſeu paſſio amorem comitans. Quoniam ex Aug. (*p*) *nec quiſquam beatus eſt, qui non fruitur eo, quod hominis eſt optimum*; tum (*q*) *nemo beatus eſt, qui eo, quod amat, non fruitur*: idem vero eſt gaudium de objecto poſſeſſo, ac fruitio, & delectatio; item (*r*) *omnes ipſum gaudium beatam vitam vocant*: idcirco habes in Pſ. 15. *adimplebis me laetitia cum vulto tuo*, & Pſ. 35. *inebriabuntur ab ubertate domus tuae* &c. Adde, quod gaudium eſt quaedam vitalis unio animae cum Deo, ſine qua ſteriles eſſent viſio, & amor, immo & manea beatitudo, prout eſt *ſtatus omnium bonorum adgregatione perfectus* (*s*).

156 R. Ad *ſecundum*. *N. Adſ.* Saepe *fruitio* ſumitur pro amore beato, ſaepe pro gaudio, aut delectatione, cum amicitiae, tum concupiſcentiae objecti. Pſalmi, & Auguſtinus loquuti ſunt de gaudio prout eſt complementum extraeſſentiale beatitatis, nobiſque magis perceptibile: quocirca ſi fingas a coelo illud procul eſſe, tum ſola deficiat oportet integralis foecunditas beatitati, neutiquam vero eſſentialis (*t*).

157 QUAESTIO II. Quibus exornetur virtutibus voluntas beata? ADSERO I. Habitus omnes virtutum, qui ſunt in viatoris voluntate, manent in voluntate comprehenſoris quoad eorum ſubſtantiam. Quia ſunt animae perfectiones ſimpliciter, nihilque includunt beatitudini repugnans (*u*) II. Omnes iidem habitus, ſi fidem excipias, poſſunt in patria elicere aliquem actum, non vero omnes actus, quos efficiunt in via. Ratio primae partis; quia alioqui videri poſſent ſuperfluì. Ratio ſecundae, quia comparate ad aliquas virtutes, e. g. ſpei, poenitentiae &c. non manet omnino eadem materia (*x*).

158 III. Superſunt in Beatis Dona Spiritus S. quae ſunt peculiares habitus, qui voluntatem ſpectant (*y*); itemque virtutes per ſe infuſae, ac etiam adquiſitae, quae adſervantur, ſi fuerint adquiſitae in via, vel ex adcidenti infunduntur, ſeu perficiuntur, ſi quid eis deerat. Quia in eo ſtatu debet eſſe natura omni ex parte perfecta,

(*p*) L. 1. de moribus Eccleſ. c. 3.
(*q*) Civ. l. 8. c. 9.
(*r*) L. 10. Confeſ. c. 21.
(*s*) Ex *Boet.* l. 3. de conſolat. philoſoph. proſa 3.
(*t*) Conf. *D. Th.* heic q. 4. a. 1. 2. ibique *Salmant. Leſ.* cit. l. 2. c. 13. n. 163. *Rhod.* heic d. 1. q. 3. ſ. 2. §. 2. *Arria.* heic d. 52. ſ. 6. *Val.* heic d. 1. q. 4. pu. 1. *Gimach.* heic q. 4. c. 1.
(*u*) Nobiſcum eſt cit. *Suar.* d. 10. ſ. 2. n. 3. contra Durand.
(*x*) Lege *Arria.* d. 54. a n. 10.
(*y*) Ex *D. Th.* heic q. 68. a. 1. 3. 6.

cta, non modo gratuita, ſed & connaturali perfectione. IV. Radix iſtorum habituum, ſcilicet gratia ſanctificans perpetuo eadem in patria eſt; quin beato ea ullo in poſterum adcreſcat gradu, qua in poſtremo vitae momento exornatus enituit. Nam ex 2. *Cor.* 9. *qui parce ſeminat, parce & metet.* Ubi autem non augentur merita, nec eſt, cur gratia augeatur. Huic deinde reſpondet beatitas, quae invariabilis eſt. Unde fieri poteſt, quod quis in via multo majore gaudeat gratia, quam plurimi in patria (z).

OBJECTIONES.

159 Obj. *primo* contra I. Adſ. In voluntate beata non ſuperſunt omnes virtutum habitus. Nam 1.° virtutes morales non ſunt in Angelis (*a*): ergo nec in hominibus beatis, qui ſunt ſicut Angeli Dei, ex Matt. 22. 2.° virtutes morales perficiunt hominem in vita activa, quae non manet in patria, ex Greg. (*b*) 3.° in coelo ſinguli virtutum actus nullo negotio fiunt: ergo nullus habitus eſt neceſſarius. 4.° virtutes, quae ſunt in adpetitu ad illum frenandum, otioſae omnino ſunt, ubi aliunde adpetitus eſt adprime rationi ſubjectus.

160 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* Retinent & ipſi virtutes quibus praenituerunt in via. Ariſtoteles ſi chriſtiane differat, loquutus intelligitur de ejuſmodi virtutibus quoad modum, qui dicit imperfectionem pro ſtatu beato, e. g. de temperantia quoad pravas concupiſcentias. Ad 2: ea, quae ſunt activae vitae, materialiter (ut loqui amant) ſe habent ad virtutes, quae tamen in patria perfectius exſerceri poſſunt, ſecundum ſuam formalem honeſtatem. Heinc ex *Sap.* 1. *juſtitia perpetua eſt, & immortalis.*

161 Ad 3. *N. Con.* vel quia illi actus fiunt facile ratione habituum; vel quia iſti habitus ſi ſupernaturales ſint, non dantur ad expediendam, immo potius ad elevandam facultatem propter actuum ſupernaturalitatem. Ad 4: omnes habitus ſuperni infuſi reponuntur in voluntate, quoniam ſpiritales ſunt; iſti vero ſuperſunt, non quidem ad frenandum adpetitum, qui freno non indiget, ſed ut idem quaſi ex novo vinculo ſit rationi ſubjectus quandocumque actum eliciat.

162 Obj. *ſecundo* contra III. Adſ. Non adparet principium, ex quo oriantur virtutes, quae in animo poſt hominis obitum perficiendae ſunt. *Tertio* contra IV. Adſ. Major eſt gratia ſanctificans in patria, quam fuerit in via. Tum quia, ex Matt. 11. *qui autem minor eſt in regno coelorum, major eſt illo*, ſcilicet Praecurſore Joanne Baptiſta, cujus gratiam ſumme Chriſtus commendaverat. Tum quia gratiae in coelo reſpondet viſio intuitiva ſumme intenſa, quam Deus liberaliter juſto donat, eo quod juſtus deceſſerit.

163 R. Ad *ſecundum*. En principium. Statim ac judicium par-

(z) Iis ſubſcripſit cit. *Arria.* d. 58. n. 16. contra Recentiores alios.

(*a*) Si fides *Ariſtoteli* 10. Ethic.

(*b*) L. 6. moral. c. 28.

ticulare abſolutum eſt, vel in Purgatorio, vel in patria proponuntur menti objecta virtutum omnium perfectiſſime eliciendarum, ſcilicet quoad earum dignitatem, & pulcritudinem: huic ſubinde propoſitioni ſubcedit adfectio ad eam perfectionem obtinendam (praemittimus vero (c) una cum gratia omnes haberi virtutes infuſas) & huic demum adfectioni advenit illico perfectionis infuſio pro virtutibus ſupernis, tum pro naturalibus.

164 Ad *tertium N. Adſ.* & prob. *τὸ major illo* non adſerit praeſtantiam quoad gratiam, ſed quoad ſtatum beatum, qui importat viſionem intuitivam inamiſſibilem, & plura propemodum innumera, quibus Baptiſta, etſi ſanctiſſimus, carebat in ſtatu viae. Deinde tota quanta eſt intenſio viſionis, qua primum gaudet beatus in patria, reſpondet gratiae, qua inſtructus deceſſit; huic enim illud aeternum gloriae pondus commenſuratur (d).

§. III.

De Dotibus, Aureolis, Fructibus animi beati.

165 QUAESTIO I. Quid de *Dotibus*? ADSERO I. Dici conſueverunt ornamenta ſeu perfectiones animi, quibus per lumen gloriae inſtruitur ut Deo uniatur vinculo indiſſolubili ſpiritalis cujuſdam matrimonii, in patria conſummati; ducta nimirum metaphora a dote, qua ſponſa dotatur, quando in ſponſi domum ſollemniter traducitur (e). II. Tres numerari ſolent (f), Viſio, reſpondens fidei; Comprehenſio, ſeu adſequutio, reſpondens ſpei; Delectatio, reſpondens caritati. Quia per virtutes ſolum theologicas contrahuntur ſponſalia in hac vita, ex *Oſea* 2. *Sponſabo te mihi in fide*. Heinc III. Dotes ſitae ſunt in praedictis actibus, a quibus ſolum formaliter diſtinguntur; non in habitibus (g).

166 QUAESTIO II. Quid de *Aureolis*? ADSERO I. Dici ſolent peculiaria praemia adcidentalia pro facinore aliquo eximio patrato in via, quae partim ſunt in anima, partim in corpore beati. Tres numerantur, nimirum Martyrum, Virginum & Doctorum, quatenus iſtae coronae tribus reſpondent egregiis victoriis, ſcilicet carnis Virginitate, mundi Martyrio, diaboli Doctrina reportatis. Repetunt Theologi doctrinam hanc ex *Apoc.* 7. *Dan.* 12. *Matt.* 5. Actio quippe

(c) Ex dicendis *inferius* ubi de gratia ſanctificante.

(d) Conf. *D. Th.* heic. q. 67. a. 1. 3. *Arri.* d. 54. ſ. 2. & d. 58. n. 17. 18. *Leſ.* cit. l. 2. n. 163. 164.

(e) Theologi de Schola vulgo cum *Suar.* cit. d. 11. ſ. 1.

(f) Cum *D. Th.* ſuppl. q. 95. a. 5.

(g) Nobiſcum ſunt *Bonavent.* in 4. diſt. 49. ar. 1. q. 5. & *Scotus* ibid. q. 4. ar. 3. necnon *Suarez* proxime cit. n. 4. contra Gon. heic d. 5. n. 9. Gotti heic q. 2. dub. 8. §. 2. Billuart heic diſſ. 2. ar. 5. §. 1. Conſule ſis *Arria.* d 55. n. 3. & 4.

pe eximia videtur exigere praemium ſingulare. Id quod Virginibus ſingillatim adſerunt *Aug.* (*h*) & *Hieron.* (*i*) Sed putaverim (*k*) Religioſis viris, multiſque aliis heroibus ſimiles aureolas convenire; ac iis praecipue, qui Sanctiſſimam Euchariſtiam pietate eximia frequentarunt. II. Aureola eſſe dicitur ſpeciale lumen, diſtinctum a lumine gloriae in anima; & in corpore ſpecialis nota pulcritudinis, iis, ajunt, gaudet beatus, per quae ſcilicet ab omnibus inter ceteros dignoſcitur, & laudatur (*l*).

167 QUAESTIO III. Quid de *Fructibus*? ADSERO. Ex *D. Th.* (*m*) ſunt praemia adcidentalia exinde homini debita quod ex carnali vita in ſpiritalem tranſiit, ad eum modum quo ex terreno ſemine fructus conſurgit. Heinc explicat parabolam *Matt.* 13. de ſemine faciente fructus ſuos, & adplicat fructum centeſimum caſtitati virginum, fructum ſexageſimum caſtitati viduarum, fructum trigeſimum caſtitati conjugatorum. Sed cur illi fructus ſoli tribuantur caſtitati, & non aliis eximiis, & quidem perdifficilibus virtutibus? Heinc *Arriaga* (*mm*) ſentit, de hac etiam doctrina de fructibus fere dici poſſe quae de Dotibus dixerat Pariſienſis, *plus habere de rhetorica, quam de veritate* (*n*).

§. IV.

De tempore, quo Juſtorum animi corporibus ſoluti Beatitate donentur.

PROLUSIO POLEMICA
HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in Beatitudinem animis juſtis plene purgatis ſtatim donatam.

168 DUO inſipientium genera libet huc revocare. Primum eorum eſt, qui vel inculpate ante univerſalem Eccleſiae declarationem, vel poſt ipſam pertinaciter tenuerunt, juſtorum animas, etiam quibus nihil luendum ſupereſt, nonniſi poſt generalem corporum reſurrectionem in apertum Dei conſpectum eſſe admittendas. Alterum vero illorum quos *Millenarios* vocant, quatenus vulgo confinxerunt, juſtos poſt communem reſurrectionem in hoc mundo per mille annos, hoc eſt multorum ſeculorum intervallo cum Chri- HISTORIA POLEMICA.

(*h*) L. de ſancta Virginit. c. 27.
(*i*) L. 1. in Jovin. c. 25.
(*k*) Cum *Arri.* cit. a n. 13.
(*l*) Conf. *Suar.* cit. ſ. 3. *Arri*, cit. *Aran.* cit. l. 1. d. 2. n. 123.
(*m*) Suppl. q. 96. a. 2.
(*mm*) Cit. n. 12.
(*n*) Ipſum conſulas *Arriag.* proxime cit. *Suar.* ſ. 3. n. 5. *Pontium* in curſu theol. d. 19. q. 6. *Siurium* de noviſſim. tr. 38. c. 1. & tr. 39. c. 1. ſqq.

Chriſto fore regnaturos, & quidem corporeis voluptatibus, aut illicitis & obſcoenis, aut licitis & inculpatis, ſecundum diverſas ejuſdem ſectae opiniones, perfruentes. Et ii quidem, ut conſequens videtur, & nonnulli ſibi perſuaſum habent, differebant pariter juſtis animabus coeleſtem beatitudinem uſque ad ſui Millenarii ſeculi abſolutionem (*o*). Itaque quod primum genus circa dilatam beatitudinem prave ſentientium ſpectat, ut plures mittamus Eccleſiae Patres, de quibus paullo inferius diſſeretur,

I. Agmen ducat *Vigilantius*, Barcinonenſis Eccleſiae Presbyter, qui floruit ſub an. 406. pluribus ab Hieronymo confutatus.

Hic enim nebulo nonnulla ſcriptis tradidit, quae in hunc modum recitat & perſtringit *Hieronymus* (*p*) „ Ais enim vel in ſinu „ Abrahae, vel in loco refrigerii, vel ſubter aram Dei animas Apo„ ſtolorum & Martyrum conſediſſe, nec poſſe de ſuis tumulis & ubi „ voluerint eſſe praeſentes. Senatoriae videlicet dignitatis ſunt, & „ non inter homicidas teterrimo carcere, ſed in libera honeſtaque „ cuſtodia in fortunatorum inſulis & in campis Elyſiis recluduntur „.

Et continenter „ Tu Deo leges pones? Tu Apoſtolis vincula„ injicies, ut uſque ad diem judicii teneantur cuſtodia, nec ſint cum „ Domino ſuo, de quibus ſcriptum eſt Apoc. 14. 4. *ſequuntur Agnum* „ *quocumque vadit*? Si agnus ubique, ergo & hi qui cum Agno ſunt, „ ubique eſſe credendi ſunt. Et quum diabolus & daemones toto va„ gentur in orbe & celeritate nimia ubique praeſentes ſint, Marty„ res poſt effuſionem ſanguinis ſui arca operientur incluſi & inde„ exire non poterunt? „ Haec S. Doctor. E quibus liquido ſuboriri videtur, uti etiam tenuit *Bellarmin.* (*q*) Vigilantium animabus etiam ſanctiſſimis coeleſtem beatitatem aduſque generalem reſurrectionem„ diſtuliſſe; eſto ipſi hunc ſpeciatim errorem, graviorum confutatione diſtentus, haud exprobret Hieronymus.

II. *Syri Neſtoriani* complures in dogmatis habuerunt, cunctas animas corporibus exutas omni prorſus ſenſu carere, atque adeo nec ſanctas beatitudine frui, donec in communi reſurrectione illa reſumant. Illorum Erronum cenſum perſpicere licet apud *Simonem Aſſemanum* (*r*) (*).

III. *Mo-*

(*o*) Conf. *Tillemont.* hiſt. eccl. t. 2. in Millenariis ſub Papia, *Philaſtr.* in Chiliotitis, *Nourryus* in adpar. t. 1. diſſ. 1. in ſcriptores Seculi II. cap. 2.

(*p*) In lib. contra ipſum Vigilantium, quem unius vigilia noctis elucubravit, num. 6.

(*q*) De beatit. SS. l. 1. c. 1. ſub init.

(*r*) In bibl. orient. t. 3. p. 2. diſſ. de Syris Neſtorianis cap. 7. §. 16. p. 342. ſqq.

ADNOTATIO.

(*) SEcus jam a priſcis uſque temporibus habuiſſe videtur communior Neſtorianorum ſententia. Quippe qui adeo patenter ſanctorum ſortem a reliquis defunctis fidelibus diſtinguere conſueverunt, ut de orthodoxo eorum ſenſu nullus fere ambigendi locus ſupereſſe videatur.

Siquidem ſanctos percolunt & invocant, eorum-

III. *Monophyſitae*, hoc eſt unius naturae in Chriſto Domino aſſertores, quo nomine *Jacobitae Syri* & *Aegyptii* ſeu *Copti*, necnon *Aethiopes*, *Armenique* hodie vulgo intelliguntur, ab *Eutychete* Archimandrita ſub medium V. Sec. Chriſtianum exorti, eandem incuſantur habuiſſe doctrinam quantum ad procraſtinationem beatitatis pro electis uſque ad communem reſurrectionem; quemadmodum & pro reprobis cruciatuum gehennalium: addentes inſuper juſtorum animos corporibus exutos ab Angelis in paradiſum terreſtrem deferri, ubi permanent uſque ad diem noviſſimum. Haec definiit ex communi ſuorum ſententia *Dionyſius Bar-Salibi*, patria Melitenenſis, Epiſcopus Jacobita Amidae, qui vivebat an. 1192. (*s*) Is igitur error Monophyſitis ſaltem ſequioris aetatis jure tribui poteſt.

Sed & ipſe fortaſſe vetuſtior ſectae fuit, quem nempe *Moyſes Barcepha*, ex monacho Epiſcopus Jacobita Beth-Ramanus, fato functus an. 913. 13. Febr. protulit diſerte (*t*). Utrumque inſuper in erroneo placito ſequutus eſt *Gregorius Bar-hebraeus Abulpharagius* Primas Orientis, qui clarebat an. 1250. (*u*) ubi & medium quemdam hominum, nec in omnibus perfectorum, nec in omnibus imperfectorum & impiorum ſtatum comminiſcitur, qui nec in empyreum cum ſanctis poſt communem reſurrectionem adſumentur, nec detrudentur in gehennam cum reprobis, ſed in eodem paradiſo aeternam vitam ducent. Cum iis inſuper quantum ad procraſtinationem beatitatis pro juſtis conſentiunt plerique ſectarum aliarum Schiſmatici (*x*).

Anne vero temerarius hic error ceteros quoſque univerſim Syros Novatores pervaſerit, porro definire non auſim, uti nec auſus eſt laudat. *Aſſem.* (*y*) In partem negantem propendere videtur *Renaudotus* (*z*). Eruditi demum in erroribus Orientalium rem deciderint (*). IV. *Ma-*

eorumdemque feſtos dies concelebrant; quod perſpicuum eſt ex illorum Liturgiis, Horologiis, Lectionario Perſico & Hiſtoria. Quae quidem omnia in rem noſtram, & idem aſſertor, ſcite commemorat *Renaudot.* in Liturg. oriental. ubi de Liturgia Neſtorii ad notam 11. ſub fin. p. 646. ſq. Ecquid autem haec ipſi peragerent, ſi ſanctos animos, quos eis cultibus & invocationibus proſequuntur, omni deſtitutos interim ſenſu, omnique beatitate crederent? Recole notam cit. *Renaudoti*.

(*s*) In commentar. in utrumque Teſtam. fol. 138. ap. *Simon. Aſſem.* bibl. or. t. 2. ubi de Monophyſitis p. 167.

(*t*) In lib. de paradiſo par. 1. cap. 18. ap. Bibl. PP. Lugdun. t. 17. interprete *Andr. Maſio*, ubi & pro iſta opinatione citat *Moyſes* ſuum lib. de anima ad cap. 38.

(*u*) In lib. de fundamentis eccleſ. fundam. 12. c. 1. ſect. 3. fol. 319. ap. *Aſſem.* proxime cit. cap. 42. p. 294.

(*x*) Eos recenſent ſparſim *Haereſeologi* ſub variis titulis, aut capitibus conſtitutos, ut puta *Guido*, *Prat.* &c.

(*y*) Cap. 23. p. 130.

(*z*) In Liturg. orient. t. 2 in Miſſam Severi Antiocheni nota 7. p. 333.

ADNOTATIO.

(*) MOnophyſiſmi exordia, progreſſiones, fata in Partem IV. noſtri commentarii revocare praeſtat, ubi de erroribus in utramque Chriſti naturam ſermo erit. Hoc vero loci, ne de hac ſecta omnino jejunus abſcedat Lector, pauca quaedam de eadem

IV. *Maronitae*, incolae montis Libani (*a*) „ Chriſtianorum reliquiae in Syria, qui fidem, quam ab Apoſtolis ſuſceperant, B. Maronis ac ejus diſcipulorum opera incorrupte ſervarunt, dum totus fere Oriens errare & a fide apoſtolica deficere quodammodo videretur „ haec, praeter alia conſimilia, olim confoviſſe antidogmata incuſantur. 1.° Nemo ingreditur regnum coelorum niſi perfecto eadem adnotaſſe ſufficiat.

Nimirum Secta haec per varias gentes effuſa & propagata, in permultas nomine ſaltem diverſas ſubdiviſa eſt. Fuerunt quippe inter veteres Monophyſitas *Eutychiani*, *Dioſcoriani*, *Severiani*, *Jacobitae*, *Timotheani*, *Theodoſiani*, *Acephali*, *Haeſitantes*, *Barſanuphitae*, *Julianiſtae*, plurimi alii, cognomen a duce factionis plerumque mutuati. Neſtorianis iidem vulgo infenſiſſimi. In capitali haereſi, ejuſque conſectariis neceſſariis qua inter ſeſe conſentientes, qua diſſentientes.

Quod vero recentiores ſpectat, Mahumedana ſuperſtitione non infectos, quamlibet Syri, Aegyptii, Armeni, ac Aethiopes eandem capitalem circa Incarnationem Verbi haereſim omni tempore retinuerint, differunt tamen ab invicem ritibus & quibuſdam aliis. Propriis utuntur Patriarchis, quibus ſingulis ad proprias regendas eccleſias ſummum jus eſt. Saepe inita eſt concordia Armenos inter & Syros Jacobitas, tum inter iſtos & Aegyptios; at ſaepe itidem rupta fuit.

Quin etiam interdum Syri Jacobitae cum catholicis, aliiſque haereticis, vel ſchiſmaticis, cum orientalibus, tum occidentalibus communionem non recuſarunt; cauſſati videlicet quodam politicorum errore, controverſias inter ipſos circa Incarnationem Verbi agitatas ad fidem non pertinere, ſed nudas eſſe Theologorum opinationes.

Praeter haereſim, quae Monophyſiſmum conſtituit, alias iſtae factiones, non autem omnino eaſdem, amplecti ac mordicus retinere conſueverunt, quemadmodum & Neſtoriani, de quibus nuper verba fecimus. Eas tamen ubi recitant Scriptores plerique cum veteres, tum recentiores, quod unam gentem cum altera confundant, illas quae unius peculiaria inſomnia ſunt, ad alteram perperam traducunt.

Immo paſſim (quod ſaepe inclamavimus) tralatitii plerique ex Haereſeologis occidentalibus quae nulli unquam ex illis ſectis in mentem venerant, eis nullo praevio prudenti examine, infeliciter adpingunt.

Suam habent Monophyſitae politiam eccleſiaſticam, & variam quidem, tam in Syria, quam in Aegypto, finitimiſque regionibus. Patriarchis conſtant eorum eccleſiae, Maphrianis ſeu Primatibus Orientis, Metropolitis, Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, Hypodiaconis, Oſtiariis, Exorciſtis, Cantoribus, Lectoribus, Diaconiſſis, Monachis, Abbatibus, Monialibus, Abbatiſſis.

Exinde utuntur Synodis, ordinationibus, Sacramentis, profeſſionibus fidei, liturgiis, certa diſciplina, ritibus, diptychis.

Ea fuit ſubceſſivis temporibus ſingulis quibuſque ſectis conditio, qualis eſſet eorum, quibus eaedem ſuberant, Principum religio, lenitas, ſeveritas, aut temperantia. Ex iis porro nonnullos ſibi fautores nacti ſant, e. c. Zenonem, & Anaſtaſium; pleroſque ardentiſſimos inimicos, puta Marcianum, Leonem, Juſtinum, & ceteros ferme poſt ipſum Imperatores, tam Chriſtianos, quam infideles.

Nec defuerunt peracerba ſchiſmata, quae ſectas Monophyſiſticas graviter, diuque interdum adflixerunt. Et ea quidem vel generalia, vel particularia. Ac rurſum ſeu propter dogma, ſeu propter juriſdictionem, primatum, & diſciplinam,

Quantumvis demum & Summi Pontifices, & Chriſtiani quandoque Principes, & frequentiſſimi praecones Apoſtolici operam ſtrenue navarint in traducendis ad fidem & gremium verae Eccleſiae refractarias illas ſectas, nondum hucuſque optatiſſimo tanti laboris fructu gaudere licuit: perſiſtunt enim ipſi hodieque maximam partem ſchiſmate ac erroribus obcaecatae.

Haec jam vero illi pluribus explicant, e quibus depromta ſunt. Puta *Thom. a Jeſu* de conv. gent. proc. par. 1. c. 14. & alias, *Nairon.* in evopl. par. 1. c. 2. *Renaud.* in liturg. or. t. 1. & 2. ſparſim, & prae ceteris laud. *Aſſem.* in diſſ. de Monophyſitis tomo 2. bibl. or. praefixa, ex probatis totius tomi documentis peregregie contexta.

(*a*) Ut author eſt *Nironius* Maronita in evopl. par. 1. c. 4. p. 58.

fecto univerſali judicio . 2.° Animae ſanctorum in quodam amaeno loco ſub coelo adſervantur , in quem locum Chriſtus & bonus latro fuerunt , atque in hunc ſenſum intelligenda verba Chriſti *hodie mecum* &c. (*). V. *No-*

ADNOTATIO.

(*) TOtidem verbis utrumque errorem una cum aliis recitat *Thom. a Jeſu* de conv. omn. gent. proc. l. 7. par. 2. p. 498. cap. 6. cui talis praefigitur titulus „ Propoſitiones aliquot excerptae tum e quibuſdam libris Maronitarum , dum expurgarentur a Legatis apoſtolicis , tum ex communi conſenſu & quadam traditione receptis , quae videlicet haereſes ſunt manifeſtae , vel erroneae , vel ſuperſtitioſae : qui etiam errores ſolent eſſe communes aliis nationibus orientalibus „.

Verum errores iſti ex illis procul dubio ſunt , qui falſo Maronitis imponuntur apud *Hieron. Dandinum* noſtrum in Miſſione apoſtolica ad Maronitas l. 1. c. 27. errore 7: tum ex illis , qui in quadam viſitatione apoſtolica, malo dolo procuratis Epiſcoporum Maronitarum ſubſcriptionibus , univerſae gentis eccleſiae per ſummum nefas adfictae ſunt , quemadmodum eorum Patriarcha apud Viſitatorem Dandinum amare conqueſtus eſt, Dandino ibidem narrante cap. 16. l. 1.

Ex illis denique , quos in libris aſtu Jacobitarum inter Maronitas diſſeminatis reperiens Jo. Baptiſta Elianus , ad Montem Libani Viſitator ablegatus a Gregorio P. XIII., Maronitarum eſſe errores putavit , qui re Jacobitarum erant .

Enim vero „ Maronitae ingenue non ſolum teſtati ſunt ab iis erroribus ſe eſſe alieniſſimos , verum etiam plura in ſuis libris ac liturgiis demonſtrarunt , quibus & catholica dogmata conſtanter tuentur , & re ipſa in anniverſariis , ceteriſqua defunctorum officiis crebri ſunt .... quamobrem conqueſti ſeſe purgarunt „.

Haec quidem cit. *Thom. a Jeſu* eodem l. 7. par. 1. c. 22. p. 413. Idemque primum demonſtraverat laud. *Dandinus* cap. 34. ubi adfert acta Synodi provincialis an. 1596. celebratae in Monte Libano a Sergio Petro Patriarcha Antiocheno Maronitarum .

Haec vero acta inter alia haec habent . „ Patriarcha ... errores nonnullos ſibi ac ſuae genti a quibuſdam adſcriptos , & omnes eorum adſertores excommunicavit atque anathematizavit . Errores hi erant... „ nullum eſſe purgatorium locum . Nullum „ originale peccatum . Animas mortali hoc „ ſolutas corpore ante extremi judicii diem „ nullo praemio poenave adfici , loco quodam detentas interim , in quo nec ſupplicium patiantur ullum , nec bono quoquam laetentur „ .

Quid jam vero errores nobis exſcriptos Thomas a Jeſu recitat, quos heic praedixerat Maronitis ſuppoſitos, & ab eiſdem jure vindicatos ? Anne putavit eas propoſitiones, utpote in peculiari aliquo codice deſcriptas , elapſis ſaltem temporibus apud Maronitas invaluiſſe?

Ceterum , ut author eſt *Aſſem.* in diſſ. de Monophyſ. certe fuit citatus Elianus earum conſarcinator , quae re Jacobitarum erant , ac ipſorum aſtu in libris inter Maronitas diſſeminatis legebantur . Incaute igitur, ne quid gravius dicam , & immerito eas hic Author Maronitis ubi eum primo loco citavimus , ſimpliciter adjudicat .

Sed & Maronitas ab iis , aliiſque erroribus jure vindicant ſapientiſſimi contribules , puta *Stephan. Edenenſis* Antiochenus Maronitarum Patriarcha in vindiciis ſuae nationis, *Fauſt. Maironus* in Evoplia cap. 4. *Joſ. Simonius Aſſemanus* proxime cit. §. *Certe* .

Nobis vero pro recta , nulloque unquam ſeculo interrupta Maroniticae gentis fide unum ſufficiat omni exceptione majus teſtimonium a *Benedicto* P. XIV. petitum . Hic enim in confirmatione Synodi nationalis Maronitarum habitae in monte Libano ſub an. 1736. cui Aſſemanus idem interfuit ceu Ablegatus Clementis P. XII. dat. 1. Sept. 1741. ſub init. *Singularis* . haec habet de *inclyta natione Maronitarum* §. 2.

„ Quae ab ipſa ſua origine orthodoxam „ Romanam fidem profeſſa ſemper intactam „ ab infidelibus , haereticis , ſchiſmaticis undique circumſedentibus cuſtodire , atque „ Apoſtolicae huic ſanctae Sedi arctiſſime „ adhaerere , debitaque obedientia obſequi „ ſtuduit ac pergit „ . Praeclariores juxta ac firmiores pro fide tua iis vindicias ne quaere Maronitarum Gens .

Qui plura velis de Maronitica Eccleſia , adeas proxime laudatos *Dandinum* , *Edenenſem* , *Naironum* , *Aſſeman.* & *Lequien* in Orient. chr. t. 3. a p. 1.

V. *Novatores Armeni* eundem de beatitudine dilata errorem profeſſi ſunt (*b*) necnon *Photiani*, duce *Photio* Patr. Conſtantinopolitano qui fl. circ. 880. poſtquam ab Eccleſia Latina Schiſmate infelici ſeſe miſere diſtraxerunt. (*c*) Eum Graecis quaſi communem adtribuiſſe videntur *S. Thomas* (*d*) & *Synodus Florentina* (*e*) (*).

Ipſum praeterea errorem cum Schiſmaticis Orientalibus cooptarunt Acatholici nonnulli ex Occidente. Puta *Correrii* ſeu *Coterelli* ſub an. circ. 1148. putridus Petrobruſſianorum ſurculus (*f*) *Valdenſes Cathari* (*g*) quorum famoſus ille *Armannus Pungilupus* Ferrarienſis, exſtinctus anno 1279. magnum decus (*h*) *Lutherus* (*i*) *Henricus Cornel. Agrippa*, legum Doctor, & Caeſareae Majeſtatis a conſiliis, magicae nequitiae inſimulatus, ſtudiorum omnium deriſor, fato functus 1534. (*k*).

Tum quaedam *Anabaptiſtarum* factio (*l*) ac de incerto deinceps *Anabaptiſmi* ſurculo diximus jam ex *Calvino* (*m*) quod ſomniarint, animos poſt mortem corporis ad ultimum uſque judicium dormire. *Calvinus* idem (*n*) *Auguſtino-Bohemi*, authore *Auguſtino* quodam gente Bohemo, e faece Sacramentariorum oriundo ſub an. circ. 1550. (*o*) *Sociniani* (*p*) *Thomas Burnetus*, ſeu *Burnetius*, apud ſuos Britannos clari nominis vir (*q*) ejuſque opinionem plerique ex Britannis amplexi

(*b*) Ap. *Galan.* in cit. conciliat. t. 2. q. 2. p. 101. ſq.

(*c*) Vulgo *Haereſeologi* cum *Guid.* ubi de errorib. Graecor. c. 7.

(*d*) Opuſc. 6. c. 9.

(*e*) Seſs. 1.

ADNOTATIO.

(*) NIhilo tamen ſecius ſanctum dogma de beatitate juſtis non dilata magnam partem apud Eccleſiam graecam cunctis fere aetatibus vulgo obtinuiſſe, videntur ſatis probare multa, quae in hanc rem congerit teſtimonia *Muratorius* de paradiſo c. 24. 25. Quibus adde pro recentiore Graecorum Eccleſia *Arcudium* de Purgator. c. 7. & *Orthodoxam confeſſionem Eccleſiae Orientalis* in reſponſione ad quaeſtionem LXVII. de qua confeſſione rurſum *inferius* ubi de Purgatorio.

(*f*) Ap. *Guidon.* in Correriis cap. 15. §. 2. cui ſubſcribunt *Sander. Genebrard. Gaulter. Sianda*.

(*g*) Ap. *Reiner.* tr. contra Valdenſ. c. 6. ex edit. Gretſeri ap. Bibl. PP. Lugd. t. 25. p. 271. col. 2.

(*h*) Ex *Peregrino Priſciano* in MS. examine teſtium adverſum ejus haereſes, edito a *Murat.* in antiq. Ital. t. 5. diſſ. 60. a col. 117.

(*i*) In praelectione in Geneſ. & in cap. 25. ejuſdem libri.

(*k*) In lib. 3. de occulta Philoſophia ſeu magia. Plura de hoc famoſo nebulone *Popeblount* in cenſura celebr. Author. ad an. 1520. *David Clemens* in Biblioth. curioſa tom. 1. in Agrippa, ſub notis a num. 91. *Brucker.* hiſt. philoſ. t. 4. p. 386. ſqq.

(*l*) Ap. *Caniſium* t. 2. de corruptelis Verbi Dei, laudatum *Leſſio* l. 3. de ſummo bono c. 1.

(*m*) In Tom. III. p. 142. art. II.

(*n*) Lib. 3. inſt. c. 25. ſect. 6.

(*o*) Ap. *Prateol.* art. *Auguſtiniani.* ex *Lindano* in dubitant. dial. 2. Et vero *Arnold. Meſhoutus* in hiſt. Anabaptiſtica l. 5. §. 1. p. 120. errorem uni huic Auguſtino, quem Anabaptiſmi ducem & propagatorem efficit, adtribuit.

(*p*) Ap. *Calov.* in Antiſocin. par. 2. ſect. 10. de noviſſim. ar. 1. controv. 3. p. 325. ſqq.

(*q*) In comment. ſingulari de ſtatu mortuorum & reſurgentium, quem altero de Paradiſo, Veronae edito 1738. luculente confutavit *Muratorius*.

plexi sunt. (r) *Anonymi* alii *Britanni* fatentur quidem Martyrum sanctorum animas in coelum post mortem illico evolare; non item justorum reliquas (s).

VI. *Patres* nonnulli, aliique *Orthodoxi Scriptores* albo Erronum inculpate adserentium beatitatis procrastinationem vulgo adscribuntur. Videlicet e Graecis *Pseudo-Justinus* (t) habet „ Neque ante re„ surrectionem vitae anteactae merces unicuique rependitur. „ Item (u)., Utile fuit latroni in paradisum introëunti re discere uti„ litatem fidei, quae dignum illum effecit coetu sanctorum, ubi cu„ stoditur usque ad diem resurrectionis & remunerationis „.

Deinde *Irenaeus* (x) „ Animae (y) abibunt in locum invisibi„ lem, definitum eis a Deo & ibi usque ad resurrectionem commo„ rabuntur, sustinentes resurrectionem „ &c. Tum *Origenes* (z) „ „ Nondum enim receperunt laetitiam suam ne Apostoli quidem, „ sed & ipsi exspectant ut & ego laetitiae eorum particeps fiam. „ Neque enim decedentes heinc sancti continuo integra meritorum „ suorum praemia consequuntur, sed exspectant etiam nos, licet mo„ rantes, licet desides „ &c.

Insuper *Chrysostomus* (a) „ Si maneat anima & millies sit im„ mortalis, sicut est revera, absque carne non adcipiet bona illa „ Ineffabilia, sicut neque punietur. Omnia enim manifestabuntur „ ante tribunal Christi, ut adcipiat unusquisque quae per corpus „ gessit, sive bona, sive mala.... Si enim non resurgit corpus, in„ coronata manet anima extra illam beatitudinem, quae est in coe„ lis „ Quibus plane adcinunt *Theodoretus* (b) *Theophylactus* & *Oecu„ menius* (c) *Arethas* denique Caesarienf. Episcopus (d).

E Latinis vero *Tertullianus* in primis docuit (e) „ Eam itaque „ regionem, sinum dico Abrahae, etsi non coelestem, sublimiorem „ tamen inferis, interim refrigerium praebituram animabus justo„ rum donec consummatio rerum resurrectionem omnium pleni„ tudine mercedis expungat, tunc adparitura coelesti promissio„ ne „ (f).

Item *Lactantius* (g) „ Nec tamen quisquam putet, animas post „ mortem protinus judicari. Nam omnes in una communique cu„ stodia detinentur, donec tempus adveniat, quo maximus judex „ meritorum faciat examen „ Tum *Victorinus* Pitabonienfis Epi„ scop. (h) „ Quia in novissimo tempore sanctorum remuneratio per„ petua

(r) Quod sibi compertum esse adseruit cit. *Murat.* in praefat. p. XIX.

(s) Haec discimus ex *Stauckouse* in Theol. t. 4. c. 1. p. 148.

(t) Quaest. 60.

(u) Quaest. 76.

(x) Lib. 5. c. 31. n. 2.

(y) Scilicet post mortem corporis.

(z) Hom. 7. in Levitic. n. 2.

(a) Hom. 39. in I. Cor. n. 3.

(b) In cap. 11. ad Hebraeos.

(c) In Lucam 16.

(d) In Apocalyps. 6

(e) Lib. 4. adverf. Marcion. cap. 34. prope fin.

(f) Similia protulit in l. de anima cap. 58.

(g) Inst. l. 7. c. 21.

(h) In commentariis in Apocalyps.

„ petua & impiorum ventura eſt damnatio, dictum eſt eis, exſpe-
„ ctate „ &c.

Praeterea *Hilarius* (*i*) „ Futuri boni exſpectatio eſt, quum exe-
„ untes de corpore ad introitum illum regni coeleſtis per cuſtodiam
„ Domini fideles omnes reſervabuntur, in ſinu ſcilicet interim A-
„ brahae collocati, quo adire impios interjectum cahos inhibet ....
„ Cuſtodiet ergo Dominus exitum dum de corpore exeuntes, ſecreti
„ ab impiis interjecto caho quieſcant „ Et alias quid ſimile, ſibi con-
ſtans (*k*) Necnon *Aur. Prudentius* (*l*).

„ Sed dum reſolubile corpus
„ Revocas Deus atque reformas,
„ Quanam regione jubebis
„ Animam requieſcere puram?
„ Gremio ſenis abdita ſancti
„ Recubabit ut eſt Eleazar,
„ Quem floribus undique ſeptum
„ Dives procul adſpicit ardens
. . . . . .
„ Patet ecce fidelibus ampli
„ Via lucida jam paradiſi,
„ Licet & nemus illud adire
„ Homini quod ademerat anguis.

Ambroſius itidem (*m*) „ Scriptura (4. Eſdr. 7. 32.) habitacula
„ illa animarum promtuaria nuncupavit: quae occurrens querelae
„ humanae, eo quod juſti, qui praeceſſerunt, videantur uſque ad
„ judicii diem, per plurimum ſcilicet temporis debita ſibi remune-
„ ratione fraudari, mirabiliter ait (4. Eſdr. 5. 42.) coronae eſſe ſimi-
„ lem illum judicii diem, in quo ſicut non noviſſimorum tarditas
„ excludetur, ſic non priorum velocitas ante admittetur „ (*n*).

Inſuper *Auguſtinus* (*o*) „ Tempus autem, quod inter hominis
„ mortem & ultimam Reſurrectionem interpoſitum eſt, animas ab-
„ ditis receptaculis continet „ &c. Eandem ſaepius ingeminat ſen-
tentiam (*p*).

Eos excipit *Bernardus*, cujus haec ſunt verba (*q*) „ In illam
„ enim beatiſſimam domum (Empyrei) nec ſine nobis intrabunt
„ (ſanctorum animae) nec ſine corporibus ſuis, id eſt nec ſancti
„ ſine

(*i*) Tract. in Pſal. 120. n. 16.
(*k*) Tr. in Pſal. 138. 148. &c.
(*l*) In Cathemerino, hymno in exſequiis defunctorum verſus fin.
(*m*) Lib. de bono mortis c. 10. n. 46.
(*n*) Ita legit Codex S. Th. in edit. Maurina de an. 1686.
(*o*) In Enchiridio de fide, ſpe & caritate cap. 109. n. 29.
(*p*) Ex. g. in l. 1. retr. c. 14. l. 12. civ. c. 9. in Pſal. 36. lib. 12. de Geneſi c. 35.
(*q*) In feſto omnium Sanctor. ſerm. 3. n. 1.

„ ſine plebe, nec ſpiritus ſine carne „ &c. Item (*r*) „ Quonam igi-
„ tur modo ſuper altare dixerim exaltandos eos, qui nunc ſub al-
„ tari quieſcunt? Viſione utique & contemplatione, non praelatio-
„ ne „ &c. *Joannes* demum P. XXII. ut ajunt, aeternae beatitudi-
nis dilationem tenuit, publice docuit, definivit, ab omnibus haben-
dam praecepit (*s*) (*).

(*r*) In eadem ſollemnitate ſerm. 4. n. 2.

(*s*) Haec plane teſtantur *Ockam* in Comment. nonaginta trium dierum, *Gerſon.* in ſerm. de Paſcha, *Marſil.* in 4. ſent. q. 13. ar. 3. *Adrianus* P. in 4. ſub fin. ubi agit de Sacram. Confirmationis Quin etiam plura pro eo Joannis errore exſtant documenta ap. *D'Argentraeum* in collectione judiciorum to. 1. a p. m. 314. §. *Ad errorem Joannis* & ap. *Bulaeum* in Hiſt. Univ. Pariſ. t. 4. quae urgent plerique Scholaſtici cum *Tournel.* tr. de Deo q. 13. art. 1. ſub fin.

ADNOTATIO.

(*) POrro fere omnes ii Patres Patronum aut Patronos nacti ſunt, qui eos in partem benignam flectere, & ab errore prorſus immunes oſtendere adnixi ſunt; tametſi nonnulli quidem ſatis infeliciter, ut perſpicuum aſt ex laudatis illorum teſtimoniis rite perpenſis. Ergo Pſeudo-Juſtinum & Irenaeum vindicant *Bellarm.* de Sanct. beatit. l. 1. c. 4. *Euſeb. Amortius* In Theol. eccleſt. t. 1. d. 4. q. 5. in argum. ſolut. & fere laudatus *Muratorius* de Paradiſo c. 8. & 9. At eos quoad Irenaeum merito irridet *Maſſuet* in diſſ. 3. art 11. praefixa operib. Iren. Chryſoſtomum *Bellarm.* laud. *Amortius* item laud. *Tournel.* proxime adductus ubi de Chryſoſt. *Valent.* t 2. d. 1. q. 4. pun. 2. *Du-Hamel* de viſ. Dei t. 1. l. 3. diſ. 1. in object. ſolut. *Ant. Boucat* in Theol. Patrum t. 1. diſſ. 4. art. 5. *Muratorius* cit. cap. 15. Theodoretum, Oecumenium & Euthymium *Valent. Bellarm. Du-Ham.* proxime relati: Origenem iidem *Valent.* & *Bellarm.*

Tum Hilarium ſtrenue defendunt, una cum Ambroſio, Auguſtino & Bernardo, praecitati *Valent. Bellarm Du-Ham. Tournel. Boucat.* quibus adduntor *Bertius* l. 3. de Theol. diſcipl. c. 9. & 10. ac ceteri pene Recentiores. *Muratorius* minime Hilarium, ſecus reliquos proxime vocatos Patres vindicavit in ſuo Paradiſo capp. 11. 13. 17. 19. Neque vero Prudentium inultum dimmittunt memorati *Valent. Bellarm. Du-Ham. Bouc. Murat.* qui & praeterea defendendos ſuſcepit Theodoretum, Oecumenium, Arethan, Euthymium, cap. 18.; tum Tertullianum & magna ex parte Origenem, cap. 9. At iis fere cunctis vindicibus reſiſtunt *Coccius* in theſauro t. 1. l. 5. art. 2. ſub init. *Caſtro* de haereſ. art. *beatitudo*. *Sixt. Senenſ.* in bibl. ſan. l. 6. adnot. 345. alii.

Quod demum ad Joannem XXII. adtinet, cum (contra communem, & adprime fundatam Hiſtoricorum & Scholaſticorum opinionem, qua probatur ejus tanquam Authoris particularis error, ac de errore, imminente mortis articulo, revocatio) noviſſime vel a quavis ſuſpicione erroris eximere conatus eſt, poſt Cardinalem *Gotti* de viſ. Dei q. 2. dub. 3. §. 4. a n. 27. & alios, *Laurent. Bertius* mox laud. c. 11. cujus veſtigia preſſiſſe videtur *Perrimezzius* diſſert. ſel. par. 1. diſſ. 55. necnon *Frantzius*, *Muſzka*, *Pleyer* ap. & cum *Zacharia* in additione ad tract. Tournel. de viſ. D. q. 13. art. 1. ſub fin. tom. 1. edit. Venet. a p. 354.

Jam vero ut quod de hiſce adcuſationibus & vindiciis ſentio libere ingenueque proferam, principio nihil officit ſancto dogmati ea Patrum oppoſitum ſentientium coacervatio; multo enim plura pro dogmate ſuppetunt documenta, tum ex Sacra Paginatum ex CC. Oecumenicis, tùm ex perantiquis Liturgiis, tum ex Pontificiis definitionibus, tum ex moribus precibuſque Eccleſiaſticis, tum ex univerſali Eccleſiae Chriſti conſenſione invicte petitis. (Ea videſis ap. Scriptores mox laudatos.) Ex quibus utique ſatis ſuperque evincitur perpetua ſancti dogmatis traditio a doctrina Apoſtolica ad noſtram uſque aetatem derivata.

Deinde qui ex adducto Patrum choro ſecus forte reipſa cenſuerint, errarunt ipſi qui-

Ad *Chiliastas* insuper utriusque generis adcedimus, prout ipsi omnes, quatenus generatim adseruerunt, Beatitudinem adusque sui Millenii adimpletionem esse differendam, errasse vulgo deprehenduntur.

I. Ju-

quidem, at inculpate ac sine haeresi (id quod fere de ceteris Erronibus huic albo inscriptis, qui ante an. 1335. floruerunt, adserendum videtur) nec enim restitere pervicaciter Ecclesiasticae de sacro dogmate definitioni, quae saltem usque ad Benedicti P. XII. Constitutionem *Benedictus*. sub an. 1335. non videtur adfulsisse.

Praeterea frustra, me judice, excusantur nonnulli ex iis, etiam sanctissimis & doctissimis, qui in prioribus Ecclesiae seculis floruerunt; quod nempe vulgo, & quidem verisimilius, inter Chiliastas, Papia duce, recenseantur, ac deinde pro Beatitudinis dilatione aperte differant; quales dixeris Justinum, Irenaeum, Tertullianum, Lactantium: heinc reprehendendus mihi videtur *Amortius* proxime laudat. qui postquam primum Tertullianum Chiliasten dixerat, eadem deinde quaestione ipsum ab errore, quo de agimus, suscipit defendendum; ac idem pene dixero de *Muratorio*.

Ex ceteris, quos adcusatos retulimus, Patribus, nonnulli, si recte expendantur, nullam videntur excusationem pati, ut Pseudo-Justinus, Irenaeus, Tertullianus, Lactantius, Origenes; alii difficulter, sed tantisper cuipiam verosimiliter ex iis, quae alibi adseruerunt, cum sancto dogmate conciliantur, nempe Chrysostomus, Hilarius, Ambrosius, Bernardus. Augustinus vero, quidquid Vindices pro eo pugnent, Judice *Petavio* l. 7. dog. th. c. 14. n. 10. cui subscribimus, saltem animo anceps de hac re fuit; addo ipse: potius videtur in Beatitudinis dilationem propendisse. Expende quaeso ejus adserta a *Petavio* ibidem conscripta n. ix.

Fateor tandem cum communi, graviorique bene sapientum sententia privatum Joannis Papae errorem; ac insuper ut fabellam rejicio ejusdem pontificiam erroris definitionem, quam cum *Ockamo*, & *Caesena* nonnulli commenti sunt. Conf. *Raynal.* ad an. 1334. Neque vero Bertius (quocumque ex fine ita sibi opinandum duxerit) aut alius quispiam ex ejus adsectis mox indicatis oppositam sententiam adeo urgentibus momentis mihi videtur communivisse, ut ei gravem aliquam, cui adsentiamur, verisimilitudinem conciliarit.

Ad extremum heic opportune observare juvat, *Tournelyum* cit. q. 12. art. 1. ubi de Conciliorum definitionibus, *Boucatium* de visi. differ. 4. art. 2. *Perrimezzium* t. 1. differ. 56. §. 2. hanc pro confirmando dogmate adferre formulam fidei *C. Lugdunensis* II. sub an. 1274. celebrati, cum a Graecis, tum a Latinis receptam, quae sic se habere dicitur: *credimus, illorum animas, qui post sacrum baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illas etiam, quae post contractam peccati maculam, vel in suis manentes corporibus, vel eisdem exutae sunt purgatae, mox in coelum recipi.*

Enim vero si hic articulus sit Concilii definitio & professio fidei, qualem laudati Scriptores venditant, eandem ipsi deferentes authoritatem, quam mox deferunt CC. Florentini ac Tridentini definitionibus; plane infidelitatis, impietatisque arguendus esset Joannes XXII. ubi paullo post, scilicet ante an. 1334. quo exstinctus est, oppositum articulum in dubium vertit, publicavit, & (saltem opinando) docuit ac exposuit; tum ignorantiae accusandi essent, aut imperitiae Parisienses Doctores in illis cum Joanne pro dogmate controversiis, de quibus abunde *Bulaeus*, & *Argentraeus* proxime laudati, quum Joanni eum non objecerint articulum, quo uno siquidem proposito, rem statim, penitusque confecissent.

Dicendum itaque, eum articulum, exscriptum postea a Florentino in Decreto fidei, non fuisse definitionem aut articulum C. Lugdunensis, quod solum definiit Spiritus S. processionem a Patre & Filio, tanquam ab uno principio, ex Actis Concilii in Professione fidei c. 1. de sum. Trin. & fide cath. sed articulum duntaxat, contentum in literis Michaëlis Palaeologi Imp. Graecorum ad Gregorium P. X. emissis. Exst. in *Labbeana* Collectione t. 11. p. m. 966. A.

Nec plane constat, eum a Concilio ut fide certum fuisse receptum & evulgatum. Heinc minus adcurate & critice pro defendendo dogmate laudati Recentiores eo testimonio usi sunt, quod tamen alii vulgo cordateque praetereunt.

I. *Judaei veteres* commentum de Millenario, ſeu millenio regni Meſſiae acriter ſubſtinuerunt (an caſtum, an obſcoenum ? problema eſto) adeo ut ab *Hieronymo* (*t*) aliiſque ejuſmodi commentum, etiam apud orthodoxos haud leviter pervagatum, *Judaiſmi* ſimpliciter inſimulatum ſit: quin immo proxime laudatus *Hieronymus* Millenium illud vocat Judaicam fabulam inter eas reponendam: *quas illi δευτέρωσις adpellant*; eamque putavit e Judaeis adceptam in Eccleſiam chriſtianam invexiſſe Papiam.

Quid ? quod ſi conſulas *Talmudem Babilonicum* (*u*) alioſque ſcriptores (*x*) facile deprehendes, jam ante adventum Chriſti viguiſſe apud eam gentem ceu ſacram traditionem millenii fabulam.

Exinde vero expreſſius, ardentiuſque recentiores plerique ex eadem gente Rabbini eandem ſententiam variis adornatam naeniis propugnarunt cum *Moſe Majemonide*, Cordubae in Hiſpania nato ſub an. 1131. & vita functo in Aegypto an. 1201., vel ut aliis placet, in Palaeſtina an. 1205.

Hic autem ſic opinatus eſt (*y*) „ Illi, quorum animae ad cor„ pora revertentur, comedent, bibent, uxores ducent, gignent at„ que morientur poſtquam diuturnam illam vitam, quae ſeculo Meſ„ ſiae concedetur, tranſegerint „.

Nimirum hoc ſibi propoſuit ſyſtema Majemonides, quod magna Rabbinorum pars, aliis contra nitentibus ex eadem gente, probavit & profeſſa eſt apud & cum *R. Menaſſe* (*z*). Nempe juſtorum animae ſtatim poſt mortem corporis in terreſtrem Eden Paradiſum deliciis adfluentiſſimum commigrant, ibique quieſcunt, ac pro meritis beantur quouſque adveniente Meſſia in propriis corporibus reſurgent. Tum vero in ſacro, beatoque Meſſiae regno, quod per magnum durabit, aut trecentorum, aut mille annorum intervallum, eam ducent animi, corporiſque vitam, quam Adam in ſtatu innocentiae duxiſſe intelligitur. Finito denique tempore novae vitae cuique juſto deſtinato, rurſum corpora mortem obibunt, animaeque corporum expertes in coeleſtem paradiſum aeternum beandae traducentur.

Nonnullis quidem conjecturis conantur Rabbini cogitationes iſtas veri reddere ſimiles. Verum quam illae vanae, ineptae, abſurdae ſint, nemo bene ſapiens in ictu oculi non viderit; eo praeſertim nomine quod unicum praeferant Meſſiae adventum, atque hunc adhuc futurum (*a*).

II. *Cerinthus*, voluptuoſiſſimus ille ſycophanta, millenium de terre-

(*t*) Lib. de Script. eccleſ. §. 18. in Papia & l. 11. in cap. 36. Ezechiel.

(*u*) In capite Helec.

(*x*) Nempe *R. Eliezer* in Midrash Tchillim, & *Lingtfoot* in harmon. Apoc. 20.

(*y*) In ſerm. de reſurrect. mortuorum par. 2.

(*z*) De reſurrect. l. 3. c. 11. & de creat. probl. 17.

(*a*) Conferendi, ſi liceat, *VVindetus* de ſtatu vita functorum cap. 7. *Jacob. Baſnag.* hiſt. Jud. l. 4. c. 32. §. 12. ſqq. *Burnet.* in theoria ſacra telluris lib. 4. cap. 5.

terreno Chriſti regno carnalibus oblectamentis confertiſſimo primus omnium ſaltem inter Hetherodoxos, confinxiſſe perhibetur. Indeque Cerinthi ſectatores *Chiliaſtae adpellati ſunt* (*b*). Recolenda hoc loci quae in hanc rem *ſupra* nuper diſſeruimus (*c*).

III. *Marcion* Haereſiarches Cerinthianum millennium cooptavit (*).

IV. *S. Papias*, Hierapolitanus in Aſia Epiſcopus, Joannis Evangeliſtae, vel ut aliis placet, alterius Joannis Presbyteri, Apoſtolo aequalis auditor, ſyſtema Millenarii Seculi, licitis tamen voluptatibus adfluentiſſimi, ſiniſtra Apocalypſeos & Prophetarum intelligentia ſeductus propugnavit, & omnium catholicorum fortaſſe primus in ſcholas orthodoxas invexit. Quod autem Papias, ceterique orthodoxi licitas tantum & ſpiritales delicias in ſuo Millenio admiſerint, vulgo creditur, tametſi ex certo documento oſtendi nequeat (*d*).

V. *Se-*

(*b*) Author eſt *Auguſtin.* haer. 8.

(*c*) In Proluſ. de Erronibus in ultimum hominis finem p. 10. ſq.

ADNOTATIO.

(*) ITa porro vulgatus *Gennadius* in lib. de eccleſ. dogmatibus c. 25. in noviſſima edit. operum D. Auguſt. ad calcem tomi 8. col. 78. Sed eum tamen errorem reticent veteres Haereſeologi *Philaſtr. Epiphan. Auguſtin. Theodoret. Damaſcen.* ubi de erroribus Marcionis; eoſque juniores vulgo imitantur. *Tillemontius* hiſt. eccl. t. 2. ubi de Marcionitis art. 4. eos a Millenariis excludit; iis contra, nullo adlato documento adnumerat *Murator.* in comment. de Paradiſo contra Burnet. cap. 5.

Porro „ Marcion Scripturam adlegorice „ non eſſe interpretandam pronuntiavit „ ex *Origine* tom. 15. in Matth. de differentia Eunuchor. n. 3. Indeque forſan fiat cuiquam veriſimile cum Millenariis intellexiſſe literaliter caput 20. Apocalypſeos de regno millenario, & alia nonnulla, quae ex Prophetis & ex S. Matthaeo videntur facere pro eo ſyſtemate.

Ceterum ex aliis Patribus & praeſertim ex *Epiphan.* haer. 42. §. 9. novimus, Legem & Prophetas reſpuiſſe Marcionem, nec alium inſuper novi foederis librum pro canonico habuiſſe praeter Evangelium Lucae interpolatum, ac decem Pauli Epiſtolas; ſuum nempe Magiſtrum Cerdonem ſequutus, de quo eadem narrat *Tertull.* de praeſcript. c. 51.

Cl. V. *Nicolaus Nourryus* in ſuo adpar. t. 1. de Scrip. Seculi II. diſſ. 1. c. 20. art. 1. §. 3. col. 265. cenſet Marcioni tributum fuiſſe errorem a *Tertulliano* l. 3. adverſus Marcion. c. 24. haec in eum regerente „ veſter Chri„ ſtus priſtinum ſtatum Judaeis pollicetur ex „ reſtitutione terrae, & poſt decurſum vi„ tae apud inferos in ſinu Abrahae refrige„ rium. Deum optimum, ſi reddit placa„ tus quod & abſtulerat iratus! . . . O Deum „ etiam apud inferos miſericordem!„

At mea tamen opinione valde obſcure deducitur ex citatis verbis, Marcionem millenii adſertorem Tertulliano probari. Is quidem ea propter quod Marcion dixerit reſtitutum iri Judaeam a Deo ſuo provocat ad ſuum opus, quod periit, de ſpe fidelium, ubi eam reſtitutionem myſtice ac ſpiritaliter eſſe expoſitam innuit; ac inſuper ſententiam de millenio, cui mordicus inhaeret, late perſequitur, quin tamen vel uſpiam ibi advocet Marcionem ceu ſibi ſocium in eodem, quod exponit, ſomnio.

Nec illum denique Haereſiarches errorem plerique omnes Haereſeologi praeteriiſſent, ſi animadvertiſſent ſub hoc Tertullianeo effato latuiſſe notatum.

(*d*) Errorem *Papiae* in libro quarto ex iis quinque quos concinnavit, praenotavitque *Explanatio ſermonum Domini*, adſeruit & illuſtrare conatus eſt. Conf. *Iren.* l. 5. c. 33. *Euſeb.* hiſt. l. 3. cap. 39. *Hieron.* de viris illuſtr. c. 18. in Papia.

V. *Sectatores Millenarii* a Papia invecti e ſacris veteris Eccleſiae Scriptoribus varii vulgo recenſentur. Et ii quidem ſuum de millenio commentum mandare literis deprehenduntur. Nimirum *Juſtinus* (*e*) *Irenaeus* (*f*) *Tertullianus* (*g*) *Nepos* in Aegypto Epiſcopus ſub an. 270. (*h*) cujus doctrinam *Coracius* quidam an. circ. 280. in Arſinoite Aegypti praefectura magnopere promovit (*i*) *Lactantius* (*k*) *Methodius* Tyri Epiſcopus & Martyr ſub Diocletiano (*l*) *Q. Julius Hilarion* ſub an. circ. 400. (*m*) *Sulpicius Severus* (*n*) *Victorinus* Petabionenſis (*o*) *Auguſtinus* demum aliquando, quemadmodum idem candide fatetur (*p*).

Ex antiquis inſuper Acatholicis Millenari dicuntur *Montaniſtae* (*q*) *Melitiani* (*r*) & *Apollinarius* junior, ut placet aliquibus, Apollinariſtarum primipilus an. circ. 360. (*s*) (*)

Ex

(*e*) In dial. cum Tryphone n. 8. ſqq.

(*f*) In cit. l. 5. c. 33.

(*g*) In lib. de ſpe fidelium, quem citat *Hieron.* proxime laudatus, & l. 3. adverſus Marcion. c. 24. & in fragmentis libri de ſpe fidelium, quae citat *Pamelius* ubi de paradoxis Tertulliani, ejus operibus praefixis cum Antidoto, parad. 24. pag. 52.

(*h*) In libro quem inſcriptis *Confutatio Adlegoriſtarum*, hoc eſt eorum, qui aſſertum in ſcripturis millenium non literali, ſed adlegorico ſenſu exponebant; quo quidem nomine vulgo audiebant hoſtes millenii.

(*i*) Lege *Euſeb.* hiſt. l. 7. c. 24. cum notis Valeſii, *Theodoret.* haer. fab. l. 3. c. 6. *Niceph.* hiſt. l. 6. c. 21. *Nourry.* proxime adpellatum.

(*k*) Lib. 7. inſt. c. 14.

(*l*) In Sermone de Reſurrectione. Ita me olim legiſſe memini apud Authorem neſcio quem.

(*m*) In libello de duratione mundi, ſub fin. Eum edidit *La-Bigne* in adpend. ad biblioth. PP. 1579. a col. 1644.

(*n*) In dial. quem inſcripſit *Gallus* ex *Hieron.* l. 11. Comment. in Ezech. cap. 36. & alias.

(*o*) Ejus ſententiam *Hieronymus* ibidem citat, non autem commentarium aliquem in quo eam prodiderit, ſed ait duntaxat generatim quod ferant Millenarium ejus *crebrae expoſitiones*.

(*p*) Civit. l. 20. c. 7.

(*q*) Ap. *Tertull.* l. 3. contra Marcion c. 24.

(*r*) Ap. *Gennad* proxime cit. quem ſequutus eſt *Murat.* in tr. de Paradiſo cap. 5.

(*s*) Ap. *Baſil.* epiſt. olim 293. modo 265. *Greg. Nazi.* orat. 51. & 52. quae ſunt epiſtolae duae ad Cledonium, *Hieron.* cit. in Papia.

ADNOTATIONES.

(*) 1. UNa quidem vox eſt omnium quos adduximus, Patrum, certe Millenii aſſertorum, terrenum illud Chriſti Regnum mille annorum ſpatio, hoc eſt multa per ſecula perennaturum fore, & quidem magna cum felicitate, atque caſtarum deliciarum, quae viros juſtos decent, adfluens. Minime vero inter eos convenit de conditionibus, moribus & ritibus, quibus in beatitate tanta tempus illud tranſigendum ſit atque complendum.

Paullo quippe aliter de illis differunt Papias & Irenaeus, ac Juſtinus & Tertullianus; aliter Nepos & Coracius, aliter Lactantius & Q. Julius Hilarion; aliter demum Sulpicius Severus, in ipſorum commentariis mox adlegatis.

Quin etiam Patres alii, qui vel obiter, vel ex profeſſo Chiliaſtarum commentum in ſcenam producunt, praefatas ejus conditiones ſatis varia oratione percurrunt: puta *Origen.* l. 2. Periarch. c. 11. & alibi, *Cajus* Romanus ap. cit. *Euſeb.* l. 3. c. 39. *Auguſtin.* civ. l. 20. c. 6. ſqq. *Hieron.* in cap. 1. Ezech. & alias, *Dionyſ.* Alexandr. ap. Euſeb. hiſt. l. 7. c. 24. *Philaſtr.* in Chilionetitis, *Baſil.* & *Nazianz.* proxime adlati, *Epiphan.* haereſi 77. §. 26. ſqq. *Gennad.* de dogm. eccl. *Heſychius* in Levit. l. 2. c. 7. fol. m. verſo 39., quos itidem fere ſingulos commenti ejuſdem, quod recitant, oppugnatores vocare poſſis. Iis porro ſubuectit cit. *Murat. Didymum* enarrat. in epiſt. 1. Petri & *Dionyſ. Arcopag.* in l. de eccl. hier. Optarem tamen utriuſque operis

retu-

Ex junioribus vero haud pauci ſunt, qui commentum tot abinde retuliſſet capita, in quibus de millenio occurrit ſermo; alias aegre illa reperias.

Nihilo ſecius haec apud illos plerumque videtur obtinuiſſe ominatio, judaicis commentis perquam conſona: quod nempe innovanda eſſet a Chriſto Domino Hieruſalem, ac templum Salomonicum reaedificandum; tum omnia legis Moſaicae praecepta, puta circumciſionis, feſtorum, baptiſmorum, ſacrificiorum, immolationum, & aliarum quarumlibet ceremoniarum toto illo ſeculorum ſpatio ab omnibus qua Judaeis, qua Chriſtianis, qua aliis quibuslibet fore obſervanda. Liquet ex ſcriptis Chiliaſtarum ipſorum & anti-chiliaſtarum.

Et en tibi notionem & faciem celebratiſſimi illius Millenii, quod a primo Eccleſiae ſeculo aduſque aetatem Hieronymi & Auguſtini etiam apud orthodoxas Scholas frequentiſſimo plauſu receptum eſt; ſed quod tamen deinceps quinto probante ſeculo in fumum ſenſim abiit. Nec enim unum aliquem e noſtratibus video poſt aetatem Auguſtini ſuperfuiſſe, ni fallor, adſertorem millenii.

Anne vero tum temporis quum vigeret millenaria ſententia, gravioris erroris aut haereſeos damnanda fuerit? Eam ſane inter haereſes referunt *Philaſtr.* c. 59. *Aug.* haer. 8. *Theodoret.* haeret. fab. l. 2. c. 3. ubi de Cerintho, ſeu de millenariis agere inſtituunt. At *Hieronymus* tamen, etſi eam ſaepius ut valde temerariam & ab Evangelica alienam doctrina vehementer exagiret, ad cap. 19. Hierem. & ad 38. Ezech. fatetur non audere illam tot Martyrum & eccleſiaſticorum ſapientum patrocinio fultam erroris inſimulare.

Ceteri vero Patres quod in illa opinione magis abſurdum eſt & a fide orthodoxa diſcordans, illud cum variis Cerinthi, aliorumque haereticorum erroribus proſcripſerunt, reliqua vero conſectanea valide convellere contenti, cum adſertoribus patroniſque eorum clementius egerunt. Commentum itaque tum temporis tolerarunt Eccleſiae Doctores, quod modo ceu intolerabilem haereſim merito damnant hodierni ſapientes. Conf. *Sixt. Senen* bibl. ſanc. l. 5. adnot. 233. *Pamel.* cit. in paradoxum 24 Tertulliani, *Nat. Alex.* hiſt. eccl. ad Sec. I. diſſ. 27. art. 2.

II. *Sianda* in lexico polemico art. *Chiliaſtae* ac *Millenarii* palmare hoc & inauditum inter utroſque diſcrimen conſtituit. Quod nempe *Chiliaſtae* illi fuerint qui cum Cerintho tenuerunt homines poſt diem judicii mille annos in hoc mundo corporales inter delicias regnaturos; illi vero *Millenarii* ſub alio ſenſu, qui duce Papia opinati ſunt animas ad gloriam praedeſtinatas, quadam poſt ſeparationem a corpore felicitate perfruentes, non niſi poſt generale judiclum ad viſionem beatam admittendas fore.

Ceterum nec iſtud diſcrimen novit antiquitas, nec ullus, quem ſciam, e recentioribus hucuſque confinxerat adverſus veritatem hiſtoriae. Ergo ne Papias eorum dux, quos Sianda *Millenarios* vocitat? Sed apage nugae, ne quid aliud dicam. Et audi *Auguſtinum* de civ. l. 20. c. 7. loquentem indiſcriminatim de Millenariis, qui ſecundum veram hiſtoriam aut Cerinthum, aut Papiam ſequuti ſunt „ Chiliaſtas adpellant graeco vo„ cabulo, quos verbum e verbo exprimen„ tes nos poſſumus *Millenarios* vocare „.

III. Quod ſpectat *Methodium* erroris inſimulatum, ille quidem millenium adſeruit paucis in ſympoſio Virginum orat. 9. ap. bibl. PP. Lugd. t. 3. p. 699. ubi Tyſianam introducit ita de noviſſimis diebus colloquentem „ prima feſti reſurrectionis die, „ quae dies eſt judicii, ſimul celebro cum „ Chriſto millenarium annorum requiei, „ quae ſeptem memoratorum in lege die„ rum, ſabbatorumque totidem verorum „ mentione adumbratur. Inde rurſus ſe„ quens penetrantem coelos Jeſum venio „.

Ipſum diu in Methodio Millenium obſervarant *Poſſinus* noſter in praefat. ad Sympoſium & cit. *Nourryus* col. 277. ſub init. Et miror illud praeteriiſſe *Allatium* in notis ad Sympoſium, quemadmodum & diligentiſſimum, adcuratiſſimumque *Tillemont* in recenſione Chiliaſtarum.

In ſermone tamen, ſeu libro de Reſurrectione ex interpretatione *Combefiſii* ap. eandem Bibl. p. 705. §. *Sin autem*, ſubobſcurius videtur Methodius adfirmare millenium, inquiens nimirum, poſt mundi conflagrationem terram innovandam fore, juſtoſque eam habitaturos immortales Angelorum inſtar.

IV. Hieronymum, millenii reum traducentem Sulpitium Severum ferme plerique omnes ſequuti ſunt, cum *Miraeo*, *Dupinio*, *Graveſonio*, *Murat. Ger. Jo. Voſſio*, *Oudino* &c. donec Cl. V. *Hieronymus de Prato* Congreg. Oratorii Veronenſis ſingulari diſſertat. primum vulgata ap. Collectionem Calogeranam t. 18. a p. 31. an. 1738. ac deinceps pluri-

de seculis oblivioni hominum traditum, & obsoletum suscitarunt & agmine facto subtinuerunt. Nimirum *Anabaptistarum* factio quae-

pluribus aucta in editione propria operum Sulpicii tom. 1. p. 259. sqq. de an. 1741. sanctum Doctorem strenue vindicavit.

Ceterum quamlibet hic Author peracute ac erudite rem suam promoveat, parum aut nihil, suspicor, a viris sapientibus impetrabit adversus authoritatem Hieronymi, tot insignibus Eruditis adceptam, & a nemine, quod sciam, exagitatam.

Do lubenter, in toto Sulpicii dialogo, qui nunc exstat, praesertim in parte hujus secunda sub initium capitis 14. ubi credi posset cubare millenii errorem, ejus nec volam, nec vestigium teperiri. At reponam facile, hunc Dialogum vel quoad hunc errorem aliena manu interpolatum esse, vel illum non esse primum Sulpicii foetum, in quo adseverat Hieronymus haberi errorem non secus ac in scriptis Papiae, Irenaei, Tertulliani, Lactantii, & aliorum.

Quod autem S. Doctor tum temporis aliis distentus curis parvulum Sulpicii dialogum non legerit, sed eum quem narrat errorem ab imperito quopiam falsus didicerit, & nullam mihi habet verisimilitudinem, & tantisper offendere videtur acumen atque criticen Hieronymi, qui nempe illius dicto fretus, cujus imperitiam non noverat, immanem *Sulpicio Severo suo* errorem adpingeret, totique terrarum orbi patefaceret.

Erravit itaque cum pluribus inculpate Severus, si nolis imprudenter ac stolide Hieronymum Severo amicissimum deliquisse. Adde, in more positum esse Hieronymo, ut siquando librum citet, quem non viderit, hoc ipsum se non vidisse librum palam lectorem commoneat. Id quod tunc potissimum commonuisse par erat, si dialogum quem vehementer errantem declamabat suis oculis non evolvisset.

Hoc denique complexum ex effato Hieronymi & ex defectu erroris in hodierno Sulpicii Severi dialogo ad ea videtur arcana critices pertinere, quae ob inopiam documentorum nulli hominum liceat penitus revelare. Sed inde tamen absit ut Doctoris Maximi authoritatem in re tanti momenti elevare praesumas. Circa interpolationem scriptorum Patrum ubi error cubare deprehenditur, videndus cit. *Tillemont* ubi de Millenariis, ad errorem istum Sulpicii.

V. De errore Victorini Pitabionensis per Hieronymum saepius indicato nullum est apud Eruditos dubium. Ipsum praeterea errorem S. Doctor in epistola ad Autolicum praefigi solita commentario Victorini in Apocalypsim, fatetur in eodem commentario deprehendisse. Sed hic tamen commentarius prout exstat in Bibliothecis veterum Patrum extrema ista continet verba „ Ergo audien„ di non sunt, qui mille annorum regnum „ terrenum esse confirmant, qui cum Ce„ rintho haeretico sentiunt„ Et paullo ante ubi de noviſſimis diebus sermo est, habetur „ Nam mille annorum regnum non „ arbitror esse terminum „.

Ergo ne inde Victorinus vindicandus? Sed nihil minus. Immo potius inter Eruditos Hieronymi authoritatem suspicientes jure convenit, hoc opusculum esse Victorino suppositum, sive quoad haec capita aliena manu interpolatum.

Quin etiam ibidem fere sub medium laudatam reperias epitomen Theodori de numero librorum Scripturae sacrae. Constat autem eum Theodorum sub Justiniano floruisse, Victorinum vero sub Diocletiano Martyrii palmam reportasse. Conf. *Sixt. Sen.* l. 6. adnot. 347. *Bellarm.* & *Labb.* de Script. eccl. in Victorino, *Tillem.* mox cit. *Bibl. PP. Lugd.* t. 3. p. 414. col. 2. sub init.

VI. Montanistarum Millenium, quod ceteri, quos viderim, Haereseologi silverant, produxit aperte *Tertullianus* ad l. 3. adv. Marcion. c. 24. ubi de Millenio sermonem adgressus, illud, ait „ qui apud fidem no„ stram est novae prophetiae sermo testa„ tur „. Nec alia quidem est *nostra* illa *nova prophetia*, ac Montanistarum secta, ad quam jam tum idem adcesserat inter scribendum apologias in Marcionem; adcesserat nempe ante an. 207. Severi xv. quo coepit hunc Haeresiarcham scriptis confutare; uti satis concors est inter Historicos sententia cum *Tillemont.* hist. eccl. t. 3. in Tertull. art. 11.

Constat autem Montanistas sese Prophetas vocitasse, suamque factionem *novam prophetiam*. Id quod praeter alios edixit palam *Apollinaris* Hierapolita in exordio libri ad Albericium Marcellum, quod lege fis ap. *Niceph.* hist. l. 4. c. 23.

Nec ullus quidem dubito, saltem tum Montanistas profiteri Millenii errorem, ab doctiss-

dam (*t*) In Weſtphalia *Thom. Muntzerus* an. 1525. & *Joa. a Leyden* an. 1534. tum apud Batavos *Auguſt. Weber* ſub an. 1530. (*u*) Acatholici praeterea *Suevi* & *Brandeburgenſes* an. circ. 1690. (*w*) *Britanni* demum noviſſimi (*y*). Sed ii tamen propter varietatem ſyſtematum, quae defendenda ſuſceperunt, in factiones varias diviſi ſunt.

Tenent videlicet plerique, millenium bonis ſpiritalibus, itemque mundanis adfluentiſſimum ante conflagrationem mundi futurum, & quidem pro Chriſto duntaxat & ſanctis Martyribus, quorum animae de coelis deſcendent ac reſumtis corporibus terram magno cum ſplendore, gaudio, potentia & majeſtate inhabitabunt cum Chriſto Domino. Iis vero Martyribus alii ſingulos quoſque ſanctos, qui in ſtatu juſtitiae deceſſerunt, adjiciunt. Sunt etiam qui ſuum Millenium

doctiſſimo conſodali Tertulliano edoctos. Jure itaque haec enarranti Montaniſtae Tertulliano adhibenda fides.

VII. Non ita vero eandem praeſtandam cenſeo Pſeudo-Gennadio, incerto quidem & obſcuro Authori, ut nemo neſcit, quum ſine teſte, quem nec mihi hucuſque reperire licuit, inter Chiliaſtas recenſet Meletianos. Horum porro turbas & ſchiſmata lego apud *Epiphan.* haer. 68. & alios; reatum autem millenii nuſpiam ullum. Nobiſcum eſt cit. *Nourryus* col. 279. ubi Gennadium illum haec incaute proferentem objurgat. Quocirca in ſyllabo Chiliaſtarum Meletianos inter Errones vehementer dubios merito repoſueris.

VIII. Anne eadem habenda ratio de Apollinario? Profecto *Epiphan.* haer. 77. §. 26. de millenarii errore ei adficto ſic differit. „ Cujuſmodi ab illo dogma defendi per„ ſuadere nobis omnino non poſſumus; quan„ quam illum adſertorem eſſe a nonnullis ad„ cepimus„ Et ei quidem adſtipulari videtur percelebris ejus Scholiaſtes *Petavius*, quum contra in eum locum obſervet nihil: tum ceteri vulgo poſteriores haereſeologi, & hiſtorici, apud quos videlicet de ejuſmodi Apollinarii naevo altum ſilentium, ſi excipias cit. *Tillemont.* ubi de Millenariis, & *Burnet.* proxime citandum.

Adcedit, non conſtare, Apollinarium de ea ineptia notatum fuiſſe a Conciliis, quae alias ejuſdem haereſes proſcripſerant: puta Alexandrinum an. 362. ſub S. Athanaſio, Romanum ſub Damaſo P. an. 373., Antiochenum an. 378. Romanum alterum an. 382. Perperam quippe *Baron.* ad an. 373. n. 14. adfirmat, in Romano ejus anni Concilio una cum Apollinario damnatos eſſe a Damaſo Millenarios; nec enim ea damnatio uſpiam proſtat ap. Conciliographos, nec eam plane agnoviſſe videtur Hieronymus, nec Auguſtinus. Porro Millenium nec a Romano, nec ab alio quopiam Concilio uſpiam damnatum reperiris.

Enim vero qui negantia haec argumenta conferat cum aliis, quae laudavimus, adferentibus, e magnis illis Doctoribus *Baſilio*, *Nazianzeno*, *Hieronymo* petitis, nullus dubito ſibi omnino perſuaſum habeat, Patres iſtos in re tanti momenti nec falli, nec faliere. Quin & idem *Apollinarius* ſuum palam errorem prodidit in duobus tractatibus, quibus egregium Dionyſii Alexandrini commentarium adverſus errorem Nepotis de Millenio acriter confutandum ſuſcepit, ex *Hieron.* in praefat. in lib. 18. commentarior. Iſaiae.

Ubi obiter notandus *Murator.* quod in tr. de Parad. c. 5. comminiſcatur, hac de cauſſa Epiphanium proxime citatum inſurrexiſſe in Apollinarium.

(*t*) Ap. *Prateol.* in Cerinthianis ſub fin. ex *Lindano* & *Sebaſt. Franco.* & ap. *Pamel.* in paradoxis Tertulliani cum Antidoto, praefixis ejuſdem commentariis, paradoxo 24.

(*u*) Ita excepimus ex *Editoribus* operum Lactantii de an. 1748. t. 1. in librum inſtit. 7. in notis ad pag. 557.

(*x*) Ap. cit. *Tillem.* hiſt. eccl. t. 2. p. 306. in edit. ſecunda an. 1701. ex *Datiſio*.

(*y*) Eos generatim memorat *Hieron. de Prato* in edit. Sulpicii Severi t. 1. diſſ. 5. p. 261. n. 3. ſub fin. at pleroſque nominatim jamjam referimus.

nium triplici reſurrectionum genere adornare ſatagunt (z). Nonnulli quoque purum ſanctumque ſtatuerunt Millenium, ſed in coelo, non in terris peragendum a ſanctis Martyribus, qui ſurgent a mortuis mille annos ante reliquos fidelium, ibi cum Chriſto regnaturis (a). Alii demum, Authore ac duce, reor, *Thoma Burneto* in theoria ſacra telluris lib.4. ferme per totum (b) ubi peramplo eruditionis adparatu ſuum Millenii ſyſtema producit, & quidem novum, ſuiſque Britannis nondum excogitatum, uti adparet ex ejuſdem praefatione in eum librum.

Syſtematis haec ſumma eſt. Pro certo habendum, in conflagratione non abolitum iri mundum, ſed renovatum, combuſta duntaxat exteriore terrae facie. In hoc mundo novo, ceu in ſecundo Paradiſo, qui fere quoad omnia primo conſimilis erit, beatum millene Seculum tranſigent juſti, nimirum gens ſancta, electa turba, populus eximius, reſumtis corporibus ab ſingulis animabus, ad eum pene modum, quo in primo vitam ducerent, ſi ſtetiſſet Adamus; videlicet quoad corpora abſque ulla moleſtia, immo caſtiſſimis perfuſi deliciis; quoad animos vero naturalibus ſcientiis adprime inſtructi, ac fere perpetuae coeleſtium rerum, praeprimis ſummi Creatoris contemplationi atque laudibus addicti; quin ulla e judaicis ceremoniis heic locum habeat. Et hoc quidem iis juſtis beatum praeludium ad aeternam vitam.

Non decet ſane Chriſtum jam glorioſum communem vitam cum eis ducere. Non itaque mundo novo praeſens erit, ſed e coelo duntaxat forſan aliquoties ſeſe adſpectabilem beatis incolis oſtendet, aut ſaltem aliquos ſuae majeſtatis radios, quibus novum paradiſum illuſtret, ejuſque cives novis gaudiis beet. Clauditur beatum Millenii ſabbatum cum Reſurrectione ac judicio univerſali, quibus peractis, ipſi coeli novi ac terra praeteribunt, raptique in aethera una cum Chriſto & Angelis felicitate ineffabili aeternum perfruentur. Hoc Authoris commentum (*).

(z) Ea mox indicabimus ubi de Reſurrectione communi ſermo erit. Videatur interim *Thom. Stackouſe*, ex quo iſta deſumſimus, in Theol. t.5. cap.8 ſect.2. p.306.edit. Lauſan. 1760. & t.4. c.1. p.147. ſqq.

(a) Hos refert ac erroris inſimulat, uti & fere ceteros mox adlatos *Burnet.* jamjam citandus, cap.9.

(b) Edit Amſtelodam. 1694.

ADNOTATIO.

(*) POrro ſi quod eſſet in noviſſimis diebus futurum Millenium ex literali Apocalipſeos 20. 4. ſqq. intelligentia, nihil hoc, me judice, a Burneto confictum praeſeferret noxii, immo idipſum ſatis apte concinnatum, reique naturae conſonum videri cuiquam poſſet.

Verum admiſſo etiam eo eventu, ut plura taceam ſatis obvia, qui noveris in Burnetiano ſyſtemate, ſanctos regnare toto millenio cum Chriſto, ab ipſis perpetua abſentia ſejuncto in eodem regno? ac inſuper ad millenium integrum differri electis gloriae beatitatem, quum poſt mortem improbi gehennali ſupplicio illico crucientur? haberi tandem poſtremum judicium abſque illis ſignis, quae illud proxime praeceſſura nos commonent ſacrae literae? At procul abſit enthuſiaſtae

Iis denique recentioris aevi Chiliaſtis plerique ſignanter adnumerandi ex Proteſtantibus, *qui*, ut verbis utar *Walchii*, eos recenſentis (*c*) *fanaticiſmi vitio ſe corruptos prodiderunt*. Nimirum *Jo. Matthaeus*, *Chipperdollingius*, *Valentin. Weigelius*, *Jac. Boehmius*, *Paull. Felgenhaver*, *Quirin. Kuhlmann*, *Aegid. Guthmann*, quos & ſequuti ſunt *Quakeri*. Tum *Henric. Morus*, Burneti praeceptor, *Joſ. Medus*, aliique Apocalypſeos Interpretes. Demum *Jo. Guil. Peterſenius*, hujus paradoxi non minus ac nuperi Origeniſmi (*d*) promotor ſtrenuus atque defenſor.

Multos iis citatus *Walchius* generatim adcenſet ex Orthodoxis, quos ipſe *Romanenſes* nuncupat. Sed ii quidem omnes, quos nominaſſet optarem,

ſiaſtae hominis evanida fabella, ſtramineo utique ſubnixa fulcro futuri millenii, tamdiu bene ſapientibus profligatiſſimi.

Hanc quidem repulſam recte novit ac jure ſibi metuit ingenioſus vir, ſubinde totos acuminis & eruditionis inſumſit nervos, quo placitum de futuro millenio ſartum tectum lectori obtruderet. At parum feliciter, nec ſemel a via veritatis, modeſtiae, & genuinae critices turpiter deflectens.

Si paginas capitum pro millenio evolvas, paſſim videris ea quae ſibi proſunt e priſcis Patribus documenta, cunctis jam nota, ad coelos exaggeratis epithetis efferre; contra quae obſunt in ima deprimere, nec praetermiſſis identidem in ſacros Doctores conviciis, e. g. in Hieronymum, quem non veretur adpellare imperioſi ingenii, malignum interpretem, exaggeratorem iniquum. Haec humaniſſimus ille blatero ad cap. 4. p. 241.

Tum ut ſibi teſtes e penu reconditae ac inauditae eruditionis aggerat, millenarios proferre audet pleroſque Patres ex perobſcuris documentis, quae ad ſenſum ſuum pro libito detorquet, e. c. priſcum Authorem Epiſtolae S. Barnabae ſuppoſitae in capite 15. Cyprianum Tertulliani Chiliaſtae diſcipulum addictiſſimum in neſcio qua praefatione ad exhortationem Mart., Melitonem Epiſcopum Sardenſem, ex obſcuro Pſeudo-Gennadio de eccl. dogm. c. 55. & ex Hieron. in Ezech. 36. (At fallitur utrumque Scriptorem advocans, ut patet ad evidentiam cuiquam citata loca perlegenti) Nicaenos denique Patres in diatypoſ. eccleſ. §. 8. ſub cap. 31. actor. S. Concilii Nicaeni in commentario Gelaſ. Cyziceni p. m. 40.

Sed nimium inſulſa haec ſunt. Quid eis convellendis tempus teram & oleum perdam? Se ipſis cadunt & in fumum abeunt.

Ad extremum quoniam *Baronius* ad an. 373. n. 14. Millenium vocavit *antiquam haereſim*, Burneto ſub fin. capitis 8. ſugillatur in haec verba „ Fallit igitur aut fallitur Baro„ nius, ſi hanc doctrinam adpellat haereſim, „ quum nec eam damnarit ullum concilium, „ nec, ſacris literis & authoritate primae„ vae eccleſiae ſtabilitam, jure aut effectu „ damnare poterat „.

At ſermonem cohibeat Burnetus, ne ipſi potiori jure regeramus, eummet *fallere* aut *falli*. Siquidem eo ſenſu dici proprie poteſt *haereſis* doctrina vulgaris Millenii, quod adſerat procraſtinationem aeternae beatitatis animabus plene purgatis inferendam, contra oppoſitam ſententiam, quae ſaltem a temporibus Florentinae Synodi, quae illam poſt adcuratiſſimum rei examen ſollemni decreto ſtabilivit, ex communi adſenſu omnis orthodoxae eccleſiae, cum congregatae, tum toto terrarum orbe diſperſae, fide certa eſt.

Neque vero moror leviores argutias, quibus paſſim cavillatur Burnetus, doctrinam Millenii ſtabilitam demonſtrari ſacris literis ad ineptum ſuae literalis expoſitionis ſenſum, ſaepiſſime a Patribus tanto melius ſapientibus profligatum; tum primaevae eccleſiae, hoc eſt plerorumque privatorum primaevae eccleſiae authoritate, quae nempe quinto jam ſeculo prorſus excidit, ac una cum Millenio integro ſepulta jacuit.

(*c*) In miſcell. ſacr. l. 2. exercit. 2. §. 11. p. m. 281. edit. Amſtelod. 1744.

(*d*) Pro quo eum dabimus *infra* ubi de Gehenna.

tarem, me penitus latent. Hiſtoriam Chiliaſmi breviter exhibent *Frider. Ulric. Calixtus* (*e*) *Buddeus* (*f*) aliique (*g*).

At haec ſatis de cauſſa famoſi Chiliaſtarum Millenii cum veteris, tum recentioris, atque noviſſimi. Ad examen theologicarum Quaeſtionum feſtinat animus.

---

169 QUAESTIO I. Quid de tempore determinato donatae beatitatis comparate ad animos juſtorum Teſtamenti veteris, ante mortem Chriſti Redemtoris corporibus exutos, & culpae reatu penitus immunes? ADSERO 1. Omnes generatim ejuſmodi juſtorum animi in ſinu Abrahae, quem Limbum Patrum vocarunt, quaſi in domicilio ſibi a Deo deſtinato commorati ſunt, exſpectantes redemtionem ſuam, donec Chriſtus Dominus vita functus in eum deſcendens ſinum, eis vitam adtulit & libertatem: nec unus quiſpiam ex antiquo foedere incolatum habuit in empyreo ante adſcenſionem Chriſti Redemtoris in coelos. RURSUM QQ. DOGM. SCHOL.

170 Priorem Adſerti partem plerique omnes e Sapientibus orthodoxis probant (*h*). Alteram vero ceu indubiam iidem facto agmine amplectuntur (*i*). Erui videtur ex *Matth.* 3. 2. *Joan.* 3. 13. & 14. 2. *Hebr.* 9. 8. & 10. 19. Adcinunt *PP.* cum *Chryſoſt.* (*k*) *Cyril. Alex.* (*l*) *Ambroſ.* (*m*) *Hieron* (*n*) *Auguſt.* (*o*) *Chryſol.* (*p*) *Greg.* M. (*q*). Una quippe Patrum memoratorum vox eſt, omnibus poſt peccatum Adae occluſum fuiſſe empyreum, donec ejus portas Dominus morte reſeravit ſua. Quibus diſerte conſentiunt ſacri Interpretes, Scholaſtici Theologi, ceterique Doctores (*r*).

171 Nec deſunt quidem congruentiae. Nam decebat omnino primum patere aditum empyrei principi ac redemtori homini Deo, quam vilioribus clientibus, ſerviſque miſerrimis ab eodem redemtis. Tum rationi adprime conſentaneum videtur, ut qui per peccatum originis una cum Adamo exſularunt a paradiſo voluptatis, & exſilio quidem praeſeferente typum ejectionis a regno coelorum, in iſtud minime adcederent, priuſquam morte ſua Chriſtus Dominus occluſi regni fores, peccati aculeo devicto reſeraret. Primus itaque ex hominibus

(*e*) In tr. theol. de chiliaſmo, cum antiquo, tum pridem renato.

(*f*) In inſtitution. theol. dogm. l. 2. c. 3. §. 30. p. 684.

(*g*) Quos ibid. recitat laudatus *Walchius*.

(*h*) Ea nobis illuſtranda mox ſupereſt ubi de Receptaculis.

(*i*) Adverſus Buzerum, Calvinum, Bezam, Niemannum, alioſque Proteſtantes, *inferius* recenſendos in Proluſione Quaeſtionibus de Receptaculis praefixa.

(*k*) Hom. 27.

(*l*) In Joan. 14. 2.

(*m*) In ep. ad Hebr. 9. 8.

(*n*) In Matth. 3. 2.

(*o*) Civ. l. 20. c. 15.

(*p*) Serm. 56. & 123.

(*q*) Moral. l. 4. c. 32. l. 12. c. 7. l. 13. c. 20.

(*r*) Conf. unus pro multis in hanc rem, qui nobis facem praetulit, *Gabr. Henaus* in Empyreolog. l. 6. exercit. 18. ſect. 9.

nibus empyrei incola Chriſtus Dominus.

172 II. Omnes generatim ejuſmodi juſtorum animi, vel in ſinu Abrahae, vel alibi tum temporis commorantes, felicitatis, aut ſanctae beatitudinis expertes fuerunt. Haec una vox & conſenſio fere omnium orbis chriſtiani Eccleſiarum, in quam videlicet mirifice conſpirare videntur, & Patres, & Catecheſes eccleſiaſticae, & Theologi de Schola, & Doctores reliqui (*s*) quatenus nimirum pene univerſi tenuerunt, eos animos ſinum Abrahae incolentes Servatorem Chriſtum felicitate immortali tum primum beaſſe, quum eo mortis & culpae victor commigravit.

173 Ex *Scripturis* in rei probationem ea circumferri ſolent loca, quae mox pro Aſſerto I. ſubindicavimus (*t*) Ex Patribus adducuntur *Iren.* (*u*) vulgatus *Joſephus* Judaeus (*x*) *Tertull.* (*y*) *Author* carminum adverſus Marcionem (*z*) *Origen.* (*a*) vulgatus *Gregor.* Neocaeſar. (*b*) *Chryſol.* (*c*) *Maximus* Taurinenſ. (*d*) *Caſſian.* (*e*) *Proclus* Conſtantinopolitanus (*f*) *Philo Carpath.* (*g*) *Leo* M. (*h*) *Hieron.* (*i*) *Chryſoſt.* (*k*) *Baſil.* (*l*) *Ephraem* (*m*) *Epiphan* (*n*) *Ambroſ.* (*o*) *Gregor.* M. (*p*).

174 Ex Catechiſmis citantur *Catechiſmus Romanus* ex decreto C. Tridentini ad Parochos, Pii P. V. juſſu editus (*q*) & *Catechiſmus Bellarminianus*, juſſu Clementis P. VIII. a Rob. Cardin. *Bellarmino* exaratus (*r*), quibus plane conſentiunt ſinguli ferme poſteriores catholici nominis Eccleſiarum *Catechiſmi* cum pleriſque *Conciliis* particularibus in ſuis decretis id argumenti concernentibus (*rr*).

175 Ex Doctoribus Scholaſticis proferuntur ex iis qui ſcripſerant a XII. Seculo ad uſque noſtrum XVIII. valde plurimi cum *Petro Lombardo* Mag. ſent. (*s*) *S. Bonav.* (*t*) *Alenſ.* (*u*) *Albert.* M. (*x*) *S. Thom.* (*y*) *Thom. Argentinen.* (*z*) *Scoto* (*a*) *Suarezio* (*b*) *Viguer.* (*c*) *Cor-*

(*s*) Adverſus Jo. Cadonicum alioſque pauciores, poſtmodum ſuo loco recenſendos.

(*t*) Conf. *Suar.* in 3. p. t. 2. d. 42. ſect. 1. & *Siurium* de Noviſſim. tr. 3. c. 1.

(*u*) L. 5. c. 27.

(*x*) In orat. ad Graecos inſcripta, ex edit. *Davidis Hoeſchelii* de an. 1653. p. 9. ſqq.

(*y*) L. de anima c. 55.

(*z*) L. 2. 4. 5.

(*a*) L. 5. in epiſt. ad Roman.

(*b*) Orat. 1. de Theophania.

(*c*) Serm. 66.

(*d*) Serm. 8. de Paſcha.

(*e*) De inſtitut. coenobior. l. 3. c. 3.

(*f*) Orat. 3. de Incarnat. ap. Combefiſ. in auctar. bibl. PP. t. 1. p. 330.

(*g*) In Cant. c. 5.

(*h*) Serm. 81. de reſur. c. 1.

(*i*) Epiſt. ad Algaſiam q. 1.

(*k*) Orat. in quatriduan. Lazar. contra Anomaeos & orat. quod Chriſtus ſit Deus n. 5.

(*l*) In Pſal. 115. 5.

(*m*) Serm. in Paraſcev.

(*n*) Haereſ. 20. n. 2.

(*o*) L. 4. de fide ad Gratian. c. 1. n. 5.

(*p*) L. 29. in Job c. 12. & ſaepe alias.

(*q*) Ad 5. Symboli artic. *deſcendit ad inferos*. p. m. 67. edit. Rom. 1566. aut 1569.

(*r*) Ubi de articulo eodem p. m. 41. edit. Rom. 1627.

(*rr*) Ap. *Mamach.* in comment. de ſanctis V. T. ante Chriſtum expertibus viſionis Dei, tom. 1. l. 1. c. 3. a §. 2. ad 9.

(*s*) In epiſt. ad Hebr. c. 12. & alias.

(*t*) In 3. ſent. diſt. 22. q. 4. 5.

(*u*) In ſumma par. 3. memb. 4.

(*x*) In 3. ſent. diſt. 22. art. 4.

(*y*) In compend. Theologiae c. 235. & alias.

(*z*) In 4. ſent. diſt. 45. art. 2.

(*a*) In 3. ſent. diſt. 19. q. unica.

(*b*) Cit. in 3. p. d. 42. ſ. 1.

(*c*) Inſtit. theologicar. c. 10. §. 3.

Corteſio (*d*) *Niiſſe* (*e*) *Bellarm.* (*f*) *Greg. de Valent.* (*g*) *Boucat* (*h*) *Sylvio* (*i*) *Raynaud.* (*k*) *Thomaſſin.* (*l*) *Siurio* demum (*m*).

176 Porro ex adlatis teſtibus, aliiſque prope innumeris, quos ſumma diligentia congeſſit eruditiſſimus *Mamachius* (*n*) pauciores reperias, qui cum Catechiſmo Romano, & Bellarminiano, necnon Alenſi, Thoma, Scoto, Suarezio adſertum noſtrum conceptis diſertiſque verbis tradiderint; ſed eo tamen orationis ſtilo in eam rem differuerunt, ut nobiſcum fuiſſe procul dubio videantur. Plerumque ſiquidem ajunt, juſtos quoslibet antiqui foederis in ſinu Abrahae ceu in loco tenebrarum, duroque carcere, captivorum inſtar oppreſſos, commoratos fuiſſe; tum nonnulla cruciatos anxietate exſpectaſſe adventum Chriſti Domini, qui eos pace cumulatiſſima perfunderet; Servatorem denique Chriſtum eo deſcendentem praeſentia ſua mirifice colluſtraſſe ſingulos quoſque, & ab illo domicilio tenebroſo liberaſſe, immo ſecum in coelum quaſi captivam ducens captivitatem protinus beandos evexiſſe. Qui vero haec atque id genus plura diſerte proferunt, virtute adſerant oportet, eos juſtorum veterum animos ante deſcenſum Chriſti ad inferos beatitate nequaquam eſſe perfruitos. Et en tibi Traditionem eccleſiaſticam de noſtro Adſerto, quam tot, tantiſque documentis *Mamachius* illuſtrandam ſuſcepit contra Cadonicianos.

OBJECTIONES.

177 Obj. *primo* contra 1. Adſ. quoad part. 2. Plures fuerunt empyrei incolae beatitate donati ante adſcenſum Chriſti Domini. Nam fuit 1.° Abel (*o*) 2.° Henoch ex Geneſ. 5. 24. Sap. 4. 10. Eccli 44. 16. Hebr. 11. 5. & 2. Cor. 12. 4., nec non Elias ex 4. Reg. 2. 12. ac 1. Machab. 2. 58. Adeinuntque Doctores veteres (*p*) 3.° Moyſes (*q*) 4.° David (*r*) itidemque Machabaei Martyres cum Matre (*s*) 5.° SS. Innocentes pro Chriſto trucidati (*t*).

178 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* Opinio haec valde ſingularis

(*d*) In 3. ſent. diſt. 5.

(*e*) In 4. ſent. tr. 7. par. 1. q. 1.

(*f*) De Chriſto l. 4. c. 16.

(*g*) In 3. par. d. 2. q. 4. pu. 3.

(*h*) T. 1. diſſ. 4. art. 2.

(*i*) In 3. p. q. 52. art. 5.

(*k*) In agiologio exſotico ubi de S. Latrone c. 10.

(*l*) Theolog. dogm. l. 5. c. 18. n. 4.

(*m*) Proxime citato.

(*n*) In cit. comment. l. 1. fere per totum.

(*o*) Ex *Prudent.* in lib. Periſtephan. hymn. 5. *Anaſtaſ.* Nicaeno, vel Antiocheno q. 31. *Gazaeo Procop.* in c. 5. Geneſ.

(*p*) Puta *Hieron.* in Amos 9. 6. *Chryſol.* ſerm. 43. *Theodor. Heracleſtes* & *Apollinarius* ap. Hieron. in epiſt. ad Minerium & Alexandrum, *Pſellus* in oracula Chaldaica, *Paullin.* in precatione ad Deum matutina, *Procop.* mox cit. *Steuch. Eugubin.* in adnot. in c. 2. Geneſ.

(*q*) Ex *Hieron.* proxime cit. *Philone* Hebraeo de vita Moyſ. l. 3. *Joſepho* antiq. jud. l. 4. c. 8. *Gregentio* Archiep. Tephrenſi in diſput. cum Herbano judaeo, *Petr. Cellenſi* l. de panib. c. 11.

(*r*) Ex *Chryſoſt.* in Pſ. 5. n. 1. & in Pſ. 41. n. 6.

(*s*) Ap. ipſum *Chryſoſt.* hom. 1. de Machab. *Valerian. Cemelienſem* hom. 18. de Machab. *Venant. Fortunat.* in carmine de Machab. alios, quos adpellavit Serar. in 2. Machab. 7.

(*t*) Ut fert *Leo* M. ſerm. 1. ac 3. de Epiphan.

ris eſt, nec ſacri codicis, nec cujuſpiam e gravioribus Patribus authoritate ſubnixa: quocirca impune illam abjeceris. Ad 2: loca illa Scripturae, quibus dicitur de Henoch, quod eum tulerit Dominus, & quod translatus ſit, & raptus in paradiſum, intelliguntur a pluribus Patribus & Doctoribus de translatione in paradiſum terreſtrem, vel coelum aëreum, vel in locum alium nobis incognitum; minime vero in coelum vel paradiſum empyrei (*u*). De Elia ſimiliter Patres multo plures ac Interpretes intelligunt verba ſacra, quae ferunt eum fuiſſe raptum ſeu receptum in coelum: eo maxime quod ubi vulgata inquit *in coelum*, LXX. legunt ὡς ἐς τὸν ϑρανὸν *quaſi in coelum* (*x*).

179 Ad 3: Hieronymo opponimus *Cyrill.* Alex. ajentem l. 9. in Joan. c. 25. quod Servator Chriſtus humano generi *ad coelum fecit viam, quam prius natura conſequi non poterat*; immo & ipſum *Hieronymum*, adfirmantem in c. 17. Matth. quod Moyſes quum teſtis adfuit transfigurationi Chriſti in monte Thabor, ab inferis reſurrexerit; ſentit itaque non veniſſe ab empyreo. Neque curamus inſuper Hebraeorum traditionem de privilegio Moyſi adtributo, quod utique nobis alias nullatenus innoteſcit. Ad 4. & 5: eorum Authorum loquutiones abſque violentia referri poſſunt ad tempus poſterius propalatae viae Sanctorum in coelum per Chriſtum: eſt namque in more loqui de futuris atque praeteritis, ac ſi eſſent praeſentia. Haec fere totidem verbis, & adpoſite quidem cit. *Henaus* (*y*).

180 Obj. *ſecundo*. Non praefulſit Chriſtus empyrei primus incola: quod ſacrae paginae oſtendunt. Nam 1.° Sap. 10. 17. *reddit Deus juſtis mercedem laborum ſuorum*. 2.° Eccli. 11. 28. *facile eſt coram Deo in die obitus retribuere unicuique ſecundum vias ſuas*. 3. Luc. 16. 25. *Nunc autem hic* (Lazarus) *conſolatur, tu vero* (dives epulo) *cruciaris*. 4.° Hebr. 11. 33. Patres antiqui *per fidem vicerunt regna, adepti ſunt repromiſſiones*.

181 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: ſermo ad literam eſt de mercede, quam in diſceſſu ab Aegypto contulit Deus Hebraeis juſtis pro tot exantlatis laboribus. Ad 2: non ibi dicitur retributionem eſſe beatitudinem illico in empyreo habendam; immo haec intelligi debet obtinenda in tempore praefinito. Ad 3: nec τὸ *conſolatur* reſpicit beatitatem tum poſſeſſam in empyreo re, ſed in ſpe certa ac infallibili, una cum aliis ſolatiis, quibus animi apud ſinum Abrahae perfundebantur. Ad 4: Apoſtolo ſermo eſt de repromiſſionibus bonorum tem-

(*u*) Lege *Ambroſ.* l. 4. de fide c. 1. *Orig.* in Pſal. 15. & in Apolog. Pamphyli vel Euſeb. Caeſar. pro ipſo Orig. *S. Thom.* p. 3. q. 49. ar. 5. ad 2. *Suar.* in 3. p. t. 2. d. 55. ſ. 1. ac *Interpretes* biblicos in ea loca.

(*x*) Adi ſis *Epiphan.* orat. de adſcenſ. Chriſti, *Chryſoſt.* hom. de adſcenſ. & in Eliam, *Ambroſ.* ſerm. 75. *Gregor.* M. hom. 29. in Evang. *Caeſar.* dial. 3. *Julian.* Toletan. l. 1. de contrariis, interrogat. 40. *Greg. Nyſſen.* in vita S. Ephraem, *Thom.* & *Suar.* citt. ceteroſque Interpretes biblicos in objecta S. Scripturae loca.

(*y*) L. 6. exerc. 18. ſect. 13. n. 168.

temporalium, quas Patres quum vitam degerent adepti ſunt. Quod enim promiſſa juſtis beatitas ante mortem Chriſti recepta non fuerit, ibidem tradidit Paullus ℣. 13. ac 39.

182 Obj. *tertio*. Rationi valde conſonum eſt, ut generatim antiqui foederis juſtorum animi empyreum ante Chriſtum incoluerint. Nam 1.° Sancti Angeli ſtatim olim poſt terminum viae in illud immiſſi ſunt: ergo. 2.° pronior eſt Deus erogandis beneficiis ac praemiis, quam infligendis ſuppliciis; at ſeculis Chriſti mortem praecedentibus impiorum animos dejecit in barathrum: ergo &c. 3.° permulti antiquorum animi ſuperarunt ſanctimonia alios, qui modo abſque reatu culpae ac poenae corporibus exſoluti recta in empyreum deferuntur; at minus aequum videtur, illos nihilominus tamdiu extra empyreum haeſiſſe apud inferos.

183 R. *N. Adſ.* Sacroſanctae Dei Legi, nobis per oracula Scripturae, atque traditionem eccleſiaſticam indicatae ratio praevaler nulla. Ad 1. prob: non eſt cur Angelis perſeverantibus in adcepta gratia occluderetur in empyreum aditus, nec enim Chriſto quidquam pro eis ſatisfaciendum reſtabat, uti pro toto humano genere, noxa originis, ob quam clauſae ſunt empyrei fores, commaculato: quapropter licet Angelis gratiam perſeverantiae meruerit, non autem eorum, niſi latiſſimum ſenſum amplectaris, redemtor fuit, ut hominum. Quocirca alium agendi modum expetebat ratio comparate ad homines excludendos a regno Dei uſque ad mortem ſui Redemtoris.

184 Ad 2: ſatis ſeſe Deus oſtendit pronum ad elargiendum dona & praemia juſtis priſcorum animis, eis remittendo labem originalem, cumulandoque tot, tantiſque donis ſupernis omnino indebitis, eſto eis coeleſtem beatitatem differret, quouſque ad eam Redemtor Chriſtus viam ſtraverit. Neque vero pro differenda impiis dejectione ad barathrum ratio adparebat ei ſimilis, ſaepe indicatae pro differenda juſtis beatitudine apud empyreum. Ad 3. *N. Mi.* Ea beatitatis procraſtinatio non intelligenda eſt proveniſſe ex minore ſanctimonia, ſed ex lege, quam Omnipotenti Domino juſtam ob cauſſam ſancire libitum eſt (z).

185 Obj. *quarto* contra 11. Adſ. Ejuſmodi juſtorum animi, eſto apud ſinum Abrahae tum temporis incolatum habuerint, ibidem tamen beatitate non intermiſſa perfruiti ſunt: quae plurium Patrum ſententia eſt. Nam 1.° Auguſtin. (a) haec habet „Unde illis juſtis, „ qui in ſinu Abrahae erant quum ille (Chriſtus) in inferna de„ ſcenderet, nondum quid contuliſſet inveni, a quibus eum ſecun„ dum beatificam praeſentiam ſuae divinitatis nunquam video receſ„ ſiſſe... profecto igitur in paradiſo atque ſinu Abrahae etiam ante

(z) Conf. *Suar. Henaum, Siur.* proxime citt.
(a) Epiſt. ad Evodium 164, al. 99.

„ jam erat beatificante ſapientia, & apud inferos judicante potentia „ Ac inſuper (*b*) „ Recepti ſunt in pace Sancti Patriarchae, „ Prophetae, Apoſtoli, Martyres, boni fideles; omnes autem adhuc „ infine recepturi ſunt quod promiſit Deus. Promiſſa enim eſt reſurrectio carnis, vita aeterna cum Angelis, hoc omnes ſimul adcepturi ſumus. Nam requiem, quae continuo poſt mortem datur, „ ſi ea dignus eſt, tunc adcipit quiſque quum moritur. Priores adceperunt Patriarchae, videte ex quo requieſcunt, poſteriores Prophetae, recentiores Apoſtoli....

186 Tum 2.° Hilar. (*c*) ait „ Teſtes nobis evangelicus dives & „ pauper, quorum unum Angeli in ſedibus beatorum & in Abrahae „ ſinu locaverunt, alium ſtatim poenae regio ſuſcepit. Adeo autem „ ſtatim poena mortuum excepit, ut etiam fratres ejus adhuc in „ ſupernis manerent. Nihil illic dilationis aut morae eſt. Judicii „ (particularis) enim dies vel beatitudinis retributio eſt aeterna „ vel poenae... 3.° huc fere redeunt teſtimonia Patrum mox objecta contra 1. Adſertum. Tum cetera argumenta & a Verbo Dei ſcripto, & a ratione petita. Iis quippe conficitur & aliquot ſpeciatim juſtos animos V. T. & omnes univerſim ante mortem Chriſti beatitate cumulatos fuiſſe.

187 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: hic ille celeberrimus eſt ex epiſt. ad Evod. depromtus locus, quem prae primis *Cadonicus* (*d*) in patrocinium ſuae cauſſae adduxit, ac deinceps *Mamachius* diverſa uſus expoſitione vindicavit (*e*). Porro ſententiae noſtrae patroni varie locum illum interpretantur. Si credas *S. Thomae* (*f*) intendit Auguſtinus, quod juſti illi fuerint *beati in ſpe, licet nondum eſſent perfecte beati in re*. Si *Suarezium* (*g*) audias, S. Doctor *in tota illa epiſtola inquirendo potius & dubitando, quam adfirmando proceſſit, & ideo obſcure & dubitanter eſt loquutus*. Aliter alii nodum ſolvere conantur. Interea vero, epiſtola heinc inde diligenter expenſa, cum *Suar.* ſentire libet.

188 Quod deinde ſpectat *requiem* ab Auguſt. indicatam verbis, quae ſecundo loco peſcripſimus, non una, ejuſdemque generis ac ſine diſcrimine temporum ſingulis quibuſque donata requies intelligenda eſt, *quae continuo poſt mortem datur*. Quippe requies Patriarchis & Prophetis conceſſa ante Chriſtum Dominum, in immuntiate a poena ſenſus, ſuavique ſpe certae redemtionis apud ſinum Abrahae ſita erat; requies vero recentius Apoſtolis collata poſt mortem Chriſti, ipſa fuit apud empyreum beatitudo. Et haec quidem genuina, ni fallor, mentis Auguſtinianae interpretatio.

189 Ad 2: eamdem quam mox dedimus Auguſtino loquenti interter-

(*b*) Tract. 49. in Joan. n. 10.
(*c*) In Pſ. 2. n. 48.
(*d*) In vindiciis Auguſtinianis ab imputatione regni millenarii, & in aliis de eadem argumento commentariis.
(*e*) In cit. comment. l. 2. c. 1. §. 3. ſqq.
(*f*) P. 3. q. 52. ar. 5. ad 1.
(*g*) T. 2. in 3. p. d. 42. ſect. 1. ſub fin.

terpretationem, & Hilarii verba patiuntur ubi ajunt, *nihil illic dilationis* &c. Et quidem requies illa, mox expoſita, antiquis Patribus conceſſa in ſinu Abrahae recte beatitas quaedam nuncupari poteſt, ſive beatitas coeleſtis inchoata, quae nempe certam de beatitate ſpem, cum immunitate ab omni poena ſenſus tum importare creditur. Quo circa illos juſtorum animos *aeternae beatitatis Candidatos* haud immerito dixeris. Ad 3: & huc redeunt ſolutiones, quibus eadem objecta refutavimus (*b*).

190 Addimus praeterea, quod eſto Auguſtinus, Hilarius, & unus vel alter ex aliis Patribus ab opinione noſtrae oppoſita ſtarent, nihil tamen eorum authoritas conficeret adverſum perpetuam traditionem eccleſiaſticam, cui innititur noſtra. Rurſum quantumvis permiſeris verum tenere illorum opinamentum qui ſentiunt, ex praecipuis, ſanctiſſimiſque V. T. animis nonnullos fuiſſe beatitate donatos extra empyreum ante mortem ſui Redemtoris, nihil inde tamen incommodi Adſerto adcederet noſtro; quod utique quaſi regula quaedam generalis eſt, ordinariam Dei providentis legem reſpiciens, quae propterea, ſi ad legem aliam animum intendas, exceptiones patitur ſuas.

191 QUAESTIO II. Quid comparate ad animos juſtorum N. T. poſt mortem Domini corpore ſolutos, & plene purgatos? ADSERO. Ii omnes ad empyreum ſtatim convolant aeternum beandi. Fide ſanctum ex *Benedicto* P. XII. (*i*) *Conc. Francoford.* (*k*) *Florent.* (*l*) *Trident* (*m*) *Moguntin.* (*n*) adverſum eos qui tenuerunt, piorum animos, quibus nihil luendum ſupereſt, non niſi poſt diem noviſſimum judicii univerſalis, aut etiam poſt quoddam deinceps confictum millenium gloria coeleſti beandos fore: eos nuper exhibuit Proluſio proxima.

192 Erui ſanctum dogma videtur ex *Scripturis*, ſecundum interpretationes Patrum, aliorumque commentatorum. V. c ex *Luc.* 23. 42. *Act.* 7. 55. & 1. *Cor.* 13. 12. & 2. *Cor.* 5. 1. & 4. *Philipp.* 1. 23. *Hebr.* 9. 8. & 12. 22. *Apoc.* 14. 13. & aliis ex locis mox advocandis (*o*). Suffragantur *PP.* cum *Ignat.* (*p*) vulgato *Dionyſ.* (*q*) Cy-

(*h*) Plura opponunt Cadoniciani, quae cit. *Mamach.* l. 2. late diluit: ipſum Conf. Literariam noviſſimae ſuper hoc argumento contentionis hiſtoriam, una cum cenſura Cadonicianae ſententiae tempore dabimus.

(*i*) In extravag. *Benedictus Dominus.*

(*k*) Epiſt. ad Epiſcop. Hiſpan.

(*l*) In decr. fid.

(*m*) Seſſ. 25. de invocat. SS.

(*n*) Cap. 46. & 49.

(*o*) Conf. *Bellarm.* de beat. SS. l. 1. c. 3. *Suar.* in 1. 2. d. 13. ſect. 1. *Eſt.* in 4. ſent. diſt. 45. §. 2. quibus nempe ducibus ſuas in hanc rem diſſertationes condidiſſe & amplificaſſe videntur TT. recentiores cum *Tournel.* ubi de viſione Dei q. 14. art. 1. *Bertio* l. 3. c. 9. *Billuartio* diſſ. 2. de beat. art. 3. *Moſchein* tr. 2. par. 2. diſp. 3.

(*p*) Epiſt. ad Roman.

(*q*) De eccl. hier. c. 7. par. 1.

Cyprian. (r) *Basil.* (s) Ecclesiae Smyrnensis *Doctoribus* (t) *Paullino* (u) & aliis pluribus (x).

193 Et haec quidem Traditio ecclesiastica, quod nuper monuimus, populorumque orthodoxorum persuasio & vulgatissima consensio, mox pluribus illustranda. Nec desunt conjecturae. Quandoquidem beatitatis merita consummantur in morte: ergo ubi nullum intercst impedimentum, quale vidimus interfuisse sub secula Vet. Testamenti, statim a Remuneratore summo erogandum est praemium in empyreo, quod Christus morte reseravit sua. Tum aequum videtur, ut in lege gratiae justorum animi corporibus exuti, melioris sint conditionis, quam in lege naturae ac Mosis; atque adeo potius comparentur cum Angelis, qui *in coelis semper vident faciem Patris* ex *Matth.* 18. quam cum sanctis illis in sinu Abrahae occlusis extra conspectum Dei. Tandem supremus Judex si statim post mortem punit, cur statim post mortem, quovis impedimento sublato, & coronam non reddat (y)?

OBJECTIONES.

194 Obj. *primo*. Thesis haec pugnat cum Scriptura. Nam 1.° ex Apoc. 6. 9. *vidi subtus altare animas interfectorum* (Martyrum) *propter verbum Dei*: ergo istae animae adhuc non sunt in coelo. 2.° ex Matt. 20. 8. denarius in laboris mercedem unicuique solutus est *sero*, aut sub vesperam, hoc est in die Judicii universalis: tunc autem, non antea bonis inquiet Christus, *venite benedicti*, ex Matt. 25. 34. 3.° ex 1. Joan. 3. 2. *scimus, quoniam quum adparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est*: ergo non eum ita videbimus, antequam adpareat in die Judicii.

195 R. *N. Adsc.* Thesi consonat Scriptura. Nam ex *Ecclici* 11. 29. *in fine hominis denudatio operum illius*. Ex *Ps.* 126. 3. *quum dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas Domini*. Ex *Apoc.* 7. 9. & 15. Sancti stolis albis amicti dicuntur stare ante thronum, & in conspectu Agni. Ad 1. prob: ex eodem cap. n. 11. ipsis animabus *datae sunt singulae stolae albae*, illa scilicet stola, quae designat beatitudinem essentialem, non secundam, quae denotat corporis gloriam, quam ipsae exspectabunt; nam *Bernardo* teste (z), *adceperunt jam singulas stolas, sed non vestiuntur duplicibus, donec vestiamur & nos* &c. *τὸ Altare* significat locum quietis hoc est coelum, ubi visae sunt coram Agno.

196 Ad 2: *τὸ sero* denotat terminum vitae, quando cuicumque per judicium particulare pro meritis praemium designatur. Et vero in Judicio universali designabitur beatitas completa, & integra, quae

(r) L. de exhortat. martyrii c. ult.

(s) Hom. in 40. Martyr. & orat. in Gordium Martyr.

(t) Epist. de Martyrio S. Polycarpi ap. Euseb. hist. eccl. l. 4. c. 15.

(u) Natal. 3. de S. Felice.

(x) Prolixum eorum syllabum primus omnium, quod sciam, recensuit *Bellarm.* cit. Sed ab eo tamen syllabo, opinione nostra, quam in Prolusione proxima aperuimus, nonnulli expungendi veniunt.

(y) Recole citt. *Bellarm.* l. 1. c. 6. *Esti*, §. 4. *Tournel. Bert. Billuartium*.

(z) Ser. 3. in festo Omn. SS. n. 1.

quae corpus ſimul, & animam ſpectat, vocaturque felicitas Reſurrectionis, & gloria totius hominis. Ad 3: heic deſignatur, quod quum Chriſtus adparuerit in Judicio univerſali, ſimiles ei erimus, tanquam Capiti noſtro, in gloria animae, & corporis (*a*).

197 Obj. *ſecundo*. Theſis haec pugnat cum Eccleſiae precibus. Nam in Liturgiis Jacobi, Baſilii, aliiſque ſupplicat Eccleſia pro Sanctis, ut eos beata quietis, & gloriae retributio comitetur: ac ſimilia habentur in Miſſali Romano, in Miſſae Canone, & aliquibus orationibus. R. *N. Adſ.* Illis Liturgicis precibus expetit Eccleſia pro beatis gloriam adcidentalem, ſcilicet majorem in orbe cultum, aut corporis gloriam, quam animae adpetunt, & qua abſente quaſi non ex integro conquieſcunt (*b*).

198 Obj. *tertio*. Theſis haec pugnat cum ratione. Nam 1.° praemia non ſolent diſtribui niſi facto examine, & judicio; haec autem fient in die noviſſimo. 2.° etiam ipſa deficiente beatitate, ſat intelliguntur Martyrum, aliorumque heroum animae cum Deo regnare, ſcilicet in coelo honoris; quandoquidem ipſis decretum ſit Canonizationis decus, quo poſito, ſummis extolluntur laudibus, eorumque vel minimae reliquiae a fidelibus percoluntur. 3.° Deus injuſtus eſſet, ſi animis plene purgatis illico beatitatem conferret, qua tamen privaret uſque ad diem Judicii ipſorum corpora, in virtutibus, & laboribus intime conſociata.

199 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. Mi.* fient publice in die noviſſimo, *C.* privatim, *N.* Sic autem fient in die mortis cujuſcumque per judicium particulare. Ad 2. *N. A.* Haec omnia parva eſſent, nec cum iis capi poſſet eos vere regnare, a quibus beatitas procul abeſſet. Ad 3. *N. A.* Meritum eſt eſſentia ſua in internis animae actionibus, in externis vero corporis tantum denominatione, & quatenus per corpus exſercetur animae adfectus. Quare ſolus animus ſimpliciter meruit, & ſanctus fuit etiam per opera corporalia: unde injuſtum non eſt, animum plene purgatum cito beari, dilata corpori beatitudine uſque ad extremum diem. Nec enim, ob eandem rationem, injuſtum eſt, impiorum animos cito poſt mortem torqueri, tamdiu dilato ſupplicio ſuis corporibus (*c*).

His ita conſtitutis, venio ad Monimenta vetera, e quibus nobiliſſimam ſibi confirmationem vendicat ſanctum dogma.

MO-

(*a*) Conf. *Doctores* pro theſi noſtra, mox adductos.

(*b*) Plura hoc ex capite ſibi objiciunt ac ſolerter diluunt proxime adlati *Tournel.* & *Bert.* quos, ſi vacat, conſulas.

(*c*) Conf. *Bellarm.* c. 6. *Becan.* de beat. c. 1. q. 12. *Arria.* de beat. d. 58. ſ. 1. 2. *Henao* de Empyreologia p. 2. l. 6. exſercitat. 21. praecipue a ſect. 1. ad 18. *Gamach.* heic q. 4. c. 2. *Vaz.* heic 1. 2. d. 19. c. 3. *Leſ.* de ſum. bono l. 3. c. 1. *Eſt.* §. 7. cum ceteris junioribus mox productis.

CLASSIS II.

MONUMENTA ANTIQUITATIS

Pro Beatitate Juſtorum animis penitus purgatis ſtatim donata.

E RE LAPIDARIA.

In duplici ſunt differentia literatorum Lapidum teſtimonia pro Traditione ſancti Dogmatis. Alia quippe tumulati animo ita adplaudunt, ut ſupponant, aut diſerte adſerant, eum in coeleſti patria jam degere & cum Chriſto regnare; aliaque deinde precatoriis quibuſdam formulis defuncti animum invocant, ut pro iis, qui in exilio mundi ſuperſtites ſunt, Deum exorent; videlicet maximam Chriſtiani veteres ſpem collocabant in eorum precibus, quos e mortali vita egreſſos aeternae beatitatis jam compotes factos exiſtimabant. Utriuſque generis exempla jam producimus.

1

BONE MEMORIE
INNOCENTI AMANTIO
QVI VIXIT ANNOS
VIII. DIES SEX
QVIESCENTI IN
SINVS * ABRAHAE — * *Sinu.*
ISAC ET IACOB
IN PACE XTI D̄M̄NI
P̄S̄. VIII. KAL. IAN.

Calari in coemeterio ap. Mur. p. 1225. 7. ex Bonfanto.

Sinus iſte, in quo quieſcens adſeritur Innocens Amantius, in phraſi veterum fidelium nihil aliud erat, quam ipſa coeleſtis Patria. Uſitatiſſima olim fuit haec phraſis, quippe quae occurrit in pleriſque Liturgiis cum orientalibus, tum occidentalibus, ubi ſolet exorari Deus ut aeternam requiem defunctorum animabus tribuat.

2

DONATVS
VICXIT ANOS
XV ET ACCEPIT
R̄E Q̄VIE * IN DEO — * *requiem.*

Romae in coemeterio S. Saturnini ap. Marang. in adp. ad acta S. Vict. p. 97.

Plane qui eam adcepiſſe requiem adſeritur, coeleſtem beatitatem non exſpectat, ſed poſſidet.

ALE-

3 ALEXANDER MORTVS NON EST SED VIVIT SV
PER ASTRA ET CORPVS IN HOC TVMVLO QVIESCIT
VITAM EXPLEVIT CVM ANTONINO IMP. QVI VBI
MVLTVM BENEFITII ANTEVENIRE PREVIDERET
PRO GRATIA ODIVM REDDIT. GENVA ENIM FLETENS
VERO DEO SACRIFICATVRVS AD SVPPLICIA DVCI
TVR. O TEMPORA INFAVSTA QVIBVS INTER SA
CRA ET VOTA NE IN CAVERNIS QVIDEM SALVA
RI POSSIMVS QVID MISERIVS VITA SED QVID MI
SERIVS IN MORTE CVM AB AMICIS ET PA
RENTIBVS SEPELIRI NEQVEANT TANDEM IN
COELO CORVSCAT. PARVM VIXIT QVI VIXIT IV
X. TEM.

Romae in coemeterio Callisti apud Aringh. t. 1. l. 3. c. 22. p. 524.

Celebratissimum hunc Titulum, qui Alexandro, tanquam super astra jam viventi, ac in coelo jam coruscanti adplaudit, plurimi exscriptum retulere cum *Reines.* p. 953. n. 238. *Boldet.* in observ. p. 11. *Mabillon.* in itin. Ital. p. 135. *Scriptorib.* diarii literator. mox adducendis, *Zachar.* in laudata saepius diss. p. 333. Antiquissima plane ejus aetas; Imperator enim Antoninus Pius, sub quo dicitur Alexander subiisse Martyrium, Imperii habenas moderatus est ab an. Ch. 138. adusque 161.

Alexander hic, si me omnia non fallunt, unus est ex septem filiis Sanctae Felicitatis, qui sub Imp. Antonino Pio, & Praefecto Urbis Publio, Romae Martyrium passi sunt, e quibus Alexander cum duobus aliis capite plexus est an. Ch. circ. 150. ap. *Ruinart.* de act. Mart. sinc & sel. p. m. 22. *Bollandian.* ad d. 10. Jul. p. 10. n. 26. in tomo 3. Jul., quidquid ibidem secus sentiant *Baron.* ac *Tillemont.*

Ex Titulo discimus pervetustum Christianorum morem adfigendi defunctorum loculis sanctissimae Crucis signum, Monogramma Christi nominis, palmas, & signa Martyrii, quo tumulatus adfectus est; tum sese recipiendi, saevientibus persequutionibus, in arenaria, seu cryptas subterraneas, ubi sacra, votaque Deo redderent, simulque defunctorum corpora sepelirent; quum videlicet pagani Imperatores,

ut

ut Chriſtianam Rempublicam funditus exterminarent, decretis interdicebant fidelibus conventus uſpiam agere, immo ipſis e vita decedentibus ſepulturam denegabant; id quod & pro illa aetate, quam notat Titulus, & pro aliis proxime ſubſequutis teſtantur alia luculentiſſima documenta, praeſertim ex Actis Martyrum ap. *Baron.* ad an. 122. 259. 130. &c. *Ruinart* in actis SS. Martyrum Lugdunenſium & Palaeſtinae, & apud alios, quos congerere placuit *Boldetto* l. 1. c. 3. p. 9. ſqq.

En tamen famoſam inter Scriptores Criticos contentionem in ipſum Titulum. Eum quidem ut plane genuinum agnovere *Boſius, Aring. Fabret. Boldet. Mabillon. Ruinart, Bonarrot. Georg. Bottar. aliique* ap. & cum *Mamach.* de orig. & antiq. chr. l. 3. p. 162., ut ſpurium vero ac ſuppoſititium *Reineſius, Fleetvvoodus, Gisbert, Cuperus*, aliique cum *Scriptoribus* diarii literator. Florentiae editi t. 2. par. 2. art. 4. p. 129. & 131., quia nempe, inquiunt, puerilis hic & nugax ſtilus Lapidis, ac inficetus verborum luſus nimium abludunt a ſimplicitate, guſtu, ac indole illius ſeculi. Addunt nonnulli ex Ant. Auguſtino in dial. 1. p. 8. *Basnag.* hiſt. Judaeor. t. 2. c. 23. n. 3. p. 997. *Pignor.* & *Scaccho* ap. *Lycet.* de recond. antiq. luc. l. 6. c. 48. p. 858. *Diario liter.* laud. p. 127. ſqq. & *Zachar.* ap. collect. Calogeranam t. 33. p. 404. ſqq., uſum Monogrammatis Chriſti apud Majores haud eſſe Conſtantino Magno vetuſtiorem; quippe qui eum poſt coeleſtem viſum primus omnium in orbem Chriſtianum intulit & conſecravit.

Zacharias denique mutata ſententia, ubi nuper eum citavimus, concludit, genuinum eſſe Titulum, inſcriptum tamen marmori, non eadem ipſa, qua Alexander Martyrium pertulit, aetate, ſed multo poſt, quarto ſcilicet aut quinto ſeculo, dum Romana coemeteria reſtituerentur, aut ornarentur; & quidem deſumto ad Titulum argumento, vel ex antiquis Actis, vel ex Majorum traditione. Nec enim, ut putat hic Author, tam longe abeſt puerilis, levis, & frigidus Epigrammatis ſtilus ab ingenio recentiorum iſtorum temporum.

Ego tamen pro legitima litis deciſione dno mecum ſtatuo. Principio enim, quod ſpectat monogramma Chriſti nominis, Titulo inſcriptum, e nullo documento decretorie conficitur, omnem quemcumque ejus uſum ab uno Conſtantino initium duxiſſe; eſto enim ab ipſo uſus publicus & quaſi univerſalis effluxerit, at multa tamen documenta ante ipſum Chriſtianum ritum obtinuiſſe declamant. Illud enim, ut alia mittam, inſcriptum referunt nonnulla ſaxa Romana, quorum aetas Coſtantinianam longe ſuperat.

Sic plane literatum Flavii Clementis Saxum ſub an. Ch. 96. conſcriptum, in quod conſulenda *Eduardi de Vitry* Diſſertatio: ſic Saxa Marii, Primitii, Ermetis, Caji Papae, & aliorum Martyrum, qui in primis Tyrannorum Eccleſiae perſequutionibus paſſi ſunt, ex *Romae ſubt. Deſcriptoribus*. Quibus tandem addere licet perplura illa Chri-

Chriſti Monogrammata, quae diligentiſſimus *Boldett.* in obſerv. l. 2. c. 3. p. 335. adfirmat, ſe conſpexiſſe in Romanis cryptis, qua parietibus, qua loculis, qua varii generis documentis inſcripta, ubi praeſertim copioſior jacebat numerus SS. Martyrum. Quandoquidem nullus, reor, ſanae mentis in dubium verterit, multa ex iis ſacerrimis ſymbolis jam tum ibi ſubterraneis ſaxis, una cum Martyrum exuviis, adfixa fuiſſe, quum priores, acerbioreſque in Eccleſiam Chriſti peſequutiones efferverent. Nihil itaque praetenſae vetuſtatis detrahit Alexandrino elogio inſcriptum Monogramma. Et iſta ſatis de argumento, quod ſermo valde fuſior illuſtrabit, Deo dante, in Part. IV. ubi de Chriſto Domino.

Deinde quantum ad alterum, quod objicitur, caput; eſto quidem ſtilus hic longe abſit a communi & univerſali Chriſtianorum ſecundi Seculi ſimplicitate, indole, atque barbarie quoad latinum ſermonem, quid adtamen prohibet exceptionem ab illa generali regula in uno vel altero caſu ſingulari elucentem? Quot quaeſo repereris in ſingulis quibuſque Seculis e quavis arte ac ſcientia peculiarium Authorum foetus, a reliquis communiſſimi vulgi foetibus ſummo intervallo diſcrepantes? Nec enim omnia cujuſque Seculi ingenia moribus, ideis, indole, ſubtilitate, ſimplicitate, ſeu barbarie paria omnino ſunt. Quae a communi, frequentiſſimoque cujuſpiam Seculi uſu plurimum exſorbitant, plane rara ſunt; ſed & ipſa ſunt, nec raro quidem; haec enim (quod Lapides ſpectat) ferme paſſim adſpicimus apud Smetium, Lipſium, Gruterum, Fabrettum, Boldettum, Lupium, Maffejum, Muratorium; & quidem ſive ethnicas Inſcriptiones recitent, ſive Chriſtianas: quidni ergo inter plures id genus ſingulares, aut exſoticos unum hunc Alexandrinum referamus?

Hoc praeterea argumenti genus, quod ex ſtilo dictionis ducitur, lubricum eſt, ac errori obnoxium, ubi alia indicia non adceſſerint, ipſo ultro fatente *Zacharia*. Plura autem heic adcedunt, reponit ipſe: at quae iſta plura? unum duntaxat ſubjicit ipſi admodum diſplicere, nempe τὸ VITAM EXPLEVIT CVM ANTONINO IMP. Nec iis plura. Ceterum, me judice, non adeo magnifaciendum τὸ *cum*, ut ex eo decretoria litis definitio tota pendeat. Quid tum vero? Veriſimili conjectura deduci poteſt, illud *cum* pro *ſub* quadratarii inſcitia ſeu negligentia in Lapidem irrepſiſſe; vel etiam ejus Authorem, qui ſeſe acutum rhetorem adfectabat, heic incaute defeciſſe; aut, ſi mavis, intendiſſe eo *cum* energiam indere orationi, quaſi diceret, Alexander Martyrium ſubiit, adnuente, immo imperante hominum ingratiſſimo Antonino; vel quid ſimile. Maneat itaque, Titulum, quem *indubitatae antiquitatis* dixit in Lapidaria diſciplina callentiſſimus *Mabillon.* in it. Ital. p. m. 136., ejuſdem eſſe aetatis, ac fuerit Alexandri Martyrium ſub Antonino Pio.

4

HIC QVIDEM CORPVS TVVM TEL*lus*
ET ANIMAM TVAM LVX VERO COE*li*
PVLCRA DECORE TVO IPSOQVE DEO...
REXISTI VTRAMQVE DOMVM FAMV...
FOBISTI ADHVC PARBOS SENIBVS SE...
HAC IN PERPETVVM RECVBANS IN...
SIMPLICIANA INNOX NOFITA DEO CR*isto*
. . . . . .
GREGORIVS COIVGI SVAE BENEMERENTI
FECIT QVAE VIXIT ANNIS....

Romae in coemeterio Callisti reperit Maraugon. hanc semi-Inscriptionem ap. ipsum de reb. paganis cap. 82. p. 462.

Habemus heic commendatam Simplicianam tanquam innocentem neophytam Deo caram, jamque beatam *luce coeli*, ubi jam *pulcra* fulget *decore suo* vel beatitudine, quam suis meritis adepta est, ipsoque Deo eam tanquam Glorificatore jam beante. Hic quidem obvius Tituli sensus, qui dogma nostrum peregregie confirmat.

5

ANTONIVS DISCOLIVS FILIVS ET BIBIVS
FELICISSIMVS ALVMNVS VALERIE CRESTENI
MATRI BIDVE ANORVM XVIIII INTER SANTOS

Apud Clementem Blasium Cl. V. in sylloge Inscript. p. 341.

Clarus hic Author in pererudita veterrimi Lapidis interpretatione legit *Bidue inter Santos*, hoc est *inter ecclesiasticos*, quoniam, inquit, ex veteri disciplina & ipsae viduae in Ecclesia suum habebant consessum, aut suam sedem. Mihi tamen alium ea verba praeferunt sensum, & quidem unice obvium, nempe *inter Sanctos Coelicolas*: videlicet qui Valeriae dedicant Epitaphium, eam salutant tanquam jam perfuentem in patria coelesti beatitudine inter ceteros empyrei Sanctos, aut suae beatitudinis socios. Ad eum plane modum, quo alii salutantur in ejusmodi Titulis sepulcralibus, e. c. Maurentia *inter sanctos*, & Julia & Postumius *cum sanctis*, uti jamjam palam facimus.

6

MAVRENTIVS MAVRENTIAE
FD * QVE VIXIT ANNIS V MENSES XI. DIES DVO. DIGNA INTER SAN
CTOS DEVS IVSSIT IN PACE F. ✠

* *Fideli.*

Romae in coemeterio S. Helenae repertus a Boldet. ap. ipsum p. 58.

7

ΕΙϘΥΑΙΑ ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ

ΜΕΤΑ ΤѠΝ ΑΓΙѠΝ

Nempe

Julia in pace cum Sanctis.

Romae in coemeterio Priſcillae ap. ipſum Bold. ibid.

8

I. POSTVMIVS EVTHERION. FIDELIS: QVI GRATIA
X. SANCTA CONSECVTVS PRIDIE NATALI SVO SEROTINA
Θ.
Y. HORA REDDIT DEDITVM VITE SVE QVI VIXIT
C. ANNIS SEX ET DEPOSITVS. QVINTO IDVS IVLIAS DIE
N.
IOVIS QVO ET NATVS EST CVIVS ANIMA:
CVM SANCTOS IN PACE FILIO BENEMERENTI
POSTVMI FELICISSIMVS ET LVTKE
NIA ET FESTA AVIA IPSEIVS.

Romae inventus in coemeterio Cyriacae ab cit. Boldet. haec ibidem referente:

Poſtumius fidelis, hoc eſt baptiſmo recens initiatus, & mox ubi ſanctam baptiſmi gratiam conſequutus eſt, vita functus, plane heic creditur abſque mora *cum Sanctis* in Sanctorum patria beari.

Legimus heic *gratia ſancta* pro *gratiam ſanctam*: deinde *reddit deditum vite ſue* pro *reddit debitum vitae ſuae*: tum etiam *eum ſanctos* pro *cum ſanctis*: inſuper *benemerenti Poſtumi* pro *Poſtumio*: tandem *ipſeius* jamdiu antiquatum pro *ipſius*. Anne infelicia & pudenda haec Marmorarii ſphalmata, vel Authoris Tituli in iis barbarae latinitatis aetatibus?

Adverte obiter, ut alias, in τὸ *die Jovis* reliquias ethnicismi apud veterrimos chriſticolas.

9

ARTVS AIRADI REDOLENT
VELVT VNCCIO NARDI
HIC PRESVL VERVS PARADISI
MVNVS ADEPTVS
PRIDIE SVB MARCI FINEM
SCITOTE KALENDAS
AMEN

Carpentoractе ad tumulum Epiſcopi Airadi ap. Murat. p. 1824. 5. *ex Bimardo.*

10 MARCELLINA . TVO3 . CVM . VITA . RESOLVERET . ARTVS
SPREVISTI . PATRIIS , CORPVS . SOCIARE . SEPVLCRIS
DVM . PIA . FRATERNI . SPERAS . CONSORTIA . SOMNI
SANCTORVMQVE , CVPIS . CARA . REQVIESCERE . TERRA
NIL . LONGINQVA . DOMVS . CASTO . DECERPSIT . AMORI
AFFECTVS . NEC . MORTE . PERIT . NAM . MVNERE . LETHI
RVRSVS . VICTA . SOROR . FRATERNAE . REDDERIS . VMBRAE
QVAMVIS . MAGNA . PIO . SVSPIRET . ROMA . DOLORE
TERTIA . QVOD . SACRI . PATITVR . IAM . DAMNA . SEPVLCRI
NEC . TAMEN . ANGVSTAM . SEDEM . QVIS . DIXERIT . AVLE
CORPORIS . HAEC . DOMVS . EST . NAM . TE . PIA . VIRGO . SVPERNVM
ACCIPIT . IMPERIVM . PLACIDAE . POST . MVNERA . MORTIS
AETERNAE . CHRISTVS . PRETIVM . TIBI . DESTINAT . AVLAE
PRAEMIA . DANS . CASTIS . INTACTAE . MATRIS . HONOREM
TE . MEDIVS . IVLI . TRANSCENDIT . FERVIDE . CVRSVS
ET . TE . VIRGO . TVVS . TRANSVEXIT . AD . AETHERA . SPONSVS .

Mediolani in D. Ambroſii ap. Gruter. p. 1055. 6. *e codice ſcripto Alciatino.*

Hoc ipſum Sanctae Marcellinae , ſororis D. Ambroſii , Epitaphium , luculentiſſimum quidem ſancti dogmatis teſtimonium , paullo aliter legit *Baron.* ad an. 383. n. XVII. ex Codice bibliothecae Baſilicae S. Petri. Praeſtaret vero Marmor idem propriis oculis obſervare.

11 A ☧ ω

CERVIA . QVAE . FIDEI . VEXIT . FONDAMINA . SECLO
TERDENOS . AEVO . BINOS . QVATER . ATTVLIT . ANNOS
LAETA . DOLIQ . EXPERS . CVLPA . PROGVL . IMPIGRA . HONESTA
ASTRIGERAM . SECAT . ALMA . VIAM . CAELOQ . RECEPTA
HIC . VITAE . METAS . ET . INANIA . MEMBRA . RELIQVIT
DEP . PRIDIE . NONAS . IANVARIAS

Mediolani itidem in S. Victoris arca marmorea ap. Grut. p. 1051. 2. *ex Alciat.*

Ergo Cervia meritis plena creditur poſt finem vitae illico in coelum recepta.

12 . . . . . FLORENTINVS . INFANS
. . . . . REQVIEM
ADCEPIT . IN DEO *&c.*

In altari Sabariae , ut ſupra in Tom. II. Claſſ. XII. n. 3. *p.* 425.

D. D. S.

13

D. D. S.
VRNA . BREVIS . GEMINVM . QVAMVIS . TENET . ISTA
CADAVER . ATTAMEN . IN . COELO . SPIRITVS
VNVS . ADEST . VIXIMVS . VNANIMES . LVCIVSQ
ET . FLAVIVS . IDEM . CENSVS . AMOR . STVDIVM
VITA . DVOBVS . ERAT .

Romae ap. laud. Grut p. 1055. 2. *ex Apiano .*

Ubi Lucius & Flavius amicitia conjunctiſſimi creduntur jam in coelo beari, duorum ibi jam ſpiritus unus adeſt.

14



Romae in coemeterio S. Saturnini in calce ſic exaratus Titulus repertus eſt a Marangon. ap. ipſum in adpend. ad acta S. Victorini p. 69.

Ea ſigla ⁋, fortaſſe coaleſcens ex duobus elementis graecis Π & P, intelligendum denotat nomen PRIMA, cui tanquam jam incolenti coeleſtem Paradiſum tam praeclarae adclamationes inſcribuntur. Ita, nec quidem incongrue, laudatus Author.

15

PIENTIA QVAE VIXIT ANNIS N. VI. M
IIII DIEST II MANET IN PACE ET IN CRISTO

Romae e coemeterio Priſcillae ap. Fabrett. p. 579. *n.* LXXII.

Vide-

Videlicet Pientiae anima innocentiſſima aeternum jam exſultat in coelis cum Chriſto Domino.

16

HOC . AVGVSTE . QVIDEM . TVMVLO . TVA . MEMBRA . TEGVNTVR
SED . NVNQVAM . MERITVM . PARVVLA . CLAVDIT . HVMVS
CORPVS . HABET . TELLVS . ANIMAM . CAELESTIA . REGNA
SIC . SEDES . PROPRIAS . SINGVLA . RITE . TENENT
DEVOTVS . DOMINO . VIXISTI . CORDE . FIDELI
PRESBYTERI . OFFICIVM . SVB . PIETATE . GERENS
LARGVS . PAVPERIBVS . DIVES . TIBI . CARVS . AMICIS
DIVINAE . LEGIS . IVSSA . VERENDA . COLENS
ES . FELIX . TANTO . LAVDVM . CVMVLATVS . HONORE
PERPETVIS . MERITO . IAM . FRVITVRE . BONIS

Romae olim in Sanctae Agnetis ap. Sirmond. in Apollinaris Sidonii epiſtolarum lib. 7. ep. 18. in t. 1. oper. p. 1050. ex Codice S. Mariae Virdunenſis.

17

CLEMETIANETI BENEMERENTI PARENTES FECERVNT
QVE VIXIT . ANNVS. N.VI. MESES VIII. DIES VIII IN PACE CVM SANTVS * * *Sanctis*.

Romae e coemeterio S. Caſtuli ap. Fabret. p. 557. n. XXVIII.

Innocens anima Clemetianetis, ſeu Clementinianae (de quo nomine ac de aliis ſimilibus plura *Reineſius* Claſ. 20. n. 114. p. 925.) adſeritur heic jam in coeleſti patria beari, ſeu requieſcere in pace cum reliquis Sanctis.

18

INCLYTA FASTRADÆ REGINÆ HIC MEMBRA QVIESCVNT
DE MEDIO QVAM MORS RIGIDA FLORE TVLIT
NOBILIS IPSA VIRO CONIVNCTA ET IVRE POTENTI EST
SED MODO COELESTI NOBILIOR TALAMO
PARS ILLI MELIOR CAROLVS REX IPSE REMANSIT
CVI TRADAT MITIS TEMPORA LONGA DEVS

Moguntiaci olim in Aede D. Albani ap. Brovver. in annal. Trevir. ad an. 794. n. 232. p. 386. in tom. 1. e monumentis veterum probae notae.

Titulus hic ſepulcralis Reginae Faſtradae, Caroli Magni uxoris piiſſimae, candido marmori inſculptus, Faſtradam vita functam an. 794. concelebrat tanquam coeleſti talamo jam ſponſam nobiliorem divini Regis.

IA-

19

IANVARIO DIGNO FILIO
PARENTES FECERVNT
QVI VIXIT ANNIS. VI. ⁂
QVESCIT * IN PACE AETERNA * *quieſcit.*

Romae e coemeterio Praetextati ap. Marangon. in adpend. ad acta S. Victor. p. 107.

Luculentiſſimum ſane pro ſancto Dogmate teſtimonium!

20

HIC REQVIESCIT FIRMICA FILIA DEP. IN PACE
QVAE VIXIT ANNOS PLVS MINVS XX. ET AD SVPEROS
MVNDA TRANSIIT CVIVS ANIMA IN PACE REQVIESCAT

Neapoli apud Hadrianum Guilielmum, teſte Fabret. p. 567. *n.* 116.

Porro in coeleſtem Hieruſalem nihil coinquinatum intrabit ex *Apoc.* 21. 27. Heinc Firmica caſtimonia ſeu munditie praeſtans poſt fatum illico ad illam tranſiiſſe perſcribit Titulus.

21 *In parte antica*

HOC MEMBRA POST ULTIMA TEGVNTVR FATA SEPVLCHRO BEATÆ
THEODIECHIELDIS INTEMERATÆ VIRGINIS GENERE NOBILIS.
MERITIS FVLGENS, STRENVA MORIBVS, FLAGRAVIT IN DOGMATE FAME.

In poſtica

CENVBII HVIVS MATER SACRATAS DEO VIRGINES,
SVMENTES OLEVM CVM LAMPADIBVS, PRVDENTES INVITAT
SPON...JAS. SO.. TVRRI REX PM. H. Æ* DEMVM * *poſt metam hujus aevi.*
EXVLTAT PARADISI ADEPTA TRIVMPHOS.

In coemeterio Jotrenſis Eccleſiae Paroecialis intra Jorani ſaltus arva ap. Mabillon. in act. SS. Ord. S. Bened. t. 2. *ſecul.* 2. *ad an.* 660. *p.* 488.

En tibi perantiquum Epitaphium S. Theodechildis, primae Abbatiſſae Jotrenſis illius Parthenonis Ord. S. Benedicti, veterrimis ac pene detritis caracteribus exaratum, quos quidem omnino prout exhibentur a Mabillonio & nos fideliſſime reddimus. Spectat ipſum, & in ipſo confirmatio noſtri dogmatis annum Ch. 660. quo ſanctiſſima Virgo adepta demum coeleſtis paradiſi triumphos, aut beatitatem exſultaſſe dicitur.

Idem *Mabillonius* in annal. Ord. Bened. l. 10. ad an. 660. t. 1. p. 456. & Virginem iſtam jam Theudlechildem, jam Theudechildim nominat, & ejus Epitaphium modo valde diverſo legit, quin tamen de hoc diverſo agendi modo rationem reddat. TN.

22 ΠΤΝω ΝωΝ ΙΟΥΝΙωΝ
ΕΠΙΤΥΝΧΑΝΟΝ ΙC ΕΙΡΗΝΗΝ

Scilicet
Ante tertio nonas Junias
adſequutus ſum in pace
nempe aeternam beatitudinem.

Romae repertus in crypta Cyriacae ap. Bold. p. 400. qui & graecam Anonymi epigraphen hoc modo vertit.

23 HEC DATILLAE HF.* DOMVS EST LVCIS A.... * *honeſtae feminae.*
CVIVS ANIMAM PRO CASTO SANCTO.....
NEMO DVBITAT COELVM PE*tiiſſe*
FORTASSIS HONERET SEPV.....
SVI PARTE TOTA CVM SA.....

V. KAL. MART. CONSS. CAL*lypio & Ardaburio* *A. C.* 447.

Extra Urbem olim in S. Paulli ap. laud. Margarinum p. XVI. *n.* 226.
Idem *Margar.* ſupplevit *Callepio & Andahure*; nos autem loquuti ſumus cum *Almelov.* & *Relando* in faſtis ad eum annum.

Jam vero ut pervetuſta atque perpetua noſtri Dogmatis Traditio heinc inde validius communiatur, expoſitos primi ordinis Titulos reliqui alterius generis excipiant.

24

SABBATI DVLCIS
ANIMA PETE ET RO
GA PRO FRATRES ET
SODALES TVOS

Romae in coemeterio SS. Gordiani & Epimachi repertus an. 1694. *ap. Bonarrot. in obſervat. p.* 167.
Fortaſſe Sabbatius hic, qui in patria preces ad Deum fundere pro ſuis fratribus & ſodalibus exoratur, Martyrio coronatus eſt; quippe SS. Martyrum preces opinione fidelium magni erant pretii, ſummaeque energiae apud Deum.

25 ANATOLIVS FILIO BENEMERENTI FECIT
QVI VIXIT ANNIS VII MENSIS VII DIE
BVS XXI SPIRITVS TVVS BENE REQVIES
CAT IN DEO PETAS PRO SORORE TVA

Romae in Priſcillae coemeterio repertus a Marangon. ipſo teſte in comment. de rebus paganis, profaniſque &c. p. 456. *Exſtat modo in pronao S. Mariae Tranſtiberim prope portam primariam ad dextram ingredientium. Exſcripſi.* B.....L....BE

26

B . . . . . L . . . . BE
COIVGI ASC
FEC
. . . . PETE PRO FIL
. . . . TER SANCTI . . . . .

Apud Oderic. in ſylloge vet. Inſcr. p. 262.

Sibi gratulatur Odericus noſter hoc fragmentum chriſtiani Tituli e tenebris (non ait unde) eruiſſe , putatque ſic illud legi ac ſuppleri poſſe ,

B. . . . . BENEMERENTI
COIVGI ASC. . . . . .
FECIT
ET PETE PRO FILIIS TVIS
VIVAS INTER SANCTIS

Hac autem admiſſa lectione , probat fragmentum traditionem Dogmatis ex duplici capite , quod in prooemio Claſſis propoſuimus. Namque *τὸ vivas inter ſanctis* , quod etiam habemus in Titulo in plura detrito fragmenta , & pertinente ad an. Ch. 268. ap. *Boldet.* p. 80. , eſt chriſtiana adclamatio , qua , vel optatur , vel adſeritur , defuncti animam vivere jam ac beari inter Sanctos.

27

HERACLIA Q. VIXIT ANN XXXVIII . M.
III . RECEPTA IN PACE ☧
XI . KAL . OCTOBRIS

Romae in ſubterraneis ap. Boldet. p. 398.

Nempe Heraclia , ut ego quidem interpretor , ad ſenſum Authoris Tituli in coelum recepta eſt in pace Chriſti eodem ſui obitus die , hoc eſt XI. Kalendas Octobr.

28

AVRELIVS AGAPETVS ET AVRELIA FELICISSIMA
ALVMNE FELICITATI DIGNISSIME QVE VICSIT
ANNIS . XXX . ET . VI .
ET PETE PRO CELSINV CONIVGEM

Apud laud. Odericum p. 263. *ex ſchedis Marangonii .*

Et vero *Marangon.* in adpend. ad acta S. Victor. p. 84. ſub fin. ſic adfert ultimam lineam , EPPETE PROCEISNIANVS CONIVGEM , quae legeris ET PETE PRO CEISNIANO CONIVGE , cum *Zachar.* in laud. diſſ. p. 392.

29 ΓΡΙΓΟΡΙ ΧΑΙΡΕ
ΟΡΕΣΙΑΕΙ
ΜΝΗΜΩΝ
Videlicet
Gregori ſalve
Oreſii ſemper
recordare

In Hoſtiliano ap. Murat. p. 1883. 2. *ex Jo. Pierio Valeriano.*

Ut quid autem Oreſius ſui memoriam apud Gregorium expoſcit, niſi ut pro eo, inter ſanctos jam degens in coelo, uti ſupponitur, Deum exoret?

30 ATTICE SPIRITVS TVS * * *tuus.*
IN BONV * ORA PRO PAREN * *bono.*
TIBVS TVIS

Romae in coemeterio Calliſti ap. Marang. in adp. ad acta S. Vict. p. 119.

Diſerte heic adſeritur Attici anima, ſeu ſpiritus in bono ac optimo aeternae felicitatis gaudio conſtitutus.

31 IVLIVS MAGISTER
BENEMERENTI FELICI
ANO PETAT PRO NOBIS

Apud Clement. Blaſium in Sylloge vet. Inſcr. ex biblioth. Monach. Camaldul. S. Gregorii in Monte Coelio, p. 343.

Julius hic dicitur Magiſter, nec quidem ſine exemplo in re Lapidaria; Magiſter enim dictus eſt ſimiliter *Coritus* in Lapide Tranſtiberino, quem ſupra recitavimus in Tom. II. p. 497. n. 6. tum *Julianus* ap. Murat. p. 1893. 3. & *Urſus* ap. eundem p. 1962. 3. aliique ap. alios Lapidum Collectores.

32 EXVPERANTIA IN PACE PETA SPONO PELIX
*exſu*PERANTIVS FELIX IN PACE

Romae e coemeterio Calliſti ap. Reines. Claſ. 20. *n.* 65. *p.* 913. *ex Aring.*

Blaſius proxime laudatus, p. 334. ſic Titulum adpoſite legit, Exuperantia in pace PETAS PRO NOBIS. Nec eſt profecto cur eam lectionem haud amplectamur lubentiſſime.

ALTA

33 ALTA RVIT SVBITO BENEVENTI GLORIA ....

.....

O ROMOALD MITIS DOCTOR SINI FELLE SVAVIS
TERREA LIQVISTI REGNA SVPERNA TENES
TERRENO VERBIS PLACVISTI QVAM BENE REGI
COELESTI MELIVS NVNC SINE FINE PLACES

....

Salerni ap. Pratill. in hist. Langob. t. 3. p. 303. & 304. e quodam Anonymo Salernitano.

Obiit hic Romoaldus filius Principis Arichis an. 787. ex laud. *Pratill.* qui integrum Epigramma a Davide Episc. Beneventano concinnatum recitat.

34 ☧ MERCVRIVS IVSTE CO
IVGI BENEMERENTI PO
SVIT QVAE VIXIT MECVM
ANNIS XIIII MATER FILIORVM
VII. EX QVIBVS RELIQVIT. II. TVP. ET
TV PE PRO EOS

Romae e coemeterio S. Agnetis ap. Fabrett. p. 551. n. 30.

Postremas duas Tituli lineas, quod rem nostram spectat, ita similiter legit ac interpretatur idem *Blasius* eadem pag. RELIQVIT II. TV PETE ET TV PETE PRO EOS; eique pariter adsentimur.

35 PETE PRO PARENTES TVOS* * *Parentibus tuis.*
MATRONATA MATRONA
QVE VIXIT AN. II. DI. LII.

Romae apud Marchionem Capponium, adtestante Murat. p. 1911. 6.

36 SVT. I PETE
PRO NOS
VT SALVI SIMVS

Romae in coemeterio S. Saturnini ap. Marangon. in adp. ad acta S. Vict. p. 90.

τὸ SVT. I forsan legendum SVTERIDES.

37 ET DOMINA SICELGAITA COMITISSA VXOR EIVS
ET LANDVLFVS COMES FILIVS EIVS
CVIVS ET IN TEMPLIS PETIIT SVA MEMBRA IACERE
IDCIRCO MONEO TE LECTOR CHRISTVM DEPOSCERE SEMPER
CVM SANCTIS REQVIEM ILLICO TRIBVAT

Aeserniae in templo maximo ap. Murat. p. 1897. 1.

Profecto qui preces ad Chriſtum Dominum expoſcit ut defuncti animae requiem illico cum Sanctis tribuat, virtute adſerit, animam jam plene purgatam ea ſtatim requie fruituram.

38

VRSVS HIC RECVBAT . . . . . .
. . . . . .
SIC VITAE INSTANTI COMPLENS TVNC TEMPORA IVSSVS
AD PATRIAM CELSAM IAM REMEAVIT OVANS
CREDITVR HIC CVNCTIS COELI CONSCENDERE CIVES
HVNC ABRAHAE FATEOR IAM RECVBARE SINV
QVEM PARADISVS HABET QVEM COELICA REGNA RETENTANT
AETHERIS ET LOCVPLES OPTINET AMPLVS HONOR.
AMPLEXVM ET RETINENT SANCTORVM BRACHIA PATRVM
AT SIMVL ANGELICVS CONSOCIANDO CHORVS

Beneventi ante portam Eccleſiae Cathedr. ap. laud. Pratill. t. 3. p. 316.

39

. . . . . RECVBAT CELEBERRIMVS HEROS
PRAEPOLLENS ARICHIS . . . . .
. . . . . .
SOLATVR TANTOS SPES HAEC VTCVMQVE DOLORES
QVOD TE PRO MERITIS NVNC PARADISVS HABET
. . . . . .

Beneventi ap. Pratill. laud. t. 3. p. 305. ſq. & ap. Baron. ad an. 787. n. LXV. qui ambo integrum recitant Epigramma.

His tertium ſubnectendum duximus documentorum caput, ex iis petitum Saxis, quae praeferre novimus liturgicam illam formulam *quieſcit*, vel *requieſcit* ſimpliciter, aut *quieſcit in pace*, aut ſaepius *queſcet, ceſquet* pro *quieſcit*, tum etiam *quieſcit in Deo*, *in* ✠ *Chriſto*, ſeu *eſt in requie*. Ejuſmodi quippe formulis idem plane intendebant Veteres, quod hodierna intendit Eccleſia, pro defunctorum animabus exorans Deum illis liturgicis phraſibus, *dona eis requiem*, id eſt beatam in coelo, & *requieſcant in pace*, ſcilicet cum Deo in Regno coelorum; utpote erudita ab Apoſtolo, cui non alia quam Dei viſio jam actu comparata, fuit *Requies*, adeo impenſe commendata Hebraeis per illa verba, *feſtinemus ergo ingredi in illam requiem*, ad Hebr. 4. 11. uti Patres & ſacri Interpretes eum locum pluribus exponunt. Id ipſum plane calculo confirmant ſuo Juniores plurimi cum *Boldett.* in obſervat. l. 2. c. 6. p. 395. col. 1. Immo *Murator.* in comment. de Paradiſo cap. 4. ex nonnullis Patribus conatur depromere, in ſacris ſermonibus verba *Requies* & *Requieſcere* beatitatem jam collatam indicare

Porro ejuſmodi liturgicae formulae ſumma gaudent vetuſtate, a pri-

a primaevis utique Seculis (quod teſtatiſſimum reddunt antiquiſſima Marmora) ad noſtram uſque aetatem conſtanti traditione perductae. Eas fortaſſe, ut alia plura, deſumſit Eccleſia ex l. 4. *Eſdrae* c. 2. v. 34. 35. ubi ſapientiſſimus Eſdras populum adloquutus eſt in haec verba, *expectate Paſtorem veſtrum, requiem aeternitatis dabit vobis . . . parati eſtote ad praemia regni, quia lux perpetua lucebit vobis per aeternitatem temporis*. Quod autem nos optando Deum precamur, ut nempe ejus favente clementia fidelium animae requieſcant in coelis, id eas jam obtinere, ibique requieſcere (ſubintellecta ſpe ac fiducia) adſerunt, planeque adfirmant Lapidum exempla propemodum innumera; e quibus pauciora quaedam ſelecta jam producimus, & ad validiorem dogmatis confirmationem, & ne deſit in noſtro ſacrae Antiquitatis theſauro ejuſmodi copia Epigrammaton, quae ſub titulo noſtro ſatis apte, concinne, atque methodice licet exponere.

40

VICTORIE FECIT SIBI CVM NEPOTE
SVA ROMANA QVE BIXIT ANNOS
SEX QVESCET * IN PACE ☧ * *quieſcit*.

Romae e ſubterraneis ap. Bold. p. 52.

41

ANI III. ME. SEPTEMBRES ANIANVS
DIDIMETI CONGI SVE BENEMERENTI
SEPVLCRVM FECIT. QVI BIXIT AN. XXI
MENSIS DVO FECIT CVM COMPARE SVO AN
NIS XIIII. DIES V. REQVIESCIT IN PACE

Ibidem ap. ipſum Bold. p. 55.

42

CONSTAN
TI . IN PACE
CESQVE *

* *quieſcit*.

Ibid. p. 360.

PAVLI-

43

PAVLINVS . FILIO . PAVLINIANO
BENEQVESCENTI . FECIT . IN . PACE
QVI VIXIT . MEN. VIII



Ibid. p. 369.

44

VIII. K. MAR. MOR.
GEMELINA . QVE VIXIT
ANN. PL. M. V. BENE
QVIESCIT

Ibid. p. 375.

45

AVRELIO AGAPITO DRACONTIO . E. Q. R.
CONIVGI DVLCISSIMO AD QVE INCO
NPARABILI QVI VIXIT MECV ANNIS
XXX SINE VLLA QVAERELLA . AVRELI
A A MAZONIVS FECIT QVIESCIEN
TI IN PACE .



OMNIBVS AMI
CVS OMNIBVS
CONVICTOR
BONVS

Ibid. p. 386.

46

AVREL. CVTTINI . QVE VIXIT AN. XXVII
DIES XXX. REQVIESCIT IN PACE

Romae e coemeterio Gordiani ap. Mur. p. 1837. *e ſuis ſchedis .*

47

CECILI DOMINVS FELICIS POST CONS. VALEN
TINIANI ET VALENTIS VII. KAL. FEB. DEPOS.
APOLINVS . QVI VIX. ANN. XVIIII. M. VII. DVI
QVESCET IN PACE

MATER LEOPARDES

Romae itidem e coemeterio Calepodii ap. cit. Bold. p. 404. Va-

Valentiniani & Valentis collegarum Conſulatum exceperunt anni 366. 369. 371. 374. Ad unum aliquem ex iis pertinet Lapis. *Murat.* p. 383. 5. Lapidi conſignat annum 366. Et merito quidem. Nam ex canone generali ubicumque ejus, qui pluries Conſul proceſſit, non adfertur expreſſus Conſulatus, vel nota *Poſt Conſulatum*, intelligendum eſt *Conſulatus* I. vel *Poſt Conſulatum* I. quia nempe apud Lapides nunquam exprimi conſuevit *Conſulatus* I. aut *Poſt* I. *Conſulatum*, ubi tamen reliqui ordine plerumque recenſentur, e. c. *Conſulat.* II. & *Poſt Conſul.* II. vel *iterum poſt Conſ.* aut *Poſt Conſ.* III. IV. &c.

48 SECVNDINO . BENEMERENTI . QVI VIVIT ANNOS XLII
B. N. F. PRAEFT. PRAET.* QVIESCIT IN PACE. VI. IDVS AVG.

* BENEFICIARIVS PRAEFECTI PRAETORII.

Romae e coemeterio Callisti ap. Bold. p. 415.

Boldettus, qui ſic Lapidem a ſe una cum tumulato corpore, adjectoque vaſculo repertum interpretatur, conjectat, hunc Secundinum eum eſſe Sanctum Martyrem, quem ad eum diem, videlicet VIII. Auguſti exhibet vulgatus Hieronymus in ſuo Martyrologio ap. *Florentinium* ad ipſum diem p. 739. Et quidem ad eundem diem referunt Romae paſſum aut cultum, Martyrologium ms. *Reginae Sueciae* ap. cit. *Florent.* nec non duo alia mss. *S Germani Autiſſiodorenſis* & *Corbejenſe* ap. *Marten.* in theſ. novo anecdot. t. 3. col. 1558. & 1581.

Porro hujus Secundini expreſſa mentio ap. Martyrologium Romanum Baronianum deſideratur, tum ap. alia, puta Adonianum, Uſuardinum cet. Verum fortaſſe apud Romanum tacite comprehenditur ſub *aliis viginti* ſociis, qui ſanctis Martyribus Cyriaco, Largo, Smaragdo eodem hoc die adjunguntur. Colitur hodieque Sanctus hic Martyr apud Contillianum dioeceſis Reatinae, quod ſacras Martyris exuvias, una cum hoc Lapide, atque vaſculo ſanguineo, Boldetto olim intercedente, nactum eſt.

49 M. VIRISSIMVS QVI VIXIT
ANNOS LII. QVESQVET* IN PACE * *quieſcit.*

Ibid. p. 431.

50 D. M.* * *Deo Magno.*
IN PACE . VICTORIA . DORMIT . FILIVS
MATRI . ET . SORORI . DATIVAE BENE
CESQVENTI* * *quieſcenti.*

Ibid. p. 461.

51 ΑΘΗΝΟΔωΡΕ ΤΕΚΝΟΝ ΤΟ ΠΝΕΥ
ΜΑ ϹΟΥ ΕΙϹΗΝΑΠΑΥϹΙΝ

Hoc eſt
Athenodore fili ſpiritus
tuus in requie .

Romae itidem in ſubterran. ap. Marang. in adp. ad act. S. Vict. p 77.

52 ABIENTIA . CESQVET* IN PACE * *quieſcit .*
DEPOSITA XIII. KAL. MAR.
QVAE . VIXI . ANN. L. MEN. II. DIES VII.

Extra Urbem in S. Paulli ap. Mur. p. 1819. 2. *ex Vignol.*

53 BENE QVE
SQVENTI* * *quieſcenti .*
FRATRI BAC
CHILO IN PACE
FRATRES

Romae in coemeterio SS. Marcellini & Petri ap. Mur. p. 1840. 4.

54 DOMINO . CASTERIO . MAGISTRO MILITVM
QVI VIXIT ANNVS . LVIII. M. V. D. III. H. VIII
VITALIANVS . FRATER . B. QVIESCIT . IN . DNO . ZESV* * *Jeſu .*

Interamnae in S. Bartholomaei ap. Mur. p. 1849. 2. *e Donio .*

Saxum huic conſimile de Vitaliano Magiſtro militum recenſuit ex Donio idem *Murat.* p. 1958. 4.

55 B. M.
SERVVLVS QVI VIX.
ANNOS XXXX . DECESSIT
VI. KALENDAS IANVA
RIAS . REQVIESCIT
IN PACE

Calari ap. PP. Praedicatores S. Luciferi , teſte Mur. p. 1940. 9.

56


PVELLAE VRBICAE CONIVGI DVLCI
QVA EIVS OBSEQVIO
SEMPER NOBIS CONVENIT
IN MATRIMONIO QVE VIXIT ANNOS
PM XXX DECESSIT DIE XIIII. KAL. IVL.
QVIESCIT IN PACE ET IN NOMINE

Romae in S. Mariae Novae ap. Mur. p. 1960. 3. *ex Blanchinio.*
Dederat pridem *Gruter.* p. 1058. 4.

57

CILINIA . CAMPETIA . H. F. IN QVA FVIT
INIMITABILIS . CASTITAS . PROBISSIMA . VE
REGVNDIA . INCOMPARABILI . INNOCEN
TIA . PERPETVA . QVIESCIT IN PACE
Q. VIX. ANN.
XVIII
MENSES XI
DIES XXI

Romae in S. Laurentii ap. Grut. p. 1051. *e Mazoch. & Apiano.*
Jure quam optimo Cilinia tot praedita virtutibus creditur jam in coelo quiescere. Secus aliquanto legit Titulum *Aringh.* t. 1. p. 338.

58

LEONTIVS . FAMVLVS . DEI
Q. VI. ANNOS . PLVRES . VEL
MINVS . LXXXII. REQVIESCIT
IN . PACE
MORTVVS . EST . ERA DCXIIII

Majeronae in Baetica ap. Grut. p. 1054. 7. *ex Apiano & Strada.*

59



Romae in coemeterio Cyriacae ap. Aringh. t. 2. *p.* 141.

His facile addendi complurimi ejuſmodi ſymbolicis formulis ornati Tituli, quos recitant praeterea *Aringh.* t. 2. p. 174. & 287. *Grut.* p. 1057. 9. & 1058. 3. & 1062. 4. *Reineſ.* ut plurimum exſcriptor

Aringhi, p. 934. 154. & 980. 363. & 995. 424. *Fabrett.* p. 565. 111. Ergo ne tot, tamque praeclara monimenta non ſuffecerint ad com. probandam pervetuſtam, nec plane intermiſſam de ſancto dogmate Traditionem?

Enim vero non unum eſt, quod cuiquam Critico adverſario reponere fortaſſe lubeat, ut quae nos adſeruimus evertat penitus. Principio enim τὸ *quieſcit* & *requieſcit* facile ſubintelligi poſſunt in ſenſu adprecatorio, more exoptantis, minime adſerentis; alioqui dogma alterum de Purgatorio rejiciendum erit, ubi tanto numero vita functi ad coelum illico traducti creduntur. Deinde pene omnes laudati Lapides cum ea phraſi Romani ſunt: quocirca ſolam Romanorum, non ceterarum Chriſtianarum gentium traditionem teſtantur.

Praeterea requies illa, quam innuunt epigrammata, in obvio quodam ſenſu exponi poteſt, vel de firma fide ac ſecuritate poſſidendae aliquando gloriae aeternae, quae ineſt animabus, piacularibus flammis peccata luentibus, & quae in eo adflictionis ſtatu requies nuncupari merito poteſt; vel potius de beata quadam quiete, in quam animae beatae piorum, militiae labore perfunctae concedunt, ibidem utique exſpectantes felici laetitia fruitionem promiſſae gloriae; uti ſentit & totidem pene verbis loquitur *Calvinus* l. 3. inſt. c. 25. ſect. 6.

Poſtremo formula *quieſcit* vel *requieſcit*, aut *requieſcit in pace* ſaltem aequivoca eſt, nec unam coeli requiem ex placito perſcribentium ipſam deſignat; quoniam apud innumeros pene lapides nihil aliud ipſa indicat, quam quod in loculo, quem ipſa exornat, jaceat, aut metaphorice requieſcat cadaver cujuſpiam Chriſti fidelis, qui in pace, ſeu communione Catholicae Eccleſiae mortem oppetiit; quamobrem paſſim in illis legimus, *Hic requieſcit in pace* iſte vir, aut illa femina. Quid vero ejuſmodi exempla congeram? Ea promunt, ut alios taceam, *Lupius* p. 25. *Maffei.* in Muſ. Ver. p. 180. n. 4. 5. & in antiq. gallic. p. 97. n. 7. p. 98. n. 10. 11. p. 99. n. 15. ſqq. *Fabrett.* p. 561. n. 89. *Reineſ.* p. 907. n. 41. p. 919. n. 83. p. 921. n. 94. p. 927. n. 123. p. 929. n. 131. p. 936. n. 165. p. 937. n. 168. & 169. p. 964. num. 290. *Gruter.* p. 1049. 2. p. 1050. 12. p. 1051. 7. p. 1053. 6. & 8. p. 1057. 3. p. 1059. 7. p. 1060. 7. p. 1061. 6. *Boldett.* pag. 86. *Murat.* pagg. 1828. n. 1. 1830. 7. 1886. 1. 1888. 2. 1889. 4. 1891. 1. 1900. 5. 1902. 7. 1910. 2. 1911. 1. 1913. 1. 1924. 8. 1934. 5. 1935. 12. 1959. 11. 1960. 10. 1961. 9. 1968. 8. *De Vita* in Inſcr. Benev. p. LXIII. *Margarin.* denique pagg. 111. n. 22. v. 57. VIII. 98. XI. 154. &c. Nihil itaque pro adſerto Dogmate faciunt deſcripti Lapides cum τὸ *quieſcit*, *requieſcit*, *in pace quieſcit*; quippe quae formula nullo ad ipſum titulo refertur, quemadmodum & alia omnino compar e Marmoribus mox indicatis; quacum propterea haec, quam nos ſecus, ac violenter interpretamur, & nomine & ſignificatu prorſus convenit.

Cete-

Ceterum facili negotio haec objecta diſpellimus, ſolvimuſque. Siquidem principio non eſt cur verbum indicativum *quieſcit* in ſenſum optativi detorqueamus abſque urgente ratione, quae nondum effulſit, ſicut in aliis pleriſque Lapidibus, qui ferunt *quieſcat*, aut *requieſcet*, a quibus propterea conſulto abſtinuimus inter probandum dogma. Neque vero quidquam ſubinde patitur dogma de Purgatorio; ſenſus enim catholicus adſerens defunctorum animas jam requieſcere, ſeu beari in patria, innixus ſpe, fiduciaque in Dei miſericordiam & largitatem, ſupponit eas plene purgatas, coeleſtiſque muneris, vel ob merita, vel ob ſuſceptum Baptiſmum jam dignas.

Deinde ſi priſcos conſulas Patres, Romae Urbis Eccleſia ne latum quidem unguem a vera fide unquam defecit: quocirca nullo prorſus tempore Antiſtites exteri in gravioribus fidei negotiis non conſuluerunt Romanam Sedem. Satis igitur eſſet pro noſtro argumento Romana traditio de fide dogmatis, in Romanis expreſſa Titulis. Quid? quod plures ex iis aliae dederunt extra Romam Eccleſiae; namque praeter Interamnenſem, Calaritanam & Baeticam jam notatas, rurſum *Gruterus* Veronenſes ac Luſitanos eadem inſignitos formula Titulos recitavit, alioſque Neapolitanos *Reineſius*, *Pratillus*, *De Vita*: quin etiam multo plures, ut nullus dubito, proferri poſſent ex ipſis, aliiſque Chriſtianis priſcorum temporum Eccleſiis, ſi praeſto nobis eſſent ſingularum documenta, quemadmodum Romana patent.

Praeterea violentiſſima quidem & longe praepoſtera eſt illa *quietis* interpretatio compatare ad animas, quae flammis immerſae inter ardentiſſima facialis viſionis Dei deſideria ſummis cruciatibus adflictantur, tum ad eam fictitiam requiem, quam non niſi ſomniando comminiſci poſſis; quippe cui adſerendae nullum a traditione, aut ſacris literis ſuppetit documentum.

Iidem denique tanto numero Lapides, qui objectantur, ſe ipſis nodum plane diſſolvunt; quoniam per τὸ *hic*, ſeu *heic* diſertiſſime notant ac determinant peculiarem defuncti requiem, aut potius obitum in pace vel communione Eccleſiae, ſeu Chriſti ejuſdem Capitis, atque adeo requies per eos Lapides deſignata ultra tumulos non protenditur. Hac autem exceptione poſita, (cujus porro intuitu Lapides objectos in rem noſtram minime advocavimus) clarius elucet, requiem indefinite per verbum indicativum expreſſam a noſtris Lapidibus, aeternam eſſe Dei viſionem, quam ex Majorum ſententia juſtorum animabus plene purgatis elargitur Deus, & quam nos ipſis adprecamur ſub ea indefinita formula liturgica, *requieſcant in pace*.

His denique Monimentis adjicienda quae dabimus pro dogmate de coelo empyreo.

60 *Munera tibi Domine, pro Sancti Martyris Johannis Baptiſtae paſſione deferimus, quia dum finitur in terris, factus eſt caeleſti ſede perpetuus* * *Per.*

E LIB. II. SACRAMENTOR. ROM. ECCL. IN DIE PASSIONIS SANCTI JOHANNIS BAPTISTAE IIII. KAL. SEPTEMB. IN ORATIONE SECRETA MISSAE (ap. laud. *Thomas.* t. 6. p. 149. col. 1. num. LII.)

* In Sacramentario Gregoriano apud *Menardum* legimus, *perpetuus, quaeſumus ut ejus obtentu nobis proficiant ad ſalutem.* Per.

Haec oratio, quae in Miſſa recitatur proxime ante Praefationem, *ſecreta* vocari conſuevit, quoniam ea Sacerdos reflexus ad altare orat voce demiſſa & ſecreto. Ea in Miſſis fere quibuſque commemorat panis & vini munera, nuper parata, ſummoque oblata Numini, in corpus & ſanguinem Chriſti jamjam convertenda. Et jure quidem, adteſtante *Trident.* ſeſſ. 22. cap. 5., *Eccleſia ritus quoſdam, ut ſcilicet quaedam ſubmiſſa voce, alia vero elatiore in Miſſa pronuntiarentur, inſtituit.* Nec porro in ejuſmodi rituum inſtitutione ab Apoſtolica diſciplina & traditione deflexit; ſcimus enim ex *Laodicena Synodo* can. 19. in Miſſae ſacro quaſdam preces ſilentio fieri, & ex *Pſeudo Clem.* l. 8. conſt. apoſt. c. 12. Sacerdotem quum paratur in Miſſa conſecratio, tacite precari conſueviſſe. Hunc ſecretae orationis ritum ita expoſuit Seculo XII. *Hildebert.* Arch. Turon. in carm. de Offic. Miſſae ap. *Bibl. PP.* Lugdun. t. 21. p. 164. col. 1.

His ita praemiſſis ſecreto Presbyter orat
Secretas memorans adſimilanſque preces
Quas egit Chriſtus quum te jam, Juda, remoto
Abſceſſit modicum, terque precatus ait,

Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat a me calix iſte. Alii tamen, quos vide ſis ap. *Durand.* de ritib. l. 2. c. 29. n. 4. ſqq. alium, aliumque myſticum ſenſum huic ritui adſcribunt.

Circa modulationem antiquam & recentiorem vocis in hiſce figillatim precibus multa *Vertus* ſecundum ſuum ſyſtema de ſenſu ſimplici ac literali ceremoniarum Eccleſiae, praeſertim tom. 2. ſuae explicationis, cap. 4. ſparſim. Nec placent quidem omnia nec omnia diſplicent; ſed nec vacat heic ea diſcutere. Lege, ſed caute tamen, ejus impugnatorem *Languetum* de vero Eccleſiae ſenſu circa ſacr. cerem. uſum §. 41., una cum praevia diſſ. de ſacris ritib. Cl. V. *Joſ. Aloyſii Aſſemani.*

Antiquiſſimus juxta ac frequentiſſimus in Eccleſia fuit dies anniverſarius de paſſione, ſeu decollatione Ss. Praecurſoris & Baptiſtae Joannis. Eum jam inde a tempore Euſebii feſtivum fuiſſe Sebaſtenis, & paullo poſt Edeſſenis haud improbabiliter conjiciunt *Bollandiani*

ad

ad d. 24. Jun. de S. Joan. cap. 2. §. 4. p. 706. n. 71. Tum ſub D. Auguſtino Hipponaeregienſi eccleſiae, conſtat ex epiſtola ad Bibianum Sanctonenſem Epiſcopum, e vetuſto codice Carnutenſi S. Petri monaſterii eruta, eidemque Auguſtino adſcripta a *Mabillon.* de liturg. gallic. in adpend. probationum §. 3. p. 458. Feſtum ipſum concelebrant Miſſale ac Breviarium Moz-arabicum, cum Orationali gothico hiſpano; necnon Sacramentarium Gregorianum Menardi, Pamelii, & Roccae; tum Miſſale gallicanum, Lectionarium Luxovienſe, Miſſale gothicum. Commemoratur demum in antiquis Kalendariis cum Carthaginenſi, & in Martyrologiis cum Hieronymiano, Gellonenſi, Corbejenſi, Adonenſi &c. Conf. *Bolland.* cit. *Bailet.* de feſt. ad 29. Sept. *Florentin.* ad ipſum diem exſercit. 13. *Joan. Georg.* de liturg. Rom. Pontif. in adpend. tom. 3. p. 275.

Jam vero quod adductum e codice Gelaſiano & Gregoriano teſtimonium apertiſſime teſtetur noſtri dogmatis traditionem, clarius eſt, quam ut ullo argumento illuſtrari debeat. Ne tamen inde colligas, ad ſenſum authoris & Eccleſiae, Joannem ſtatim ac deſiit in terris vivere, perpetuam in coeleſti ſede beatitatem obtinuiſſe ante Chriſti Domini Adſcenſionem, haec habet Gregoriana Praefatio in eadem Miſſa, *deinde capitalem ſententium ſubiit, & ad inferna Dominum praecurſurus deſcendit: & quem in mundo digito demonſtravit, ad inferos pretioſa morte praeceſſit.* Ac ne rurſum inde *Cadonicus* & *Feltrius* ſuum urgeant ſyſtema illud de Sanctis veteris teſtamenti ante Chriſtum beata viſione praeditis, uti urgebat *Cadonicus* in vindic. Auguſtinianis c. 16. p. 259. ex hymno Brev. Rom. de S. Joſeph concinente,

Hac die Joſeph meruit perennis
Gaudia vitae.

Tum

Heinc ſtygis victor, laqueo ſolutus
Carnis ad ſedes placido ſopore
Migrat aeternas, rutiliſque cingit
Tempora ſertis.

Videlicet ſi ſtandum ſit ab oppoſita ſententia, quam ut dogmaticam pro aris & focis defendit *Mamach.* in tr. de animab. juſtorum &c. praeſertim in hanc rem tom. 2. l. 2. c. 5. §. 1. p. 106. ſqq. At de iis jam ſatis ſub initium hujus §.

Apud *Bolland.* tom. 7. Jun. ad pag. 186. col. 2. haec lego in excerptis e faſtis Cuſpinianis, *Baſſo & Piſone. His Coſſ. paſſus eſt Joannes Baptiſta.* Verum in Codicem, qui, admonente ibidem excerptore *Sollerio*, erroribus ſcatet, irrepſit *Baſſo* pro *Craſſo*, quoniam ut idem adnotat in margine, paſſus eſt Praecurſor Ss. an. aerae vulg. 27. quo plane Conſules proceſſerunt M. Licinius Craſſus & L. Calpurnius Piſo ap. *Almelov.* in faſt. conſ. p. 113.

De vero Joannis Martyrio, quantumvis pro Chriſti fide mortem

non

non obierit, conſule *Suar.* in 3. p. ubi de vita Chriſti, diſp. 24. ſect. 6. De ſanctiſſimo juxta ac dilectiſſimo Praecurſore meo uberius in Parte IV. in Adpendice de vita Chriſti. Interea qui plura volet, evolvat Cl. *Paciaudii* de cultu S. Joannis Baptiſtae antiquitates chriſtianas, porro eruditiſſimas.

61 *Sacrificium tibi, Domine, laudis offerimus in venerabilium commemoratione Sanctorum. Da quaeſumus ut quod illis contulit gloriam, nobis proficiat ad ſalutem ....*

E SACRAM. VULGO LEONIANO IN MENSE APRILI NUM. XXVIII. (ap. laud. *Murat.* t. 1. col. 305.)

62 *Deus, qui Sanctos Apoſtolos tuos, exemptos ab hujus ſeculi fluctibus, angelicis juſſiſti coetibus aggregare ....*

E MISSALI GOTHICO IN MISSA DE S. ANDREA APOSTOLO, IN COLLECTIONE ANTE ORATIONEM DOMINICAM (ap. cit. *Mabillon.* de Lit. gall. l. 3. p. 222. col. 2.)

Collectio heic ac in reliquo curſu Miſſalis gothici dicitur Miſſae Oratio, quae vulgo in ceteris liturgicis libris nuncupatur *Collecta*. Haec autem eo nomine donata eſt, inquit *Microl.* de eccl. obſervat. c. 3. ap. *Hittorp.* p. 383. col. 1. *eo quod ſacerdos, qui legatione fungitur pro populo ad Dominum, omnium petitiones ea oratione colligat atque concludat.* Aliud & aliud ipſi etymon alii adjudicant. Conf. *Amalar.* l. 4. c. 7. *Strab.* cap. 22. *Innoc.* P. III. de Myſt. Miſſae l. 2. c. 27. *Eſpencae.* de Collectis eccleſiaſtic. fere ſub init. a §. *Quod ſcriptoribus*. *Cang.* in gloſſ. lat. art. *Collecta.* 8. *Bona* rer. lit. l. 2. c. 5. n. 3. cum notis *Roberti Sala*, *Durant.* de ritib. l. 2. c. 16. *Goar* in Euchol. in notis p. 30. num. 24. *Beleth.* de div. offic. c. 37.

Collectarum uſus in Miſſis, tam graecis, quam latinis jam a primis temporibus viguiſſe creditur. Earum meminerunt *Pſeudo-Dionyſ.* in epiſt. ad Demophil. *Pſeudo-Clem.* l. 4. conſt. c. 8. *Caeſar.* Arelat. hom. 34. *Auguſt.* epiſt. olim 107. ad Vital Carthag. & l. de dono perſever. c. 23. Nec tandem deſunt, qui ejuſmodi inſtitutionem collectarum ad Apoſtolos revocant, ducibus *Coeleſtino* P. I. epiſt. ad Gal. liar. Epiſcop. cap. 11. & *Genebrardo* lib. de Apoſtolica Liturgia c. 20. & ex parte *Bona* nuper laud. num. IV. Ex iis vero id ſaltem colligere fas eſt, quod ejuſmodi precationes in Eccleſia latina ſuperent vetuſtate ſanctos Pontifices Leonem, Gelaſium, Gregorium M., eſto iidem eas, quibus hodieque utimur, politiore methodo ac ſtilo digeſſerint & concinnarint. Quid

Quid vero deinde de antiquitate feſti S. Andreae Apoſtoli certo differam, plane non habeo, quum non ſuppetant documenta. Scio equidem per aliquot priora ſecula & Eccleſiam latinam & graecam cunctis Apoſtolis commune feſtum celebraſſe, ac Sanctis Petro & Paullo dumtaxat expreſſis, ut erudite differit *Thomaſſin.* de feſt. l. 2. c. 23. haud raro a *Bailetto* exſcriptus, necnon *Beleth.* de div. offic. c. 124. & *Durand.* in rat. l. 7. c. 10. Quo vero primum tempore aut Andreas, aut alius e ceteris Apoſtolis peculiarem ſibi ſollemnitatem nactus fuerit, doceri malo, quam definire. Conferatur interea *Baillet.* ad d. 30. Nov. §. 2. n. 6. col. 466.

63 *O Domine, eſto nobis miſericors, benedic nobis . . per preces & orationes, quas faciet pro nobis . . Mater Dei . . . Per orationes Patriarcharum & Prophetarum, Joannis Baptiſtae . . . Dominorumque patrum Apoſtolorum . . . Sancti Stephani* &c.

Ex Liturg. Coptica S. Basilii in postrema benedictione super populum (ap. cit. *Renaud.* t. 1. p. 25.)

Haec Deprecatio plane demonſtrat Coptitis ejus authoribus cordi fuiſſe ſanctum dogma. Quippe heic inter choros Angelorum reponunt Matrem Dei, Patriarchas, Prophetas, Sanctum Joannem Baptiſtam, Apoſtolos, Stephanum, alioſque plures olim ſanctimonia clariſſimos, tanquam juvantes precibus apud juſtum judicem eos qui in terra adhuc jactantur, atque adeo in empyreo jam beatos.

Heinc vero cit. *Renaud,* in comment. ad hanc benedictionem p 296. ſic ratiocinatur. *Ea ſola diſciplina oſtendit, quam temere recentiores non pauci Scriptores de Orientalibus conqueſti ſunt, quaſi Sanctos nondum Dei viſione perfrui exiſtiment.* Et paucis interjectis, *Jobum Ludolfum* profeſſione Lutheranum acriter carpit, quod in hiſtor. Aethiopica l. 3. c. 5. n. 4. hanc in medium proferat ſententiam ab *Abba Gregorio* Aethiope Amharenſi exceptam, *alii ſunt* (inter noſtrates Doctores) *qui dicunt, non intrant animae beatorum in regnum coelorum ante adventum Chriſti in reſurrectione mortuorum.*

Quid tum vero? Eundem Aethiopum Abaſſinorum errorem ſua aetate obtinentem ex iis qui ea de re ex Abaſſia ſcripſerant, *Nicol. Godignus* in elegantem de Abaſſinorum rebus hiſtoriam, editam an. 1615. cap. 28. non ſemel retulit in haec verba, de Abaſſinorum erroribus differens, *Animas juſtorum ab omni labe & poenae delicto exſolutas nolunt in coelum recipi ad conſpectum Dei ante mundi finem.* Ut quid ergo propter eam narrationem, tot oculatis, auritiſque teſtibus confirmatam, carpendus Ludolfus? Ea quidem univerſale Renaudotii

adſer-

adſertum omnes omnino Orientales in ſanctum dogma convenire tacite adfirmans partim ſubruit: et vero VBIQVE VERITATI LITANDVM. Neque tamen haec Renaudoto admiſſa ex paucis Abaſſinis exceptio contra vulgatiſſimam Orientalium conſenſionem quidquam proficeret.

Pergit *Renaudot.* ut Gregorii, Ludolfo amiciſſimi, in haec & alia authoritatem elevet ad p. 297. *Neque Gregorius homo barbarus, ſpinoſis quaeſtiunculis irretitus, audiendus eſt, verum communis Eccleſiarum omnium traditio.* Ceterum *Ludolfus* idem (cui non eſt cur hac in re fidem detrahas) in praefatione ac in ejus commentario & Gregorii humanitatem, & ſinceritatem, & peritiam in dogmatis atque erroribus Abaſſinorum contribulium pluribus demonſtrat. Quin etiam ejus effata hoc in genere rerum teſtes alii fide digni ap. cit. *Godign.* confirmant. Nec video inſuper quid Gregorius *ſpinoſis quaeſtiunculis irretitus* cenſeatur quum ab eo dogmata gentis ſuae vulgaria quaeruntur.

Ludolfum praeterea corripit Renaudotus, quod hoc errore, aliiſque contra interceſſionem Sanctorum & exſiſtentiam Purgatorii genti Abaſſinorum adſertis ſectae ſuae Luthericae ſuppetias ferre moliatur. Quid autem, ſi errores eoſdem teſtes alii, quos indicavimus, plane orthodoxi, Abaſſinis pariter adpingant? Quid? quod idem Ludolfus circa ſententiam de procraſtinatione beatitatis porro dubius haeret, immo in partem negantem cum catholicis certa conditione propendere tandem videtur in commentario hiſtoriae p. 355. ſqq. Utut vero ſit de errore unius ſub ea tempora (ſcribente *Ludolfo* an. 1681. & 1691) eccleſiae Abaſſinorum, at una tamen hirundo, ex effato receptiſſimo, quod ab *Ariſtotele* petitum eſt, ver non efficit.

64 *Suſcipe, Domine, animam ſervi tui* illius *revertentem ad te: veſtem caeleſtem indue eam & lava eam ſanctum fontem vitæ æternæ, ut inter gaudentes gaudeat . . . & inter Martyres coronatos conſedeat, & inter Patriarchas & Prophetas proficiat . . . . . & inter videntes Deum facie ad faciem videat . . . . . .*

E LIB. III. SACRAMENTAR. GELASIANI IN ORAT. POST OBITUM HOMINIS NUM. XCI. (ap. laud. *Thomas*. t. 6. p. 216. col. 2.)

Quid jam vero clarius, praeclariuſque pro confirmanda eccleſiaſtica traditione de noſtro dogmate? His autem documenta propemodum innumera adnecti poſſent, petita ex orationibus, quas porro libri liturgici praeferunt in Miſſis aut Officiis, vel in honorem Sanctorum, vel in memoriam aut ſuffragium defunctorum digeſtas. Sed ea tamen brevitatis ſtudium mittenda cogit.

QUAE-

200 QUAESTIO III. Conſectanea. Num modo ſint aliquae animae empyrei incolae cum corporibus reſumptis? ADFIRMO. Eſt etenim 1.° anima Chriſti a die Adſcenſionis. Fide certum ex *Luc.* 24. 51. *Act.* 1. 9. *Epheſ.* 2. 4. & 4. 10. *Hebr.* 4. 14. 2.° Anima ſanctiſſimae Virginis, ſcilicet a tertia poſt ſuum obitum die, uti fert traditio eccleſiaſtica, quam pluribus communitam & illuſtratam habes ap. Illuſtriſs. *Siurium* (*d*). 3.° Animae eorum Sanctorum, qui cum Chriſto ſurrexerunt, de quibus *Matt.* 27. 52. (*e*). Quorum vero Sanctorum illae animae fuerint? Nimis incertum. RURSUM QQ. DOGM. SCHOL.

201 Plures cum veteris, tum novae legis referuntur ab *AA.* Adfirmant de meo ſanctiſſimo Joanne Baptiſta *Franc. Lucas* & *Tirinus* (*f*) tum *Maironius* (*g*) aliis refragantibus (*h*) eo quod multas ſanctiſſimi Praecurſoris reliquias veneremur in terris. Sed id minime obſtat. Quia enim ſi iſtae ſint verae reliquiae, uti certe verae ſunt reliquiae ejus manus ſiniſtrae, quae Perpiniani fere integra adſervatur, & ſacrorum ejus combuſti corporis Cinerum, quos Genua ſumma veneratione ac utilitate percolit; tum fortaſſe plures, quae diverſis in locis in honore habentur, e. g. cranii pars apud Auguſtam Praetoriam in Salaſſis, & pars altera Romae in monaſterio S. Silveſtri (*i*) hae inquam replicatae ſunt per bilocationem in mundo & in empyreo, quod & de Chriſti praeputio plures autumant. Nec mirum porro id Deus continuo patret portentum in honorem illius, quo *inter natos mulierum non ſurrexit major*.

OBJECTIONES.

202 Obj. *primo*. Etſi multi Sancti ſurrexerint cum Chriſto, de nullo tamen fert Evangelium, quod ſimul cum Chriſto adſcenderit in coelum cum corpore reſumpto: nefas autem fuiſſet id Chriſto, & Sanctis tam glorioſum fileri, ſi in tanto Myſterio eveniſſet. *Secundo*. Non niſi divinando poteſt de multis adſeri, quod ſint in empyreo redivivi, e. g. de Adam, Eva, David, Joſeph, Joachimo, Anna, bono Latrone, aliiſque, pro quibus adlegantur AA.

203 R. Ad *primum*. *N. Mi.* Illud ad noſtram fidem neceſſarium non erat; & multa quidem ab Evangeliſtis ſubticentur, quae nihilominus pie creduntur. Ad *ſecundum*. *N. Adſ.* Rationi valde conſonum eſt, ut non niſi corpora primorum Sanctorum reſurrexerint cum Chriſto; tumque ut illa corpora non reſurrexerint cito deinde moritura, uti adſerunt contra paucos innumeri (*ii*); nihil autem de ipſis ſecundo obmortuis, aut ſepultis hiſtoriae produnt. Veriſimili itaque

(*d*) In Theol. de noviſſim. tr 30. c. 2. 3.

(*e*) Conf. cit. *Siur.* tr. 34. c. 1. ubi pro Adſerto Doctores recenſet prope innumeros.

(*f*) Ap. cit. *Siur.* n. 38.

(*g*) Ap. *Eckium* hom. 5. de adſumtione B. Mariae.

(*h*) Cum *Suar. Alap. Henao*, *Siur.* &c.

(*i*) De hoc argumento plura *Papebroch.* ad d. 24. Jun. ubi de S. Joanne cap. 4. §. 7. ſqq. omnino conſulendus, ma cum expoſitis ab eodem ad d. 23. Jun. de S. Joanne Presb. Mart. §. 2. p. 483. ſqq. ubi Jacchetti verba recitat.

(*ii*) Ap. & cum *Henao* empyr. l. 6. exſer. 22. ſ. 1. a n. 2, ad 12.

argumento ipſa ſuis credi poſſunt conjuncta animis ad coelos evo-laſſe ; tum ſcilicet quum adſcendens in altum Chriſtus captivam duxit captivitatem.

204 Obj. *tertio*. Corpus D. Joannis Baptiſtae, ſi teneas ſupereſſe in terris ejus reliquias, non eſt in coelo redivivum. Nam 1.° omnino repugnat bilocatio circunſcriptiva ejuſdem corporis. 2.° eſto haec bilocatio phyſice tantum repugnet, non tamen ſunt multiplicanda miracula ſine neceſſitate. 3.° ſimilis praeputii Chriſti bilocatio refellitur ut incredibilis a Suar. (*k*) 4.° heinc etiam corpora plurium, quae cum Chriſto ſurrexerunt, v. g. D. Annae, ac Innocentium Martyrum, quorum verae reliquiae habentur in terris, eſſent in coelo replicatae: immo corpora Sanctorum omnium, quorum animae beantur in empyreo: unde nec ſarta tecta juſtorum reſurrectio in die noviſſimo. 5.° ex D. Th. (*l*) reſurrectio Sanctorum cum Chriſto non facta eſt propter ipſos, ſed in teſtificationem eximiam reſurrectionis Chriſti: ergo potuit Deus ob merum ſuum beneplacitum, Baptiſtae, etſi omnium primo poſt Deiparam (*m*) hoc denegare privilegium, aliis vero minori conſpicuis ſanctitate concedere.

205 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* ſicuti non repugnat bilocatio definitiva corporis Chriſti, ſua gaudentis praeſentia circunſcriptiva (*n*). Neque vero Corpus D. Baptiſtae eſſet heinc vivum ſimul & mortuum, quum mors dicat omnem ubique vitae privationem; at vero corpus, quod vita privatur in terris, vita in caelis perfruitur. Ad 2: continuum hocce miraculum exigit ſingularis Dei amor erga Baptiſtam, qui unus *coram Domino Magnus eſt*. Ad 3: varii ſunt ſenſus hominum. Ipſa probabilis viſa eſt *Vuendelino*, *Joan Mai. Magallan. Breſſero* (*o*).

206 Ad 4: nec pro Sanctis nominatis, nec pro reliquiis ſuppetit adeo grave fundamentum. Aut corpora D. Annae, ac Innocentium non ſurrexerunt cum Chriſto ad vitam immortalem, aut verae eorum reliquiae non ſuperſunt. De ceteris poſt Chriſti Adſcenſionem vita functis, quis dubitet, nondum ullum reſurrexiſſe? Ad 5: reſurrectio illa facta eſt primario propter Chriſtum, ſecundario propter ipſos Sanctos: immo decuit ad hoc eximium teſtificandae Chriſti gloriae privilegium, eos ſeligi juſtos, qui ob majora merita, illuſtrioremque dignitatem arctiori vinculo eſſent Chriſto conjuncti.

§. V.

(*k*) T. 2. in 3. p. d. 47. ſ. 1.

(*l*) In 4 diſ. 43. q. 1. a. 3. quaeſtiun. 1. ad 2.

(*m*) Ut *Mayr. Eki. Gerſ. Salmer.* &c.

(*n*) Quod docuimus cum communi noſtrorum in Philoſophicis.

(*o*) Ap. *Henaum* empyreol. l. 6. exſercit. 22. §. 44.

§. V.

De cultu Beatorum in terris, eorumque interceſſione in empyreo.

PROLUSIO POLEMICA HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in cultum erga Coelites, eorumque interceſſionem.

207 VAria profecto ſunt, quae materies haec de cultu religioſo erga coelites continet, capita dogmatica: videlicet invocatio eorum, cultus in ipſorum reliquias & imagines, credita eorumdem apud empyreum interceſſio. Et in ſingula quidem hac, illacque homines profanos multifario impegiſſe deprehendimus. Nimirum HISTORIA POLEMICA.

Ex Ethnicis

I. *Ii* generatim plerique omnes cultum quemlibet a cultoribus Chriſti olim delatum Martyribus, aliiſve coelitibus deſpectu, irriſione, odioque ſummo inſequuti ſunt (*p*) quippe qui & religionem Chriſtianam tanquam impiiſſimam, & ſectatores ejus omnes ceu atheos perditiſſimos deteſtabantur. Haec pluribus Patres veteres de moribus Paganorum in prioribus Seculis perſequuntur cum *Lactant.* (*q*) *Euſeb.* (*r*) *Tertullian.* (*s*) Adde ex *Auguſt.* (*t*) *vulgarem* & poëticam obtinuiſſe tum temporis Paganorum opinionem, quae docebat, in hoc Chriſti cultores idola convertiſſe, quod Martyrum memorias honorarent.

Jam vero ex tanta inſipientium hominum turba, qui Paganiſmi mores ac dogmata profeſſi, adverſus cultum erga coelites in ſcriptis ſuis adlatrarunt, unum nominatim vel alterum, plurium inſtar, in ſcenam producimus.

II. *Porphyrius*, Tyri in Phoenicia natus, Malco patre, Longini Caſſii primum ac deinceps Plotini diſcipulus, & ſub finem imperii Diocletiani fato functus Romae, ſi audias *Hieronymum* (*u*) Martyrum interceſſionem irriſit, & miracula ad ſepulcra eorundem palam edita daemonum praeſtigias vocavit (*). III. *Eu-*

T 2

(*p*) Ethnicos univerſim Iconomachis adnumerat *Taraſius* in Syn. Nicaena II. act. 5. ferme ſub init. tum Sanctorum Martyrum eorumque cultus obtrectatoribus *Hieron.* l. contra Vigilant. n. 11. & *Aſterius* in ſerm. qui inſcribitur *Encomium in SS. Martyres* ap. bibl. PP. Lugd. t. 5. p. 834. *Combefiſio* interprete.

(*q*) Inſt. l. 5. c. 11.

(*r*) De Martyrib. Palaeſt. c. 4. & hiſt. eccl. l. 8. c. 6.

(*s*) In ſcorpiaco.

(*t*) L. 20. contra Fauſt. c. 21.

(*u*) Proxime cit in l. adverſ. Vigilantium n. 11.

ADNOTATIO.

(*) HIC ille famoſus ſophiſta ethnicus, & praeclari ingenii acuminis, & profanae ſcientiae atque eruditionis laude celebratiſſimus; quem tamen vehementer impium, ſtultum, veſanum, blaphemum, impudentem, ſycophantam, calumniatorem eccle-

III. *Eunapius* Sophiſta, Sardibus Lydiae ortus, Chryſantii auditor, ſub Juliano Auguſto florens, quod gentium dogmata ſequeretur, non parum

eccleſiae & *Euſeb.* & *Hieronym.* & *Auguſtin.* & *Theodoret.* & Patres alii quum de eo incidit ſermo adpellitare conſueverunt.

Et jure quidem optimo. Siquidem in Sicilia valetudinis ergo commorans illos edidit Κατὰ Χριστιανῶν λόγες ιδ *Contra Chriſtianos libros* XV. quos utique ceu convitiis & blaſphemiis portentoſis in religionem orthodoxam ejuſque Conditorem Chriſtum Jeſum confertos nemo priſcorum non citat, ac odio pluſquam Vatiniano non deteſtatur.

Quidni vero avernalis furia haec, & prae ceteris chriſtiani nominis hoſtibus, puta Novatiano, Celſo, Hirocle, aliiſque ferocior & inſanior, cultum chriſtianum in coelites deſpicaretur?

Et hunc quidem etroneum animi ſui ſenſum evomuit procul dubio inſanus Philoſophus in hiſce adverſum Chriſtianos ſcriptis, unde ipſum excerpſerit, qui unus eum nobis prodidit, cit. *Hieron.* contra Vigilantium diſputans. Nec ab iſta opinione abhorret *Holſten.* de vita & ſcript. Porphyrii cap. 11. §. *Verum*. Ubinam vero praeciſe impietatem ſycophanta conſcriptam reliquerit, quum & ipſius & antagoniſtarum ejus, qui e caſtris noſtris triginta numerantur, ſcripta perierint, vel ne quidem leviter divinando res definiri poteſt.

Sed en tibi contra adſertum impii ſophiſtae paganiſmum haud contemnenda emergunt dubia. Primum enim gente Judaeum illum fuiſſe, natum Bataneae, quae eſt in Judaea civitas, author eſſe videtur *Hieron.* in epiſt. ad Galat. praefat. in l. 1. verſus fin. inquiens „ quod nequaquam intelligens Bata„ neotes & ſceleratus ille Porphyrius in pri„ mo operis ſui adverſum nos libro &c. „ necnon *Chryſoſt.* hom. 6. in 1. Cor. n. 3.

Quibus & plures adcinunt cum *Baron.* ad an. 302. n. 52. *Lemonio*, *Jan. Fabro*, *Ponſio*, *Kiihnio* ap. & cum *J. Alb. Fabric.* proxime adlegando, nota *a*. Quin immo *Galatin.* de arcan. cath. relig. l. 4. c. 14. illum ex *Sadocaeorum genere* Judaeum voluit.

Porphyrium inſuper a fide Chriſti primum ſuſcepta Apoſtatam dixit *Nicephor.* hiſt. l. 10. c. 36. poſt *Socrat.* hiſt. l. 3. c. 23. citato ab utriſque teſtimonio Euſebii, tum *Theophan.* in chronol. quibus adſtipulantur *Elias Cretenſ.* in orat. 4. Greg. Naz. n. 69. *Baron.* cit. n. 53. *Raynaud* t. 9. de Juda proditore c. 15. §. 7. *J. A. Fabric.* in bibl. gr. l. 4. c. 27. §. 1. *Buſſier.* in floſc. hiſtor. ante an. Ch. 270. & *Urb. Godofred. Siberus*, qui pluribus eam Apoſtaſiam comprobat duab. epiſtolis, quae exſtant ap. Miſcell. Lipſienſ. t. 1. p. m. 312. ſqq. edit. 1716. Quin & *Auguſtin.* in eadem videtur fuiſſe ſententia, ubi ait l. 10. civ. c. 28. Porphyrium adloquens „ quam (ſapientiam) ſi „ vere ac fideliter amaſſes, Chriſtum Dei „ virtutem & Dei ſapientiam cognoviſſes, „ nec ab ejus ſaluberrima humilitate tumore „ inflatus vanae ſcientiae reſiluiſſes „. Et in eum quidem ſenſum *Vives* & *Coquaeus* heic Auguſtinum exponunt.

E quibus plane conficitur, non inter Ethnicos recenſendum nobis eſſe Porphyrium, ſed inter Acatholicos chriſtiano inſignitos nomine.

Enim vero ſecus alii Eruditi ſentiunt. Quippe illum, non Judaeum, ſed Phoenicem & patria Tyrium cum *Longino Caſſio*, *Libanio* Sophiſta Syro & *Eunapio* Sardiano exiſtimant *Suidas* in Πορφύριος, cit. *Holſten.* c. 5. *Huet.* in demonſtr. evang. t. 1. prop. 4. n. 54. *Pagius* ſenior in crit. Baron ad an. 263. n. 3. & fuius ad an. 302. n. 9. ſqq. *Tillem.* t. 4. in Diocletiano, art. 28. *Sam. Baſnag.* in annal. ad an. 278. §. 3. *Caveus* hiſt. lit. Sec. III. ubi de Scriptor. gentil. *Morer.* & *Author* Lexici noviſſimi hiſt. crit. in Porphyrio, *Brucker.* hiſt. phil. t. 2. a p. 236. ubi de ſecta eclectica §. 15. *Vallarſ.* in nota c. ad cit. praefat. S. Hieronymi in epiſt. ad Galat.

Quid autem eo veri ſimilius, quod veterrimi illi, quos memoravimus, Philoſophi, noſtro aequales, aut ſuppares diſertiſſime & abſque ulla doli ſuſpicione pronuntiarunt? Immo quod & Porphyrius idem adſeruit in vita Plotini ap. J. *A. Fabr.* in bibl. gr. l. 4. c. 26. in vita Plotini c. 7. ſub fin. p. 107. in haec verba „ Habuit praeterea (Plotinus) me „ Porphyrium, patria Tyrium, inter ami„ ciſſimos numeratum „?

Nec praetereundus quidem *Euſebius*. Hic enim in ſuis commentariis, prae primis de praep. evang. Porphyrii ſcripta centies adlegat, quin tamen alicubi eum vocet Judaeum, non uno in loco gentilem, & gentilium magiſtrum ac theologum adpellat. Fruſtra tamen me judice, teſtes iis valde recentiores pro ju-

parum impius & chriſtianis infenſus (x) ubi veterem chriſtianorum cultum erga reliquias & memorias SS. Martyrum, quem apud Canobum prae oculis habebat, prodit, eum ipſe ceu intolerandam idololatriam acri atque petulanti oratione perſtringit (y).

IV. *Maximus* Grammaticus Madaurenſiis venerationem erga SS. Martyres tanquam nefandis ac ſceleſtiſſimis hominibus exhibitam irridebat & condemnabat in literis ad Auguſtinum miſſis (z).

V. *Hicrax* ethnicus vir ſubſannabat chriſtianos, quod SS. Martyrum corpora & cineres honore adficerent, ajebatque ſe mortua oſ-

ſa

judaiſmo praetenſo advocaveris.

Neque vero quidquam probat dictio illa *bataneotes*, uſurpata Hieronymo & Chryſoſtomo, e quibus ad poſteros ea ſententia promanavit; quis enim prudenter exiſtimet eos Patres refragari adſerto in re maxime perſpicua eorum, quos indicavimus, antiquiorum teſtium?

Non itaque ſub illo verbo putandi ſunt intendiſſe Porphyrium natum eſſe Bataneae, quae pars fuit Traconitidis in Palaeſtina ſitae ex *Reland.* in ſua Palaeſtina c. 33., ſed aliud quidpiam, quod porro Eruditi poſt cit. *Holſten.* variis interpretationibus divinare contenderunt, at nondum compertum omnibus.

Heinc vero ceterorum judicium de judaiſmo porphyriano, praefatis Patribus inconſulto ſubnixum ſponte cadit. Recole *Pagium*, *Brucker.* *Vallarſ.* *Holſten.* mox adlatos.

Quod deinde apoſtaſiam Porphyrianam ſpectat, illam firmo & prorſus indubio documento probatam haud facile oſtenderis. Unicus quidem eſt author, cui omnes ejus adſertores innituntur, videlicet *Euſebius*, quem Socrates primus omnium adlegavit; quum tamen locum non citet, iſque inter opera, quae ſuperſunt, Euſebii, non reperiatur, poſſit quis fortaſſe ſuſpicari Socratem haud recte calluiſſe verba Euſebii, vel eum unum eſſe ex adſcititiis, alieniſque adſutis pannicuſis, quibus inter Eruditos conſtat depravata praeferri opera Euſebiana.

Sed eſto, Euſebium fideliter exſcripſerit Socrates, quis tamen illum rumore vario non fuiſſe deceptum fidem dabit? aut quis teſtimonio unius ſteterit ex tot Scriptoribus graviſſimis, qui in eum inſurrexerunt, ne uno quidem Platonico Porphyrio apoſtaſiae perfidiam objiciente?

His autem, aliiſque ſuſpicionibus adductus *Brucker.* cit. p. 254. poſt *Tillemont.* cit. praefatam apoſtaſiam ſimpliciter inficiatur cum ſuis *Thomaſio* & *Heumanno*. De ipſa *Caveus* proxime adlatus, dubius vehementer eſt. Plerique vero cum *Holſten.* in eam propendent, quod Porphyrius olim vel Caeſareae, vel Alexandriae Originem convenerit; itemque alii cum *Voſſio.* hiſt. graec. ubi de Porphyrio, propter laudata ex Auguſtino verba.

Ego adtamen iis parum moveor. Quid enim prohibet, quominus Philoſophus noſter vel quidem ethnicus ſapientiſſimum Originem, ejus eruditionem experturus convenerit; notum quippe eſt Eruditis, veteres illas noſtratum Scholas promiſcue chriſtianos & ethnicos frequentaſſe?

Locus inſuper Auguſtini, ſi ad amuſſim expendatur, minime apoſtaſiam praetenſam innuit, ſed id unum evincit, Philoſopho haud ignotam fuiſſe veritatem, quam lectis ſacris oraculis addiſcere poterat, ſed eum tamen tumore vanae ſcientiae inflatum, ceu humilem abjectamque putaſſe contemtui habendam eſſe viro ſapienti divinam Chriſti doctrinam, atque adeo eam, quo minus amplecteretur, repudiaſſe.

Nihil itaque obſtat, donec clariora documenta oppoſitum urgeant, quominus Porphyrium in Coelites impium inter puros putos Ethnicos repoſuerimus cum laudatis *Tillem.* & *Bruck.*

(x) Autor eſt *Photius* cod. 77. col. m. 170. quem conſulas.

(y) In comment. de vitis Philoſophor. in vita Aedeſii p. m. 84. ſq. ex verſione Hadr. Jun. Hornani. Eundem textum adtulit & aliquanto diverſimode vertit *Petav.* l. 14. de Incarn. c. 11. n. 22.

(z) Exſtant ejus verba, immo integra Epiſtola inter epiſtolas Auguſtini ep. 16. alias 43. Conf. titulum eidem praefixum epiſtolae, & epiſtolam n. 2.

ſa ſceleratorum hominum contingere detrectare (*a*).

Ex Hebraeis

I. *Hebraea Gens* adcuſatur univerſim erroris, odiique implacabilis in cultum erga coelites, ſaltem quoad eorum reliquias & imagines (*b*). De *Samaritanis* quidem teſtis eſt *Epiphanius* (*c*) tanquam impura & abominanda duxiſſe mortuorum quorumlibet corpora vel oſſa. Scimus itidem ex *Euſebio* (*d*) Anonymos quosdam *Judaeos* pro viribus ſtuduiſſe ne chriſtiani Smyrnaei oſſa Polycarpi Martyris colligerent, timentes utique cultum eis poſtmodum a chriſtianis deferendum. Plura denique argumenta odii *Judaeorum* in venerationem coelitum, eorumque Imagines, quorum uſum & cultum ceu jure divino prohibitum etiam poſt adventum Chriſti impenſe ac ſuperſtitioſiſſime perſtringunt (*e*) ſuppeditat *Leontius* Epiſcopus Neapoleos Cypri (*f*). Ut conſulto mittam horrendum illud facinus quod dicunt Syriae Beryti perpetratum a *Judaeis* in ſacram Chriſti cruci ſuffixi imaginem; quippe cujus hiſtoria viris eruditis valde ſuſpecta eſt (*g*) (*).

Ex

(*a*) In epiſtola miſſa ad S. Iſidor. Peluſiot. Presbyt. aegyptium, qui florebat an. 438. quod ediſcimus ex eodem *Iſidoro* epiſt. l. 1. epiſt. 55. ap. Bibl. PP. Lugd. t. 7. p. 539.

(*b*) Conſule *Vazq.* in comment. de adorat. l. 2. c. 1. ac *Trombell.* de cultu SS. diſ. 2. c. 1. n. 6.

(*c*) Haeres. 9. n. 6.

(*d*) Hiſt. l. 4. c. 15.

(*e*) Ap. *Paull. Burgent.* addit. 3. ad Liran. ſup. Exod. c. 20. 4.

(*f*) In ſerm. 5. Pro chriſtianorum apologia contra Judaeos ac de imaginibus SS. cujus excerpta exſtant ap. *C. Nicaen.* II. act. 4. in collect. Hard. t. 4. col. 194. ſqq.

(*g*) Refertur quaſi authore S. Athanaſio in eadem act. *Nicaeni* II. ibid. col. 178. Atvero tanquam ſuppoſitam Athanaſio ejus operum *Editores Maurini* recitant graeco-latinam t. 2. p. 544. ſqq. Illam vide ſis una cum admonitione praevia.

ADNOTATIO.

(*) NEmo profecto, me judice, diſerte adſeverare poſſit, univerſe Judaicam gentem deliquiſſe adverſus invocationem coelitum, quae in materia de ipſorum cultu primum conſtituit caput. Notum quippe eſt, invocatos haud ſemel fuiſſe coeleſtes Angelos ab Hebraeis, ut liquet ex *Genes.* 48. 16. & *Job* 5. 1. ac 19. 21. interprete ad haec poſtrema verba *Auguſt.* in adnotat. in lib. Job, necnon in eundem locum *Lyrano*, hebraicarum conſuetudinum & opinionum plane ſcientiſſimo.

De eadem inſuper ſub tempora recentiora invocatione, depromta utique procul dubio a veteribus patriis ritibus, & avitis perſuaſionibus haud obſcura monumenta ſuperſunt. Habemus ſiquidem ap. *Bartolocc.* in bibl. rabb. t. 1. a p. 192. Litaniuticas ſupplicationes cum invocationibus Angelorum ordine alphabetico digeſtas a *R. Eliezer Kakalir*, quae olim uſui erant Synagogae Germanicae.

Huic adde canticum cum precibus ad Angelos uſitatum apud Hebraeos in die *Kippur*, quod Authori ſuggeſit *Franciſc. Griſendus*, ibidem laudatum p. 207. ſqq.

Trombellius item haec nobis teſtatur recitare Hebraeos, deſumta ex quodam libro Mantuae vulgato ſub an. Hebraeorum aerae 5475. „ Angeli pacis egredimini in „ occurſum (*defunctii*) portas paradiſi volu„ ptatis reſerate illi, atque pacem adven„ tui ejus denuntiate. „

Haec inſuper eoſdem edocere rogandos Angelos in quodam ſuo precationum libro, „ Angeli Miſericordes miniſtri Dei altiſſimi „ placate, quaeſumus, faciem Dei optima „ deprecatione: fortaſſe miſerebitur populi

„ ege-

Ex Mahumedanis

I. *Mahumedani* generatim hoſtes habentur infenſiſſimi cultus coelitum,

„ egeni & inopis. „

Quid? quod *Bartolocc.* idem, priſcarum Hebraeorum conſuetudinum callentiſſimus, ibid. p. 197. ſcite admonet, SS. Angelorum invocationem vetuſtiſſimum eſſe Judaeorum placitum & Synagogae univerſae dogma; quidquid illud Rabbinorum unus vel alter imperite reſpuat cum *Joſepho Albo*. Id quod multo pridem innuiſſe mihi videtur *Euſeb.* praep. ev. l. 3. c. 3.

Sed & ſanctos viros vita functos, aut invocatione, aut aliis ſacris honoribus coluerunt Hebraei; pro certo utique habentes dogmate illorum merita & ſuffragationes apud Dominum. Quam doctrinam ceu antiquiſſimam apud gentem hebraeam cit. *Bartolocc.* p. 201. perite colligit ex *KR. Avin* & *Moſe Aegyptio*, maximae inter Judaeos exiſtimationis Doctore; quo revincat adpoſite *Hottingerum*, eam in notis cipporum hebraicorum vocitantem *prodigioſum novae Theologiae axioma*. Idem poſtmodum retractat *Bartolocc.* t. 3. p. 516.

Quin etiam ex eadem Rabbinorum doctrina revincendus pariter venit *Buxtorfius* ubi in ſynag. judaica c. 3. p. 17. articulum illum quintum fidei, quo Judaei profitentur credere, Deum ſolum, & neminem praeterea adorandum eſſe, ita explicat, ut illi fide certa teneant „ etiam nullos *Melizim* advocatos & mediatores inter Deum & homines collocandos eſſe „ quaſi vero adoratio, quae latriae ſumme inferior eſt, erga coeleſtes interceſſores idololatrica ſit. Ita vero hic author in ſequiorem ſenſum ſcholae ſuae Proteſtanticae judaicam fidem detorquere contendit.

Quod praeterea apud Hebraeos ſaepe invaluerit ſacra erga ſepulcra, corpora, oſſa ſanctorum hominum vita functorum veneratio, non unum exemplum fidem facit. Siquidem ex *Exod.* 13. Moyſes ex Aegypto S. Joſephi oſſa ſecum honorifice adſportavit & in terram promiſſionis tranſtulit, & ex 4. *Reg.* 23. quum Joſias, idololatriae exterminandae incumbens, aliorum mortuorum oſſa in cineres redegiſſet, oſſa tamen ſancti cujuſdam Prophetae ibidem reperta, illaeſa penitus adſervari juſſit.

Novimus item ex *Nazianz.* orat. 22. Mulierem illam fortem Machabaeorum matrem tortorum filiorum fragmenta membrorum excepiſſe ac reliquias adoraſſe: tum ex vulgato *Epiphan.* in vitis prophetarum, *Petavio* interprete, in t. 2. oper. S. Epiphan. c. 7. p. 138. ſq. ad vitam S. Iſaiae dicitur illius adcolas luci, in quo tumulatus eſt, cum ſummo cum honore ac magnificentia ſepeliviſſe, ut ejuſdem precibus aquarum uſum obtinerent; atque ad vitam Ezechielis cap. 9. p. 141. haec habentur „ Jacet Vir ſanctus in Syrorum regione, ac multi ejus „ ad ſepulcrum orationis cauſſa confluere ſolebant „. (Opuſculum iſtud Bellarmino & aliis foetus Epiphanii eſt, Caveo, pluribuſque forte veriſimilius Epiphanio ſuppoſitus, ſed authoris tamen vetuſtiſſimi.)

Jam ex dictis liquido conſequitur, gentem iſtam quaſi ex lege, more, ſeu dogmate ejus Synagogae non averſari invocationem ac interceſſionem coelitum, ſive illi Angeli ſint, ſive viri ſancti vita functi; nec item reverentiam aut cultum religioſum erga iſtorum lipſana; quidquid *Hieronymus* epiſt 109. ad Riparium, alias 53., n. 1. primarios hujuſce cultus erga lipſana oppugnatores, fortaſſe innixus Epiphanio *ſupra* adlato, Judaeos ac Samaritas velit. Quia enim, ut verbis loquar *Bellarmini* l. 2. de reliq. & imag. SS. c. 1. „ porro Judaei & Samaritae omnia corpora „ immunda eſſe credunt, nihil tamen in „ particulari de Sanctorum corporibus diſputant. „ Conf. *Trombell.* cit. diſſ. 4. c. 1. diſſ. 5. c. 1. ſqq. diſſ. 8. c. 1.

Alia vero ratione exiſtimandum eſt de Judaeis quantum ad uſum, cultumque ſacrarum imaginum. Quoniam, vel omnium imaginum uſus lege veteri ſublatus fuerit, quod tenent *Villalpand.* in adpar. urbis ac templi p. m. 389. col. 2. plurimique *TT.* ap. & cum *Vazq.* de adorat. l. 2. c. 2; vel ſaltem non omnes imagines prohibitae ſint Judaeis, quod adfirmat *Majemonides* ap. Bern. Lamyum de tabernac. Moſ. col. m. 327; vel ipſis uſus & cultus debitus imaginum abſque idololatria & ſuperſtitione generatim permiſſus fuerit, quod tenent *Beda* l. de templo Salom. c. 19. *Pineda* de reb. Salom. l. 7. c. 15. n. 4. *Bellarm.* de imag. l. 2. c. 7. *Bartolocc.* cit. t. 3. p. 422. ſqq. alique ap. cit. *Vaz.* c. 1. ſatis conſentiente cit. *Trombell.* diſſ. 8. c. 3. 8. & diſſ. 10. c. 1. & alias (quod pluribus diſputare non vacat) exploratiſſimum tamen eſt, apud Judaeos, ex quo ſibi temperarunt ab idolo-

lola-

litum, quod ſpectat prae primis reverentiam ſacris imaginibus delatam (*h*).

II. *Mahumedes* & *Moslemi*, e ſectis Mahumedanis praecipua, exhibitum ſacris imaginibus honorem ceu idololatricum deteſtantur & oppugnant. Ceterum „ injuria Chriſtianos idololatriae adcuſant Moslemi „ ob ſacrarum imaginum cultum, quum ipſi delubrum Meccanum, „ Saxum nigrum, lapidem ſuper quem ſtetit Abraham, puteum Zam„ zam, Sapham & Mervam, ſepulcrum & oſſa Mahumedis, & aliorum, „ quos ipſi Sanctos fuiſſe putant, adeo colant ac venerentur: quin „ & viventium Sanctorum ſeu Dervifiorum ſuorum non ſolum oculos „ & manus, ſed etiam obſcoena deoſculentur atque in magno habeant, „ honore „ Totidem verbis, pluribuſque Moslemos exagitat, revincitque *Marraccius* (*i*) imitatus utique *Damaſcenum*, qui multo pridem quid ſimile in Iſmaëlitas ſeu Mahumedanos intorquebat (*k*) (*).

Sed & iſtos rurſum, & ceteros vulgo *Mahumedanos*, ſeu *Turcas*, qui chriſtianum erga coelites cultum irrideant ac blaſphement, vehementiſſime objurgare atque revincere liceret ex ſuiſmet ritibus, quibus complures e gente ſua ceu ſanctos ac Taumaturgos magnis obſequiis colunt, e. c. invocationibus, precibus, feſtis, votis, peregrinationibus. Plura & minime quidem vulgaria in hanc rem collegit ex probatis Scriptoribus *Pfeifferus* (*l*) quem ſi lubet, conferas.

Ex

lolatria & perrarum fuiſſe quarumlibet uſum imaginum, & ardens ubique percrebuiſſe odium in ſacras chriſtianorum imagines.

Ex iis vero duo colligimus. Primum ſcilicet, Hebraeos inter hoſtes ſacrarum imaginum jure recenſeri a *Taraſio* Epiſc. CP. in C. Nic. II. Act. 5. fere ſub init. Alterum vero, numos plurimos Hebraeorum literis & imaginibus percuſſos, qui circumferri ſolent & pro veteribus venditari, ad ſuppoſititios incunctanter amandandos eſſe, quidquid ſecus ſentire videatur *Selden.* de jur. nat. gent. l. 2. c. 6. p. m. 193., uti adpoſite definit, qui nonnullos id genus profert, cit. *Bartolocc.* t. 4. a p. 158., cui laudato ſuffragatur *Baſnag.* hiſt. Jud. l. 4. c. 17. n. 9.

(*h*) Conf. *C. Nic.* II. act. 5. ſub init. *Vazq.* de adorat. l. 1. diſp. 5. c. 1. & lib. 2. d. 6. c. 1 *Bellarm.* de imag. l. 2. c. 6. *Suar.* in 3. p. t. 1. diſp. 52. ſ. 1. *Prateol.* in Manete, *Coccius* t. 1. l. 5. ar. 6. *Marracc.* in refut. Alcorani in ſuram 2. §. 5. p. 17.

(*i*) Mox citatus p. 18. itemque in prodromo par. 3. c. 22. p. 70. ſqq. Eum conſulas.

(*k*) De haereſibus, haer. 101. §. *Inſuper*.

ADNOTATIO.

(*) Putaverim, cum hoc Moslemorum errore convenire ceteras quaslibet, quae propemodum innumerae ſunt, Mahumedanas haereſes aut ſectas, cum veteres, tum recentes, ſi unam ex iis exceperis, quam *Kadezadali mixti* conſtituere feruntur. De iis quippe, Mahumediſmum utique cum Chriſtianiſmo permiſcentibus & confundentibus, tanquam quid oppido ſingulare reperio ap. *Marracc.* proxime laud. p. 36. & credere Spiritum ſanctum eſſe Mahumedem ſuum, & imagines Sanctorum ac figuram Crucis venerari.

Qui plura cupias de numero illarum ſectarum, una cum decretis cujuſque praecipuis, adeas eundem *Authorem*, qui ibidem c. 24. ſqq. a p. 73. ſingula ſummatim recitat latine verſa ex hiſtoria ſingulari arabica *Iſmaëlis* filii Aly.

(*l*) In theol. judaic. & Mahumed. exſercit. 7. de relig. Turcar. & Perſan. cap. 2. theſi 17. ſqq.

Ex Heterodoxis

I. *Turba Magna* hoſtibus cujuſque religioſi cultus coelitibus debiti vel obſcure proluſiſſe, vel certo faviſſe fertur. Nimirum *Baſilides primus, qui ſanctos venerandos, invocandoſque negaverit, fuit* (*m*)..., *Gnoſtici* eodem haerentes luto, propterea reprehenſi ab *Irenaeo* l. 3. c. 20. (*n*)... *Caini* ſive *Cajani* ob eundem ferme errorem confutati olim a *Tertulliano* in ſcorpiaco (*o*)... *Novatiani*, *Encratitae*, *Ariani*, *Manichaei*, *Marcionitae*, *Phantaſiaſtae* aut *Theopaſchitae*; tum qui confundebant Chriſti naturas, puta *Petrus Gnapheus*, *Xenajas* Hierapolitanus, *Severus*; ii inquam omnes adverſariis ſacrarum iconum ſeu imaginum adnumerantur (*p*).

Tum S. Epiphanii aetate *Collyridiani* apud Arabes mulierculārum quarundam miniſterio ſanctiſſimae Virgini Mariae in panibus ritu ſollemni ſacrificium, ſoli Deo debitum, nefanda idololatria offerebant (*q*)... *Euſtathius*, aliis *Euſtaſius* & *Eutactus* (*r*) Sebaſtianenſis in Armenia Epiſcopus IV. ineunte ſeculo chriſtiano loca Sanctorum Martyrum contemſiſſe fertur, ſimulque objurgaſſe conventus ſacros, qui in illis celebrabantur (*s*). *Eunomius*, nequior ille Arianorum princeps, gente Cappadox, qui vixit an. 357. SS. Martyrum reliquias, cultumque eis a fidelibus exhibitum irridebat; eumque illico florente D. Hieronymo ſequutus eſt *Vigilantius*, aliis Hiſpanus, Gallus aliis (*t*). Adde & *Jovinianum* (*u*)... *Fauſtus* profeſſione Manichaeus chriſtianorum in SS. Martyres cultum ceu idololatricum & ethnicum in haec verba repudiat, ortodoxos adloquens (*x*) *Sacrificia vero eorum* (Gentilium) *vertiſtis in Agapes, idola in Martyres, quos votis ſimilibus colitis, defunctorum umbras vino placatis & dapibus* (*).

(*m*) Haec *Jo. Gaſpar Rutlandus* in loc. commun. ubi de venerat. & interc. SS. fol. m. 93. de an. 1562. citato Hieron. epiſt. 68.

(*n*) Ita *Suarez* proxime productus.

(*o*) Ap. *Hieron.* contra Vigilant. n. 9.

(*p*) Ap. Patres *C. Nic.* II. act. 1. & 5.

(*q*) Refert, acriterque confutat idem *Epiphan.* haer. 79.

(*r*) De quo fortaſſe ſermonem habet *Epiph.* haer. 40. n. 1. & deinceps.

(*s*) Videtur erui ex *C. Grangrenſi* adverſus ipſum Euſtathium coacto. Conſule illius praefat. & canon. 20. & *Jonam* Aurel. de cultu imagin. l. 1. ap. bibl. PP. Lugdun. t. 14. p. 169. col. 1. fere ſub init.

(*t*) Ap. ipſum *Hieron.* qui in l. contra Vigilant. n. 9. Eunomium vocat hujus haereſeos, quam evulgabat Vigilantius, authorem.

(*u*) Ex *Jo. Maria Verrato* in diſputationib. adverſ. Lutheranos ubi de invocat. & ſuffragiis SS. fol. m. verſo 96. edit. Venet. 1544.

(*x*) Ap. *Auguſt.* contra Fauſt. l. 20. c. 4.

ADNOTATIONES.

(*) I. IN haec, quae hocce articulo deſcripſimus, nonnulla obſervatu digna veniunt, quibus fere cunctis enodandis facem nobis praetulit Clariſs. *Petavius* de Incarnat. l. 14. & 15. ſparſim, eumque fideliter ſequutus *Trombell.* in praeclaro comment. de cultu SS. diſſ. 2. c. 2. ſqq. & diſſ. 8. c. 2. Nimirum

II. Quem Rutlandus Baſilidi Haereſiarchae adſcripſit errorem ſubticent plane omnes, quod ſciam, qui illius haereſes recenſuerunt cum priſcis *PP. Iren. Epiph. Philaſtr.* Nec idem ipſe Hieronym. ubi citatur, Baſilidem nominat. Rutlandum fortaſſe memoria fefellit.

III. Qui

II. *Novatiani* plerique per Alexandriam dispersi sub an. circ. 584. reliquias Martyrum esse venerandas detrectabant. Eos perstrinxit *B. Eulogius* Archiep. Alexandrinus, magna pietatis & doctrinae laude tum florens (y).

III. *Paulliciani*, Manichaeorum propago quaedam inter Arabes, authore *Constantino* quodam, qui Silvani nomen usurpabat sub an. circ. 656. coelitum cultui quamperfide detraxerunt. Siquidem, ut author est *Cedrenus* (z) *immoderata maledicendi impietate sanctissimae Deipa-*

III. Qui ap. Suarezium reprehenduntur ab Iren. l. 3. c. 18. olim 20. non videntur diserte negasse SS. Martyribus cultum debitum, sed ut plurimum indirecta facie, quatenus ab obeundo martyrio tanquam a re minus honesta vel prorsus illicita fideles arcebant. Confer cit. *Iren.* l. 3. c. 18. n. 5.

IV. *Cainos* diximus, quos inquit cit. *Hieronym.* eam contra honorem SS. Martyrum coluisse sectam „ quae olim adpellabatur „ Caina haeresis „. Hos quidem S. Doctor, tanquam qui Vigilantio haeretico certe prolusserint, iis adnumerat, quos Tertullianus suo contra Gnosticos scorpiaco strenue confutavit.

Et vero validissimum illud *Scorpiacon de bono Martyrii* totum est, quo nempe permultis titulis Martyrii honestas & dignitas commendatur adversus hostes Martyrii, qui nempe istud ceu minus honestum, sanctumve rejiciebant, minime vero iis, qui Martyrium subierant honores directa facie detrahebant.

Id quod ad evidentiam colligas ex eodem scorpiaco diligenter expenso, necnon ex *Cypriani* epist. ad Fortunat. de exhortatione Martyrii, in qua sanctissimus Doctor Tertulliani Magistri Scorpiacon imitatur ad verbum frequenter.

Quid ergo Hieronymus criminatur Vigilantium, quod cum iis suis prolusoribus in haeresi Martyribus cultum adimente convenerit? Nodum hunc alii, qui nobis ingenio ac eruditione praestant, solverint.

V. Quod *Xenajas*, aliis *Xenechias*, perditissimus homo & Satanae mancipium, Domini Sanctorumque imagines proscribendas & amoliendas doceret, diserte testatur *Theophanes* in chronograph. in Zenone ad an. 482. p. m. 115. edit. Paris. 1655. consentitque totidem fere verbis *Anastas.* biblioth. in hist. ad an. 482. p. m. 47. edit. Paris. 1649. Plura de odio & gestis Xenajae in sacras imagines edidimus ex *C. Nicaeno* II. act. 5. Unde jure cum *Petavio* Xenajam dixeris expressum Iconomachorum authorem & antistitem praecipuum. Quod equidem miramur vel ne per umbram adtigisse *Nat. Alexandr.* ad Sec. VIII. c. 2. ar. 1. ubi de haeresi Iconomach. & fere *Memburgum* in hist. de iconoclastis ad an. 726. ubi apertum sacrarum imaginum hostem omnium primum voluit Leonem Isaurum.

De *Novatianis* vero, *Encratitis*, *Arianis*, *Manichaeis*, ac ceteris, quos a Patribus Nicaenis recensitos dedimus, quum ulteriora non suppetant documenta, haud facile est verum intelligere sensum, quo ab illis Patribus inter adversantes sacris imaginibus connumerantur. Eum satis haesitans conjectat *Petav.* cit. quem conferas.

VI. *Eunomianos* inter hostes honoris reliquiis SS. Martyrum delati recensuit quoque *Asterius* Amaseae Episcopus, Scriptor egregius Seculi IV. in encomio in SS. Martyres ap. Bibl. PP. Lugd. t. 5. p. 834. sub init. Idem Asterius laudatur ap. Synod. Nic. II. act. 4. & 6. At vero quod *Jovinianus* hujus erroris *author & haeresiarcha primo* fuerit, quod habet cit. *Verratus*, suspicor ejusdem Verrati falsam esse sententiam, quippe quam nec Hieronymus in libris contra Jovinianum, nec alius, quem viderim, ex Haereseologis indicaverit.

Videtur itaque primum hujus erroris adsertorem *Eustathium* fuisse inter Heterodoxos, aut *Eunomium*, quem proxime consectatus est *Vigilantius*, Hieronymo *Dormitantius*. Conferendus cit. *Vazq.* de adorat. l. 1. d. 5. c. 1. & l. 2. d. 2. c. 1. & l. 3. d. 3. c. 1.

VII. *Isaacus Beausobrius* in hist. Manich. t. 2. l. 9. c. 3. sqq. ritibus sectae suae Calvinianae morem gerens, caussam Fausti adversus Augustinum & orthodoxam Ecclesiam universam, defendendam suscipit. At merito tamen vapulat & profligatur a Nostro *Alticotio* in commentar. de mendaciis & fraudib. Beausobrii diss. 12. Eum si vacat consulas.

(y) Conf. *Phot.* cod. 182. §. *In his*. p. 414. & *Baron.* ad an. 600. n. 2.

(z) In comp. histor. ad an. 640. t. 1. p. m. 434. edit. Paris. 1647.

Deiparae obtrectant ... Quin & venerandae Cruci ſcelerate detrahunt... Vates quoque divinos & reliquos ſanctos explodunt. Beatum Petrum magnum illum Apoſtolorum principem gravius reliquis omnibus & infamant & prorſus a ſe rejiciunt, negantes eum in ullam ſalutis partem venire. Haec inſani illi tenebriones (*a*).

IV. *Iconomachi*, ſeu *Iconoclaſtae* in Oriente VIII. ferme ineunte Seculo bellum ſacris imaginibus ardenter innovarunt, eo praetextu quod cultus iis delatus idololatricus eſſet. Eos *Damaſcenus* (*b*) vocavit itidem *Chriſtianocategoros*, ac *Thymoleontes* (*).

V 2 Icono-

(*a*) Plura de iis cit. *Cedren. Petrus Siculus* hiſt. Manichaeor. ad an. 653. *Euthym.* in panopl. tit. 21.

(*b*) Haereſi 101.

ADNOTATIO.

(*) *Gaulterius* noſter in collat. vet. errorum Seculi VIII. c. 2. de *Chriſtianocategoris* agens haec habet „ Hac adpellatione S. Damaſcenus (v. *Chriſtianocategori*) veteres quoſdam haereticos notat qui „ Chriſti imagines, Deiparae Virginis, Angelorum, ceterorumque Sanctorum numinis inſtar venerabantur „.

Et vero Damaſceni verba ubi adſegatur haec ſunt „ Chriſtianocategori ſunt & dicuntur qui chriſtianos uni vivo & vero Deo „ ſervientes criminantur, ac ſi venerandas „ Domini Jeſu Chriſti & immaculatae Dominae noſtrae ſanctae Dei genetricis, ſanctorumque Angelorum, nec non beatorum „ imagines veluti deos more gentilium colant „ quibus porro ferme totidem verbis conſona ſunt, quae *Nicephorus* CP. antirrh. 3. c. 88. recitavit in fragmento ſatis amplo ex libro quodam *de haereſibus*, quo oſtenderet haereſim hanc ab hoſtibus chriſtianorum ortum duxiſſe. Illud *Lequienius* inſeruit tomo 1. oper. Damaſc. ad pag 115. ſq.

Ex iis autem egregie falſus, nec Damaſceni enarrantis mentem adſequutus videtur *Gaulterius* adductus, cui addendus *Sianda* idem adſerens ex Damaſc. in lex. pol. art. *Chriſtianocategorigi*.

Nihilo ſecius erit fortaſſe qui utriuſque ſcriptoris cauſſam protegendam ſuſcipiat. Quippe in editionibus veteribus Damaſceni ad eum locum ſic legimus „ Chriſtianocategori & ſunt & dicuntur, quod quum chriſtiani unum Deum vivum & verum venerentur, ipſi venerandas imagines Domini „ noſtri Jeſu Chriſti, dominaeque noſtrae „ ſanctae Mariae, quae Deum ſuſtulit & peperit, ſanctorum Angelorum atque ejus „ ſanctorum, ita coluerunt ut deos more „ Graecorum „.

Ita quidem quantum ad ſenſum verborum Damaſceni textum graecum vulgo reddiderunt antiquiores Interpretes cum *Jacobo Fabro* Stapulenſi, *Jac. Billio* Prunaeo, *Jac. Perionio* Monacho B.

Ergo ne, inquies, Lequienius junior, cujus lectionem probamus, praeponimuſque, fidelius Damaſcenum vertit, ejus mentem felicius adſequutus, quam alii antiquiores?

Et vero Lequienii lectionem jure praeponendam exinde remur, quod iſta quantum ad id quod diſputamus eadem eſt cum adcurata verſione *Cotelerii* in monumentis Eccl. graecae t. 1. p. 357. edit. 1677. & cum citato Nicephori CP. fragmento; tum quia *Lequienius*, ipſo teſte in praefat. in lib. Damaſceni de haereſ., editionem ſuam e permultis Codd. mss. collatis valde caſtigatam vulgavit.

Quin etiam recentiorem lectionem probat, veteremque reprobat contextus idem Damaſcenicus. Quia enim ap *Billium* & alios antiquos ubi adducuntur Chriſtianocategori proxime poſt verba mox recitata ſic procedit oratio,

„ Eiconoclaſtae autem vocati ſunt „ quod eaſdem ſanctas & veneratione dignas „ imagines cum ignominia tractaviſſent &c. „ Thymoleontes autem dicti ſunt „ &c. Ibi vero proculdubio Sanctus Haereſeologus eoſdem quos Chriſtianocategoros dixit, & Iconoclaſtas, & Thymoleontes nuncupavit. Quis autem probe ſapiens credat, eos Novatores imagines, quas ut deos colerent, ceu quid impium confregiſſe?

Adde, memoriam ſectae hujuſmodi hominum, qui ſub ea fere tempora Iconomachiae,

Iconomachiae impiiſſime innovatae dux & princeps habetur omnibus *Leo* III. Imperator *Iſaurus*. Et huic quidem praecurſores proximi praeiviſſe feruntur *Ezidus*, aliis *Jezidus* & *Izithus* Arabum Calipha ſeu Rex, Umari ab an. 718. ſubceſſor, & *Conſtantinus* quidam Nacoliae in Phrygia ſalutari Epiſcopus. Horum quippe primus, promiſſis ſuadente Sarantapechyde duce Hebraeorum, & inſigni praeſtigiatore, e templis chriſtianorum, totiuſque imperii ſui finibus Chriſti & Sanctorum imagines delendas ac deturbandas juſſit; quod quum Chriſtiani perpetrare ſancte horrerent, Arabes & Hebraei alacres exſecutioni mandarunt. Heinc vere dicitur innovatus error in cultum imaginum Magiam, Judaiſmum & Mahumediſmum progenitores teterrimos nactus.

Alter vero & ſacras imagines e ſua dioeceſi extirpandas impie curavit, & ob impietatem a dioeceſanis expulſus in aulam irrepens, Leonem Iſaurum, qui jam olim Judaeis duobus imperium ſibi vaticinatis rem opportuno tempore ſe facturum promiſerat, adverſum ſacras imagines mirum in modum adcendit (*c*). Adeo ut Imperator nequiſſimus eum exinde impietatis ignem, erroriſque fuliginem in eccleſias orientales intulerit, qui non niſi poſt annos plurimos extinctus ſit.

Jam vero conſulto miſſis geſtis atrociſſimis, quibus venerandae coelitum imagines eo gliſcente bello conculcatae ſunt, in parietibus foediſſime obliteratae, in fruſta minutiſſima comminutae, in flammas projectae; tum Martyribus compluribus ob cultum imaginum ſupplicia acerbiſſima perpeſſis; ea duntaxat pro noſtro inſtituto delibanda adgredimur, quae vel errorem in ſanctum dogma, vel praecipuos erroris patronos concernere videantur (*d*). Itaque

Leo Imperator, genere obſcuro natus, cognomento *Conon*, a patria *Iſaurus* dictus, anno (ut nonnullis contra alios ſecus opinatos placet) 726. imperii ſui 11. edictum primum de abolendis ubique ſacris imaginibus tulit, ac illico exſecutioni mandandum curavit. Sacroſanctam Salvatoris imaginem ſuper portam aeneam Conſtantinopolitanam publice a majoribus expoſitam eminenti loco dejiciendam praecipit; Urbis Imperatricis templis ſacra vaſa, eo praetextu, quod ſanctis eſſent iconibus ornata, diripit & in arcam fiſcalem invehit; Germanum Patriarcham CP. ei reſiſtentem ſede exturbat; Gregorium

chiae, imagines colerent ut deos more gentilium, apud nullum alium, quem viderim, hiſtoricum, ſeu graecum, ſeu latinum exſtare, quo poſſim veterem lectionem Damaſceni comprobare. Praeponenda itaque nova, quam plane Sianda conſulere atque adoptare potuiſſet, vetuſque rejicienda. Neque alii in poſterum cuiquam chriſtianocategori ſint, quam Iconomachi perfidi, non imaginum ſacrarum cultores, ſed everſores impii.

(*c*) Haec diſcimus ex *C. Nicaen.* II. act. 5. ex fragmento *Nicephori* nuper indicato, *Cedreno*, *Zonara*, *Conſtantino Manaſſe* Hiſtoriographis graecis in Leone Iſauro.

(*d*) Luctuoſiſſimam Iconomachiae hujus hiſtoriam dabunt abunde *hiſtorici* cum graeci tum latini, e quibus omnibus ſuam compilavit *Membur gus*.

rium P. II. illum dogmaticis literis corrigentem morte intentata deterrere ſatagit; pſeudo-ſynodum, qui errori ſuo, furorique faveat, indicit (*).

Enim vero, ſi audias cit. *Theophanem* totidem verbis rem hanc perſequentem (*e*) non tantum in errore de reſpectiva venerandarum imaginum adoratione verſatus eſt, ſed etiam de ſanctiſſimae Deiparae, Sanctorumque omnium interceſſionibus; eorumque reliquias homo ſceleſtiſſimus in Arabum praeceptorum ſuorum morem abominatus eſt. Rugire, ac vivere deſiit immaniſſimus Leo per antonomaſiam *Iconomachus* dictus an. 741. 18. Junii.

Conſtantinus Leonis filius, adpellatus *Copronymus* ob ſtercus corporis, quod quum baptiſmate initiaretur egeſſit in ſanctum lavacrum, patre longe ferocior fuit in ſacras imagines (*f*) nec mirum quidem, quum in magia, atque horrenda impietate in Deum, Chriſtum, Deiparam, & ſanctos quoslibet a tenerrimis annis innutritus fuerit.

Is primo ſui imperii exordio non modo cultum venerandis imaginibus vetuit, ſed etiam univerſali edicto prohibuit ne quis in univerſum coelitum titulo *Sancti* cohoneſtaretur. Quin immo conſpui eorum reliquias juſſit, prohibuitque eorum poſtulari interceſſionem, eos nihil poſſe apud Deum effutiens; quocirca nec Mariae Virginis ſuffra-

ADNOTATIO.

(*) De hac pſeudo-ſynodo, quam pleriſque Noſtratum una cum *Magdeburgenſibus* citari video, ſic diſſeruit *Theophanes* in Leone Iſauro p. m. 342. edit. pariſ. 1655. „ Die ſeptima menſis Januarii indictione 13. feria hebdomadis tertia irreligioſus „ Leo ſilentium contra ſanctas venerandaſque „ imagines in novendecim Adcubitorum tribunalio celebravit, Germano ſanctiſſimo „ Patriarcha advocato, cui perſuadendum „ arbitrabatur, ut ſuo de abolendis ſacris „ imaginibus decreto tandem ſubſcriberet. „ At fortis Chriſti ſervus abominando Leonis conſilio nequaquam cedens ... demum „ dixit ... abſque univerſalis etenim Concilii authoritate, Imperator, circa fidem „ quidquam innovare non valeo „.

Ex iis vero (nec aliud forte ſuppetit quod rem probet, priſcum documentum) vel ne ſpeciem quidem aut umbram ſynodi cujuſquam eccleſiaſtici colligere fas eſt. Quia enim quod dicitur novendecim adcubitorum tribunalium ſeu tribunal nihil aliud eſt, quam triclinium illud juxta Hippodromum, novendecim menſis inſtructum, ubi cum magnatibus Imperator adcubans, non ut alias adſidens, ſtatis diebus convivia celebrabat. Quod porro diſcimus ex *Liutprand.* Ticin. hiſt. l. 6. c. 3. & ex *Codin.* l. de orig. Conſtant. ap. *Gretſer.* in Codinum l. 3. c. 17. n. 5.

Licet autem conjectare eo loci convocaſſe Leonem quoſdam Epiſcopos Apoſtatas, adcerſito quoque Germano, non ut quidquam ex propria ſententia ceu Patres Eccleſiae definirent, ſed ut decreto de abolendis ubique imaginibus tum a Leone conſtituto & promulgato ſubſcriberent.

Nulla itaque heic vel in ſpeciem ſacra Synodus, ſed conventus omnino profanus, cui & *Memburgo* & *Nat. Alexandro* annus 730. adſignatur. Jure igitur conventus hic inter pſeudo-ſynodos ab viris eccleſiaſticis coactos ac definitos adnumerandus non eſt. In quam itidem ſententiam conceſſit *Vazquezius* noſter de adorat. l. 2. diſp. 6. c. 7. n. 202. ſqq.

(*e*) Loco proxime cit. p. m. 340. ſuffragante *Cedreno* in eodem Leone.

(*f*) Lege *Theophan. Cedren. Zonar.* ad an. 3. regni Leonis, & ubi de imperio Conſtantini poſt obitum patris.

ſuffragationem implorandam eſſe adjecit, quin immo & Deiparam hanc, execranda uſus blaſphemia, noluit adpellari (*g*).

Sub an. 754. indixit pſeudo-ſynodum, cujus ſollemni decreto ſacrarum cultus imaginum aboleretur; quod vix dum conſtitutum fuit, in forum progreſſus coram univerſo populo promulgavit. Nec iſta ſatis. Prolatis in medium crucis effigie, ſacroſancta Euchariſtia & ſanctis Evangeliis, plebem ſuper illis ſollemni ritu jurare juſſit, quod nunquam imagines coleret, immo illas in poſterum vocaret idola & qua talia exſecraretur. Heinc & in coelitum reliquias, & in ſacras imagines & in earum cultores acerbiſſima innovata perſequutio (*h*). Nec iſta quidem finem habuit uſque ad mortem principis impiiſſimi, qui tandem an. 775. animam efflavit, ab eo primum divinitus extorta veritatis confeſſione (*i*).

Pſeudo-ſynodus Conſtantinopolitana (non Epheſina, uti perperam adſeruerunt plerique (*k*) plane decepti) pro Iconoclaſtica perfidia in fano Blachernenſi Deiparae ſacro coacta juſſu Copronymi an. 754. a die 10. Febr. aduſque 8. Auguſti continuata ab Epiſcopis 338., Praeſidibus, aut principibus impii conſeſſus Theodoſio Epheſi & Paſtella Pergae Epiſcopis, ſacrarum imaginum cultum abrogat & proſcribit ceu indebitum, impium, idololatricum; concluditque merito diruendas eſſe imagines atque delendas. Multis pro decreto diſputat argutiis, nec pauca veterum Patrum documenta in pravum ſuum ſenſum detorquet. Dicit demum anathema Germano Patr. CP, Georgio Cyprio, Joanni Damaſceno, ceteriſque ſacrarum imaginum cultoribus ceu impiis idololatris. Vetuit itidem ne Apoſtoli vel Martyres, aliique Confeſſores aut Virgines *Sancti* titulo nominarentur (*l*)(*).

Leo IV.

(*g*) Lege *Cedren.* in Copronymo par. 2. ad an. Ch. 739.

(*h*) Eam diſcere potes ex *Theoph. Cedreno* ejus exſcriptore, *Actiſque* S. Stephani junioris ap. *Billium* inter opera S. Jo. Damaſceni poſt tertiam hujus orationem pro ſacr. imaginib.

(*i*) Confer *Theophan. Cedren.* ac reliquos Hiſtoricos graecos ubi de morte Copronymi.

(*k*) Cum *Carranza* in collect. CC. ubi de Syn. Nic. II. ſub init. *Six. Senenſi* l. 5. bibl. S. adnot. 247. *Anonymo* Authore praefat. ad VII. Syn. gen. in veteri CC. compilatione.

(*l*) Lege *Theophan.* ad an. 13. Copronymi, *Synod. Nicaen.* II. act. 6. ſub fin. *Acta* cit. S. Steph. jun.

ADNOTATIONES.

(*) I. HUjuſce conciliabuli acta ſeu decreta hunc praeferebant titulum „ Definitio ſanctae, magnae ac univerſa„ lis ſeptimae Synodi „ atque eam quidem qua talem amplectuntur pleniſque buccis laudant ac depraedicant Novatores Calviniani, & ceteri, qui cum ipſis cultum ſacris iconibus debitum inficiantur,

Ceterum Synodus Nicaena II. vere VII. Oecumenica conventiculum illum ceu falſam & impiam ſynodum merito profligavit, & praefatam inſcriptionem apertiſſime refellit act. 6. Quin etiam quae pro ſuo errore differuit conventus ille, ſparſim in ſuis actionibus ſacra Synodus confutavit. Tum eamdem falſam ſynodum proſcripſerunt orthodoxi orientales ap. ipſam Nic. Synod. act. 3. & inſuper Stephanus P. III. ut liquet ex epiſt. Hadriani P. ad Conſtantinum & Irenem Auguſtos, ſi credas *Baronio* ad an. 754. n. 36.

II. Huic

Leo IV. Copronymi filius & in imperio ſubceſſor, vulgo dictus *Porphyrogenitus*, ſub an. quintum & ultimum regni ſui, qui cum an. Ch. 780. coincidit, in ſacras imagines, earumque cultores acerbe ſaeviit. Quippe ab ipſo repertis binis iconibus in pulvinari Irenes conjugis, quae olim jurejurando ei & Copronymo ſpoponderat ſe nunquam imaginum cultui dedituram; & facta inſuper in eos, qui repertas intuliſſent icones inquiſitione, videlicet in Aulicos ſuos religioſos; ex iis plurimos, qui ſuam erga icones ſacras pietatem palam, conſtanterque confeſſi ſunt, ſuppliciis variis edicto ſubjecit; e quibus nominatim Jacobus, Papias, Theophanes ad diem IV. Decembr. cultu Martyrum celebrantur ap. *Baron.* (*m*) qui tamen eos inconſulto dixiſſe videtur *aulicos Leonis Armeni Imperatoris haeretici Iconoclaſtae*, quum aulici fuerint Leonis Porphyrogeniti (*n*) (*).

Et

II. Huic pſeudo-ſynodo adfigit cit. *Baron.* ad an. 754. n. 24. canonem nefandum, quo negavit non ſolum ſanctos omnes, ſed nec ipſam Deiparam poſt obitum aliquid juris habere ad intercedendum ad Deum pro nobis, vel aliquo modo nobis poſſe prodeſſe. Quoniam in actis, quae ſaepe commemoravimus, S. Steph. jun. fertur audaciſſimas illorum Antiſticum linguas in eam blaſphemiam prorupiſſe. Haec ille.

Ceterum non conſtat, quod ſycophantae illi canone ſanciverint quae nequiſſimis linguis effutiiſſe feruntur. Immo potius bino edito canone ap. Syn. Nic. II. act. 6. in tomo 6. n. 15. & 17. ap. collect. Harduin. contrarium plane dogma conſtituerunt, & huic adverſantes confixerunt anathemate. Quocirca, eſto ſibi non conſtiterint, quod ore negarunt, canone conſtituto adſeruerunt.

Inde merito cit. *Trombell.* diſſ. 2. c. 6. n. 3. ejus conventiculi adſeſſores ad *mitiores Iconoclaſtas* revocat, qui nempe dum cultum imaginibus ſacris adimerent, Sanctorum tamen invocationem atque interceſſionem cum orthodoxis retinerent.

III. Hujus adſeſſores conventus profeſſi ſunt, eam ſe venerari duntaxat imaginem, qua filius Dei ſe ipſum in Sacramento panis & vini ante paſſionem expreſſit. Haec quidem refert, & modum hunc loquendi pluribus carpit *C. Nic.* II. act. 6. ad tomum 3. §. *Exſultent*. ſq. Ergo ne inde evincitur illos in Euchariſtia ſolam admiſiſſe imaginem, minime praeſentiam realem corporis Chriſti Domini?

Ita contendunt Calviniauae ſectae ſcriptores, quibuſcum unus, quem viderim, e noſtratibus conſentit *Sianda* in lex. pol. art. *Iconomachi*; ceteros quippe vulgo reclamare video cum *Baron.* ad an 787. n. 34. *Gaulter.* ad Sec. VIII. in collat. error. ubi de Iconomach. *Maimburg.* in hiſt. Icon. ad an. 787. ubi de act. 6. C. Nic. II. *Nat. Alex.* Sec. VIII. diſſ. 4. qua fidem Iconomachorum illorum de reali Chriſti praeſentia in Euchariſtia pluribus demonſtrat & ex ipſo pſeudo-ſynodi definitionis contextu, & ex rationibus quibus eadem ſecta adſerebat, nullam aliam eſſe veram Chriſti imaginem, quam ſit Euchariſtia. Ipſum, cui interea ſubſcribimus, ſi vacat, conſulas.

(*m*) In Mart. Rom. ad eum diem. (*n*) Conf. *Theophan. Cedren. Zonar.* in Leone IV.

ADNOTATIO.

(*) *Pseudo-ſynodus* pro Iconomachia in urbe Metropolitana Epiphanorum in templo Apoſtolorum habita intruditur a *Baron.* ad an. 780. n. 7. Et vero nulla ejuſmodi Metropolis in toto Imperio fuiſſe noſcitur, atque adeo nec obtruſum conventiculum. Annaliſta nimirum ſequutus eſt latinam Cardinalis Sirleti verſionem e commentario ms. graeco vaticano S. Theodori Studitae de vita S. Platonis, adeo depravatam ut novam & genuinam cudere coactus ſit *Papebroch.* ad 4. April. in vita S. Platonis a p. 366. tomi 1. ejus menſis.

Quod

Et heic tandem aliquando finem ſuum poſuiſſe videtur apud Orientales eccleſias epoca illa luctuoſiſſima inſectationum in ſacras coelitum imagines, earumque cultores. Sed & errores univerſos, qui in ſanctum de cultu imaginum dogma ſub eadem epoca percrebuerunt, radicitus amputaſſe viſa eſt Synodus Nicaena II. ſub an. 787. celebrata, una cum proxime ſubſequuta ſacrarum imaginum in Oriente reſtitutione, piiſſimis Conſtantino & Irene Matre, ni fallimur, authoribus. Ceterum & errorem & impietatem in ſacroſanctas imagines earumque cultores tam in Oriente, quam in Occidente deinceps ſaepe numero recruduiſſe, demonſtrant exempla ordine ſubjicienda.

V. *Felix* Epiſcopus Urgellenſis in Catalonia, qui ſub finem Seculi VIII. florebat, nonnullis creditur propter haereſim Iconomachiae damnatus a Synodo Francofordienſe, an. 794. coacta (*).

VI. *Au-*

Quod autem Baronius, Sirleto duce, dixit Conciliabulum in Metropoli Theophanorum ſeu Epiphanorum, ipſum fuit Concilium VII. oecumenicum pro ſacris imaginibus ſeſſione prima ceptum Conſtantinopoli in baſilica SS. Apoſtolorum an. 786. 9. Auguſti, adtamen ob procaces ac ſeditioſos milites, qui tum Copronymi pſeudo-ſynodum tumultuoſe laudantes, in Patres eam abrogare atque convellere conatos, neces impie minabantur, Nicaeam Bithyniae translatum. Conf. *Theophan.* ad an. 6. imperii Conſtantini & Irenes, & *Ignat.* in vita S. Taraſii Patr. CP. c. 5. ap. *Bollandianos* ad d. 25. Febr. p. 580.

Ita quidem Theodori locum felicius interpretatur cit. *Papebr.* n. 6. cui equidem ſubſcribimus cum *Pag.* in crit. Baron. ad an. 780. n. 4. quem recolas.

ADNOTATIO.

(*) ITA credidiſſe videtur *Cocc. Sabellicus* ennead. 8. l. 8. col. m. 594. ubi ſermonem inſtituens de C. Francofordienſi ait, quod in eo „damnata eſt Feliciana „haereſis de abolendis Sanctorum imagini„bus „ tum *Platina* in vita Hadriani P. I. ubi de Concilio eodem diſſerens p. m. 108. inquit ſimpliciter quod in eo „haereſis Feli„ciana de tollendis imaginibus abrogata „eſt „.

Quin & in ipſam iviſſe ſententiam videntur Patres Concilii Senonenſis de an. 1528. in 14. decreto fidei dum inquiunt „ & Ca„rolus ille cognomento Magnus Francofor„dienſi conventu ejuſdem erroris (*de imagi„nibus non colendis*) ſubpreſſerit inſaniam, „quam infeliciſſimus quidam Felix in Gal„lias & Germaniam invexerat „.

Et vero Felix ille in praefato Concilio minime propter errorem in cultum imaginum damnatus eſt, ſed eo duntaxat quod Chriſtum, qua homo eſt, Dei ſervum & filium adoptivum eſſe dogmatizaret. Id porro exploratiſſimum eſt ex actis ejuſdem Synodi & ex authoribus antiquioribus, qui aut Synodi aut Felicis meminerunt; nullus quippe Felicem erroris de imaginibus, ſed de adoptione ac ſervitute Chriſti reum fecit.

Quia tamen vulgo hiſtorici, qui ejus Synodi meminerunt, adſerunt in ea aliquid de imaginibus definitum eſſe, ac Felicem damnatum, heinc fortaſſe factum eſt, ut Scriptores & Patres adducti, minus perſpecta rei hiſtoria, & critice neglecta, Felici errorem illum temere adpinxerint.

Nobiſcum ſentit *Vazq.* de adorat. l. 2. d. 2. c. 3. qui tamen corrigendus ubi adfirmat *Alphonſum de Caſtro* contra haereſ. art. *Imago*. adſcribere quoque Felici errorem praefatum adverſus imagines. Ibi ſiquidem Caſtrus licet praecitati Platinae effatum immerito adoptet, non audet definire quiſnam ille Felix fuerit, a quo haereſis, quae *Feliciana* dicitur, proſcribiturque, orta ſit, nec item Felicis Urgellenſis ullatenus meminit, quem procul dubio norat ſapientiſſimus vir a Patribus Francofordienſibus fuiſſe proſcriptum. Confer Authorem hunc & eſto judex.

Heinc vero potius notandi *Prateolus* & *Da-*

VI. *Author librorum Carolinorum*, ut vulgo dicitur, alias *Capitularis*, qui & exarati ſunt, & a Carolo Magno ad Hadrianum P. miſſi ad an. 790., ſaepe numero adſerit, pluribuſque confirmare contendit, nullum ſacris imaginibus cultum eſſe deferendum. Unum vel alterum plurium inſtar ex eo locum exſcribimus. Haec in primis diſſerit (*o*) „ Cavendum illis eſt & modis omnibus pertimeſcendum, „ ne dum imaginum cultum & adorationem chriſtianae religioni in„ gerere nituntur ſingularem unius Dei cultum & adorationem fru„ ſtrari videantur.... Ac per hoc ſi religionis chriſtianae arx ſive „ munimen & glorioſum inſigne unius Dei cultus & adoratio eſt; „ immo quia hanc imaginibus, vel quibuslibet rebus exhibere contra „ religionem chriſtianam eſt; & ſi has non adorare ſeu colere con„ tra religionem chriſtianam eſt, ut illi delirant; ſolum Deum ado„ rare ſeu colere, ejuſque cultus & adorationis arcem, ſingularem „ eſſe fateri, contra religionem chriſtianam erit „.

Haec inſuper (*p*) „ Dum nos nihil in imaginibus ſpernamus „ praeter adorationem, quippe qui in baſilicis Sanctorum imagines „ non ad adorandum, ſed ad memoriam rerum geſtarum & venu„ ſtatem parietum habere permittimus; illi vero pene omnem ſuae „ credulitatis ſpem in imaginibus conlocent, reſtat ut nos Sanctos in „ eorum corporibus, vel potius reliquiis corporum, ſeu etiam ve„ ſtimentis veneremur juxta antiquorum Patrum traditiones; illi ve„ ro parietes & tabulas adorantes in eo ſe arbitrentur magnum fidei „ habere emolumentum „.

Haec praeterea (*q*) „ Falluntur vere & merito falluntur, qui, „ quum Deus creator omnium ſe ſolum adorari cenſuerit, res quaſ„ dam ſenſu carentes adorare nituntur, & dum putant ſe in imagi„ nibus adorandis, quamdam Sanctis exhibere venerationem, ſoli di„ vinae adorationi quamdam prorogant communionem. Quia igitur „ ſolus Deus adorandus ſit, Martyres vero vel quilibet Sancti vene„ randi potius ſint, quam adorandi (*r*) „.... Sed & Authori huic alii ſubjiciendi ex Eccleſia Gallicana Doctores, qui eandem ſententiam tuiti ſunt. Nimirum

Conventus Pariſienſis de imaginibus, quem vulgo Synodum dixere, an. 825. coactus (*s*) necnon alii ejuſdem temporis Scriptores in-

Damian. Roſcius, qui art. *Felix.* poſtquam praecitati Caſtri ſententiam exſcripſerant, addiderunt, eandem haereſim *Felicianam* ponere Chriſtum Dei filium adoptivum. Quo quidem apertiſſime demonſtrant, falſa eorum opinione, unum eundemque Felicem & hanc haereſim & aliam adverſus cultum imaginum docuiſſe.

(*o*) Lib. 2. cap. 21.
(*p*) Lib. 3. cap. 16.
(*q*) Lib. 4. cap. 27.
(*r*) Plura ex eodem libro excerpta dabit qui rem iſtam peregregie commentatus eſt, cit. *Trombell.* diſſ. 10. c. 19.
(*s*) Sparſim in capitibus, quae oppugnat *Bellarm.* in adpend. ad tr. de cultu imaginum.

Primum ille cuſus eſt an. 1596. e typis VVechelianis Francofurti ad Moenum ſic praenotatus „ Synodus Pariſienſis de imaginibus „ an. Chr. 824. ex vetuſtiſſimo codice deſcrip„ ta & nunc primum in lucem edita „.

ter quos nominatim recenſentur *Jonas* Epiſc. Aurelianenſis, in memorato conventu adſeſſor (*t*) *Agobardus* Epiſc. Lugdun. (*u*) *Dungalus* (*x*) *Walafridus Strabo* Augiae divitis Abbas (*y*) tum *Eginhardus*, *Hincmarus* Remenſis Ep. *Ado*, una cum *Scriptoribus* Annalium Francorum, Bertinianorum atque Fuldenſium (*z*) (*).

VII. *Con-*

(*t*) De cultu imagin. l. 1. & 2. ſparſim.

(*u*) In l. de picturis & imagin. ap. bibl. PP. Lugd. t. 14. a p. 286.

(*x*) In reſponſis adverſus ſententias Claudii Taurinenſ. ſparſim. ibid. p. 199. ſqq.

(*y*) De reb. eccleſ. c. 8.

(*z*) Ap. *Mabillon.* in Act. SS. O. B. in praefat. ad Seculum IV. §. 3. n. 24. quem exſcripſit *Pagius* ſenior ad an. 825. n. 5.

ADNOTATIO.

(*) CEleberrima occurrit heic quaeſtio illa de ſententia Doctorum Gallicanorum ſuper cultu ſacris imaginibus deferendo, quum Synodus Nicaena II. ceu oecumenica nondum generatim recepta erat; quam plane eruditionis polemicae gratia leviore ſaltem calamo perſtringere operae pretium duximus.

Primum itaque quod ſpectat commentarium *de libris Carolinis*, dicitur primum editus in lucem an. 1549. a *Tillio* vel ab *Anonymo*, qui in eum praefationem adjecit prioribus nominis ſui ſyllabis praemiſſis *Eli. Phili*.

Haec autem operis inſcriptio „ In nomine Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Opus inluſtriſſimi, & excellentiſſimi, ſeu ſpectabilis viri Caroli, nutu Domini Regis Francorum, Gallias, Germaniam, Italiamque, ſive harum finitimas provincias, Domino opitulante regentis, contra Synodum, quae in partibus Graeciae pro adorandis imaginibus ſtolide, ſive arroganter geſta eſt „.

Sequitur Praefatio in qua commentarii author inſtituti ſui rationem exponit. Illamque inſuper excipiunt libri IV. in quibus refutare contendit varia capita (uti dicitur l. 1. c. 5.) „ Synodi erroneae, quae in Bithynia regnante Conſtantino, mediante Herena matre ejus, reſidente Taraſio CP. epiſcopo geſta eſt „.

Commentarium Carolus Magnus miſit incunctanter per Angilbertum Abbatem ad Hadrianum P. I. qui Regi illico apologeticum ſatis prolixum reſcripſit, quo ſingula ferme capita operis Carolini tumultuarie refellens, Synodum Nicaenam oppugnatam vindicat, praeſertim quantum ad cultum imaginum ab ea definitum.

Adfert Apologeticum *Harduin.* in collect. CC. t. 4. a col. 774. poſt act. 7. Syn. Nic. II. ac cit. *Trombell.* diſſ. 10. c. 15. n. 5. collationem laboriosam inſtituit Apologetici ſectionum trium, vel partium, earumque capitum cum ſingulis libris & capitibus operis Carolini.

Jam vero quod famoſum hoc opus recentius ſit & Carolo Magno ſuppoſitum ab haeretico quopiam imaginum ſacrarum oſore, perplurium fuit olim illuſtrium ſcriptorum opinio cum *Sandero* de imagin. l. 2. c. 5. *Surio* in praefat. ad Syn. Francoford. *Sixt. Senenſ.* praefat. in biblioth. §. *His longe*. *Vazq.* de adorat. l. 2. d. 6. c. 6. *Bellarm.* de imagin. l. 2. c. 15. *Baron.* ad an. 794. n. 30 ſqq. *Coint.* annal. eccl. Franc. ad an. 794. n. 22. ſqq.

Contraria tamen, quae operi Carolum dat authorem, ſive alium nomine Caroli, ipſo curante, vel adſentiente ſcribentem, diu obtinuit apud & cum *Sirmondo* de CC. antiq. Galliae t. 2. ad an. 794. in admonit. praevia ad canones C. Francoford. p. m. 191. ipſique adſtipulantur Recentiores ferme plerique omnes cum *Caſſandro* in conſultat. ubi de imagin. & ſimulacr. *Petav.* de Incarnat. l. 15. c. 12. n. 2. & alias, *Mabill.* in praefat. ad Sec. IV. O. B. §. 3. n. 42. alias, *Nat. Alex.* ad Sec. VIII. diſſ. 6. §. 6. *Habert* tr. de Incarnat. in adpend. de cultu SS. c. 1. *Vitaſſe* de Chriſto q. 11. art. 5. ſect. 1. *Franc. Feu* tr. de Incarn. q. 5. art. 7. ſeu ult.

Quibus plane ut ſubſcribamus idem nos movet Hadriani reſcriptum, legitimum apud omnes habitum; quo nempe teſtatur Angilbertum amanter ſuſcepiſſe, ipſique tradidiſſe *Capitulare* (qua phraſi tum temporis notabantur ſcripta a Regibus edita) *adverſus Synodum, quae pro ſacrarum imaginum erectione*

in

VII. *Constantinus* VI. Imp. Irenes filius, quum repudiata Matre ac uxore, novo inito connubio cum Theodote cubiculari, solus

in Nicaea acta est, cui nempe per unum quodque ferme capitulum responsum reddere adgressus est.

Tum exemplaria mss. Vaticanum ac Tilianum operis Carolini, quae nomen *Caroli* praeferunt. *Hincmarus* item Remensis, qui in opusc. 55. capitulorum adverſ. Hincmarum Laudun. c. 20. loquens de Synodo VII. per Fracofordiensem abdicata ad p. 457. edit. Sirmond. t. 2. subjungit „ de cujus destructione non modicum volumen, quod in palatio adolescentulus legi, ab eodem Impe„ratore (Carolo) Romam est per quosdam „ Episcopos missum, in cujus voluminis „ quarto libro haec de universalis nomine „ scripta sunt„ videlicet cap. 28. uti notat in margine *Sirmondus* editor, respondetque plane capiti 28. Tilianae editionis Carolini operis.

Epistola demum Synodalis Concilii Parisiensis sub Ludovico Pio in eandem cauſſam habiti ad Ludovicum & Lotharium Impp. data (qualem eam vocat, & ut legitimam adfert cit *Nat. Alex.* qui forte eam excepit ex *Petro Delalande*, quem evolvere non licuit nobis) quae siquidem historiam de opere Carolino, quod Carolo indubitanter tribuit, ad Hadrianum missо, & ab eodem confutato diserte tradit. Plura in hanc rem citt. *Nat. Alex.* & *Trombell.*

Ergo ne, inquies, Carolus pientissimus Rex, Nicaena Synodo acerbe confutata, omnem omnino cultum sacris imaginibus detraxit? Id utique ad evidentiam ostendunt praecitata testimonia, aliaque bene multa, quibus opus Carolinum redundat; quidquid adversum torrentem Eruditorum id ipsum sentientium, minus feliciter cit. *Nat. Alex.* §. 7. illa in sensum saniorem interpretanda susceperit.

Offensus nimirum erat Carolus Constantino Graecorum Imperatori, quod sorore sua, quam ipsi desponderat, neglecta, Mariam Armenam duxisset. Inde Principes inter, & utramque Francorum & Graecorum gentem offensio atque invidia; tum politica studia, quae Carolum, Praesulesque Francos & Germanos in partes traxere adversum Synodum graecanicam; adeo ut cultum imaginum, quem haec majorem in modum promoverat & extulerat, illi quantum opinione sua, ratio dogmatis ferre posset, subruerent.

Et haec quidem, me judice, prima mali labes in gente Francorum quoad definitiones cultum omnem religiosum ceu indebitum atque illicitum sacris imaginibus adimentes. Nec enim facile dubitaveris & Carolum & Gallicanos plerumque Patres ante Nicaenam Synodum II. habuisse Romanam de cultu imaginum sententiam, quam utique definiit C. Romanum Lateranense sub Stephano III. cui duodecim probitate, doctrinaque selecti e Gallia Episcopi interfuerunt an. 796., actione IV. in haec verba „ etiam „ imagines & vultus illorum (*coelitum*) in „ quolibet loco depictas celeberrimo honore „ venerari debemus„. (ap. *Harduin.* ad hunc an. t. 3. col. 2014. Vide in hanc rem *Anastas.* in vita Stephani IV.)

Annon in Galliam reduces illi duodecim Patres memoratum decretum & Carolo & ceteris Praesulibus Gallis notum fecerint, receptumque omnibus fuerit? Quis jure ambigat? Et vero post repudiatam a Constantino sororem Caroli, ipsum de cultu imaginum decretum, a Synodo graeca sollemnius confirmatum & Carolus & Carolini operis consarcinatores enixis viribus explodunt. Undenam ergo mutatio haec praeconcepto, statutoque cultui tam adversa, nisi ex repudio Caroli in sorore abjecta?

Sed & ulterius politicis studiis progressi sunt humanitus in obsequium Caroli Gallorum, Germanorumque Praesules adversus cultum a Synodo Graecorum constitutum. Quippe in C. Francofordiensi ad an. 794. can. 2. eum ardenter exploserunt in haec verba „ Adlata est in medium quaestio de nova „ Graecorum Synodo . . . in qua scriptum „ habebatur, ut qui imaginibus Sanctorum „ ita ut deificae Trinitati servitium aut ado„rationem non impenderent anathema ju„dicarentur. Qui supra sanctissimi Patres „ nostri omnimodis adorationem & servitu„tem renuentes contemserunt, atque con„sentientes condemnaverunt„.

Patres itaque hujusce Synodi contemserunt *omnimodis* cultum imaginibus delatum, & graecam Synodum, quae illum definiit, condemnarunt. Et ita quidem contra *Vazq.* de adorat. l. 2. d. 7. c. 6. & alios, plerique veterum Scriptorum Gallorum ap. *Nat Alex.* cit. §. 8. quibuscum sentit *Sirmond.* ad C.

Fran-

imperaret ſub an. circ. 795. Leonis IV. Iconomachi mala propago, libidini ac impietati deditus, Iconomachiae favit adverſus decreta Synodi Nicaenae II. quibus ipſe olim (*a*) pietate ſumma ſubſcripſerat (*b*).

Et

Francoford. in admonit. ad canonem 2.

Nec mihi audiendus cit. *Nat. Alex.* ubi pluribus contendit Patres Francofordienſes Synodum VII. errore facti damnaſſe, quod ejus ſententiam plane perſpectam & exploratam non habuerint, non autem ab ea de ſumma fidei diſſenſiſſe circa cultum imaginum. Quidquid enim Natalis adfert pro excuſandis Patribus acuminis potius quam ſoliditatis ſpeciem habere cuipiam videbitur.

Nec meliora quidem Natalis ſuggerere videtur §. 10. ubi Pariſienſis, quem mox advocavimus, Conventus Patres Collectores ab eodem errore vindicandos adgreditur. Quippe adeo aperta ſunt contra *quemlibet* imaginum cultum teſtimonia ex actis Conventus a Natali decerpta §. 9. ut non niſi quam violenta interpretatione in ſenſum benignum detorta excuſari valeant ab errore.

Adde *Jonae Aurelianenſis* commemoratam ſententiam, quae mihi non alia eſt ac ejuſdem ſententia Conventus. Hic enim una cum Jeremia Senonenſi Epiſcopo miſſus eſt a Ludovico Pio ad Eugenium P. II. ut ipſi traderet collectas a Patribus conventus ſententias adverſus cultum imaginum, & cum eo cauſſam ageret. Quis autem ambigat, unum ex illis Patribus fuiſſe Jonam, cui eorum hac in re ſenſa maxime perſpecta eſſent?

Is ergo quum in libris contra Claudium Taurinenſem omnem omnino cultum ſacris detraxit imaginibus, id ſine dubio in publicum emiſit, quod ex ſententia illius Conventus olim didicit & profeſſus eſt.

Scio equidem conventus adſeſſores ab errore ante Natalem vindicaſſe *Cointium* ad an. 825. a n. 49. Secus tamen & rectius nobiſcum ſentiunt *Baron.* ad an. 825. a n. 1. *Bellarm.* cit. in confutat. ejuſdem Conventus, *Sirmond.* in CC. Gallic. ad an. 824. ubi de conventu Pariſ. de imagin. *Pagius* ſenior ad an. 825. a n. 1. *Mabill.* in cit. praefat. ad Sec. IV. O. B. n. 34. & alias, *Fleuryus* ad an. 825. n. 4. *Longuevallius* ad ipſum an. *Binius* in refutat. libelli ſub nomine hujus conventus editi, quibus aperte conſentire videntur *Petav.* de Incarnat. l. 15. c. 11. n. 5. *Labbeus* & *Harduin.* in Collect. CC. ad an. 825. ubi de illo conventu.

Ex Scriptoribus demum Gallis, quos ſuperius adverſus cultum imaginum adlegavimus, cenſeo cum laudatis *Mabill.* & *Pag.* poſſe Hincmarum, Dungalum & Strabonem in ſenſum mitiorem interpretari, minime vero Jonam & Agobardum, quidquid cit. *Nat. Alex.* pro eis pugnet §. 12. & 13.

Jam ex hucuſque diſputatis, ut verbis utar *Mabillonii* n. 31. „ Manifeſtum eſt, Gal„ los ejus temporis, ſaltem nonnullos, (*fer„ me pleroſque omnes* ipſe dixerim) omnem „ penitus cultum, abſolutum atque relati„ vum imaginibus abdicaſſe „ Et vero, proſequitur Author n. 47. „ procedente tempore „ tanto cum fervore Galli in cultum imagi„ num effuſi ſunt, ut magis retinaculo, quam „ incitamento jam opus habeat vulgi reli„ gio „. Recole cit. *Trombell.* diſ. 10. a cap. 12. ad 30.

Sed iis tamen, reponat quiſpiam, arma damus *Dallaeo* Calviniſtae, *Forbeſio* Lutherano, ceteriſque Iconomachis hodiernis, qui ex illa opinione apud Gallos vulgatiſſima, nec ab ullo unquam Pontifice Romano anathemate profligata Traditionem de cultu imaginibus exhibito confidenter explodunt.

At fruſtra ipſi laborant. Fuerit, eſto ea traditio tamdiu conſopita vel interrupta impune apud pleroſque ex una gente Doctores: quid tum vero? Etiam tum illa penitus illibata vigebat apud Romanos, Italos, Hiſpanos; atque adeo ab eccleſia univerſa nunquam excidit.

Saepe quidem Romani Hierarchae vel pontificiis, vel conciliaribus conſtitutis ſanctum dogma probarunt. Quod autem Gallos ei adverſantes nec a communione ſejunxerint, nec vel quidem leviter corripuerint, ab aliis rationibus, quae ex defectu documentorum adhuc nos latent, provenire potuit; at eorum tamen ſilentium errorem adprobare non potuit.

(*a*) Ex *Theophane* ad an. 3. Conſtantini & Irenes.

(*b*) Ita *Caſtrus* proxime cit. art. *Imago.* & *Fluquetus* in dictionar. haereſ. art. *Iconoclaſtae*. §. 1. fere ſub fin.

Et ita quidem ſe denique acturum adverſum venerandas imagines pridem minatus fuerat Conſtantinus, ſi vi eccleſiaſtica adulterum ei conjugium interdiceretur aut exprobraretur, uti diſcimus ex *Michaële* Monacho (*c*) qui S. Taraſii Patr. CP. in eo diſcrimine optimum conſilium laudans, haec effatur: *Quod Patriarcha quidem de ſummo jure nonnihil remitteus, veſanum Imperatorem a graviori malo revocaſſet, minantem jam ſe majorum exemplo ſacrarum imaginum hoſtem fore, niſi quod animo conceperat, peragere ſineretur.* Quibus vero ſigillatim imaginum cultum offenderit ſcelestus hic Imperator apud hiſtoricos graecos comperire nondum licuit.

VIII. *Nicephorus*, tyrannicus Imperii invaſor adverſus Irenem Imperatricem, vir impius ac nomine tenus chriſtianus, Iconomachis ſua aetate pullulantibus faviſſe deprehenditur ap. *Theophanem*, haec diſſerentem (*d*) „ Fuit tum in Hexacionio Nicolaus quidam eremitae nomen falſo ſibi adrogans, & quidam ejuſdem vitae participes, „ adverſus rectam fidem & venerandas imagines blaſphemias evomere adſueti. Iſtos ſibi (*e*) devincire, Pontificem vero Nicephorum, „ reliquoſque vitam ſuam ad Dei placitum conformantes adfligere „ ſtudebat „. Periit in Bulgarica expeditione a Duce Crumo interfectus an. 811.

Huic addendi & inter Iconomachos Orientales connumerandi plerique alii. Videlicet *Leo* Imp. cognomento *Armenus*, quod primitus Armeniacorum Praetor fuerit, ſacris imaginibus, earumque cultoribus jam inde ab an. 814. crudele bellum indixit, Leonis alterius Iſauri impietatem conſopitam ſuſcitans. Periit in Palatino templo miſere trucidatus an. 820. 25. Decembris (*f*).

Pſeudo-ſynodus CP. pro perfidia Iconomachiae juſſu Leonis Armeni coacta an. 815. Praeſide Theodoro Meliſſeno, pſeudo patr. CP., definit rejiciendum cultum in ſacras imagines tanquam idololatricum, atque adeo abolendam & anathemate condemnandam Synodum Nicaenam II. tumque in Epiſcopos ac ceteros, qui iis decretis obſiſtere audeant, quam ſevere animadvertendum eſſe (*g*).

Michaël Balbus Leoni Armeno Imperator ſuffectus, vir impius & Copronymo valde ſimilis, quem nempe ceu normam & exemplar ſibi imitandum propoſuit. Heinc ſacras imagines nunquam coluit. Immo decrevit, ne uſpiam ſermo de ſacris imaginibus haberetur, neve ipſis cultus a Copronymo & Leonibus Iſauro & Armeno ablatus reſtitueretur. Edixit pariter ne quis alicui coelitum imagini titulum quo ſanctus vocaretur, adjiceret, quaſi hoc nomen unius eſſet Dei.

Ad

(*c*) De reb. geſtis Theodori Studitae ap. *Baron.* an. 795. n. 54.

(*d*) Ad an. 9. Nicephori.

(*e*) (Nicephorus.)

(*f*) Lege *Zonar.* & *Continuator. Theophanis* in Leone Armeno, *Theodor. Stud.* in epiſtolis, *Michaël.* Monachum in vita Theodori, *Ignat.* Monach. in vita S. Nicephori.

(*g*) Conferenda Conciliabuli acta impia ap. *Theodor. Stud.* in epiſtolis, *Theoctericum* de geſtis Nicetae, *Baron.* an. 814. n. 46. ſqq. *Colet.* in collect. CC. t. 9. a p. 389.

Ad extremum in cultores imaginum immaniſſime ſaeviit. Extinctus eſt an. 829. (*h*) ... *Pſeudo-ſynodus* alia *CP.* an. circ. 824. pro perfidia iconomachica in Blachernis coacta, Praeſide Joanne Patr. CP., cultores ſacrarum imaginum anathemate perſtringit (*i*).

Theophilus Balbi filius & in Imperio ſubceſſor, errorem iconomachiae a patre hauſtum retinuit, direque promovit, & imaginibus ſacris & earum cultoribus infenſus. At vero morti proximus ad an. 842. crimina deteſtatus, imaginum cultum poenitens adprobat, & ſacram quamdam imaginem reverenter exoſculatur (*k*).

IX. *Claudius* gente Hiſpanus, Felicis Urgellenſis diſcipulus, Ludovici I. Imp. Presbyter Palatinus, & Eccleſiae Taurinenſis in Subalpinis Epiſcopus, vita functus an. circ. 839. (*l*) inter Hagiomachos, apertoſque Iconoclaſtas recenſetur. Quippe cultum coelitum lipſanis, ſigno Crucis, ſacriſque imaginibus delatum reprobavit; tum Cruces & ſacras imagines e templis ſuae dioeceſeos ejecit, & pias ad limina Apoſtolorum peregrinationes parvi pendendas eſſe duxit, ceu quae nec omnibus proſint, nec omnibus obſint (*m*).

Acatholicum hominem corripuit *Paſchalis* P. II. (*n*) nefandaque ejus dogmata diſerte oppugnarunt ſapientiſſimi Viri *Theodemirus* Abbas *Mabillonio* (*o*) Pſalmodienſis Monaſterii (*p*) *Jonas* Aurelian. Epiſcop. (*q*) *Dungalus* Presbyter Recluſus ex vulgari opinione, ſeu potius tum Scholae Ticinenſis Magiſter (*r*) clariſſimus (*s*) *Eginhardus*, praeclarus ille Carolo Magno a ſecretis, ejuſdemque biographus (*t*) (*). Clau-

(*h*) Legito *Conſtantin. Porphyrogen.* continuatorem Theophanis l. 2. n. 8. *Zonar. Cedren.* in Mich. Balbo, *Ignat.* monach. in vita S. Nicephori Patr. CP.

(*i*) Ex *libello ſynodico* ap. cit. *Colet.* ad eum ann.

(*k*) Conf. *Cedren. Zonar. Curopal. Porphyrog. Simeonem* Magiſtrum & logothetam in annalib. primum a Combefiſ. publicatis, in Theophilo.

(*l*) Ex *Caveo* in Claudio ad an. 820.

(*m*) Haec diſcimus ex Apologetico & reſcripto ejuſdem Claudii ad Theodemirum Abbatem, qui eum per epiſtolam ad meliorem frugem revocare ſtuduerat, cujus excerpta legeris ap. *Bibl. PP. Lugdun.* t. 14. p. 197. ſqq. tum ex ſcriptis eorum, qui Apologeticum oppugnarunt, mox adducendorum.

(*n*) Quod eruere mihi videor ex citatis ejuſdem Claudii excerptis & *Jona* Aurel. Epiſc. de cultu imag. l. 1.

(*o*) Annal. bened. l. 29. n. 52.

(*p*) In duabus epiſtolis ad Claudium directis.

(*q*) In comment. de cultu imagin. libris tribus ap. cit. *bibl.* t. 14. a p. 167

(*r*) Ex *Murat.* in hiſt. Italiae ad an. 827. & diſſ. 43. med. aevi col. 816. ſub fin.

(*s*) In reſponſis contra perverſas Claudii Taurinenſis Epiſcopi ſententias, quae exſtant ibidem, praemiſſis excerptis ex libello Claudii, a p. 199.

(*t*) In libello de adoranda Cruce, qui & *Nicolao Antonio* in bibl. vet. hiſp. l. 6. c. 5. n. 94. ſub fin. & *Caveo* in hiſt. lit. in Eginhardo periiſſe dicitur.

ADNOTATIONES.

(*) I. FErula corrigendus *Prateolus* (eumque oculis clauſis ſequutus *Damian. Koycius* in Claudio) ubi in elencho haereſ. art. *Claudius* Taurin. Epiſc. hunc VVicleffo ſynchronum aut fere coaevum facit quaſi florentem an. 1352. Portentoſum plane anachroniſmum! Hujus ipſe teſtem adhibet Thom. Valdenſem in l. de ſacramental. tit. 20. c. 160.

Claudio ſocius addendus *Anaſtaſius* impius Presbyter ac Pſeudopapa adverſus Benedictum P. III. qui ſedit ab an. 885. Haec enim de

c. 160. at egregie fallitur, quippe eo loci Valdenſis ſolum errorem, quo cum VVicleffitis conſentiebat Claudius, refert, quin ejus patriam, gentem, aut aetatem commemoret.

II. Vulgatus olim & communis error fuit, qui ab annis bene multis invaluit, Claudium noſtrum genere Scotum fuiſſe, ex Hibernia oriundum. Sic enim tenuerunt cit. *Prateol. Bellarminus*, *Thom. Dempſterus*, *Uſſerius*, *Editores Lovanienſes* Bibl. vet. PP. & olim *Labbeus*.

Quin & pleriſque non modo Anglus habitus eſt, ſed & Monachus benedictinus, & Alcuini diſcipulus, & cum eo inſtitutor Pariſienſis Academiae, quae non niſi aliquot poſt ſecula emerſit (quod jam ſtatutum reliquimus in Tom. I. p. 108.) & Antiſtes demum Autiſſiodorenſis.

At diſſipatus error eſt apud Eruditos, & revocatus a *Labbeo* in adpend. ad tom. 1. diſſertat. in Bellarm. ubi primum perſpecta ſerio ſunt verba *Jonae Aurelian.* ad l. 1. de cultu imagin. quae diſerte ferunt, Claudium ex Hiſpania ortum, Felicis Urgellitani diſcipulum, a Ludovico I. ad infulas Taurinenſes evectum eſſe. Conf. cit. *Labb. Mabillon.* anal. vet. t. 1. p. 45. *Nic. Anton.* proxime laud. n 90. ſqq. *Maimb.* hiſt. Iconocl. l. 5. ad ann. 825. ſqq. *J. Alb. Fabric.* bibl. lat. in Claudio cum adnotat. *Manſi, Ughell.* in Epiſcop. Taurin. n. 9. *Baron.* an. 825. n. 56. ſqq.

III. Initium erroris a Claudio, quem Proteſtantes Iconomachi ceu parentem ſuſpiciunt, promulgati, ad exordia ejus Epiſcopatus ante an. 823. revocandum videtur; facile quippe crediderim jam tum errorem cepiſſe diſſeminare, ſimulque evertere ceu idola ex Baſilicis cruces & ſacras imagines, quo quidem inaudito apud Occidentem facinore maximam in ſe totius populi invidiam conciliavit.

Novimus quippe ex cit. *Mabillon.* de vet. anal. t. 1. p. 34. ſqq. Claudium an. 823. 8. id. Martii adgreſſum eſſe commentarios in Leviticum, in quorum fine, relato quodam loco S. Aug. qui habet, honorandos eſſe mortuos qui pie vixerint, propter imitationem, non adorandos propter religionem, atque adeo & Angelos caritate, non ſervitute adorandos; ſtatim ſubdit Claudius „ Haec „ fidei noſtrae munitiſſimum atque utiliſſi„ mum ſacramentum, & cordi noſtro fir„ miſſimum caracter impreſſum. Hanc ad„ ſtruendo & defendendo veritatem, oppro„ brium factus ſum vicinis meis & timor no„ tis meis, in tantum, ut qui videbant nos; „ non ſolum deridebant, ſed etiam digito „ unus alteri oſtendebant „.

Ac in apologet. adverſus Theodemirum in excerptis art. 1. ajebat „ poſtquam coactus „ ſuſcepi ſarcinam paſtoralis officii... & „ veni in Italiam civitatem Taurinis, inve„ ni omnes baſilicas contra ordinem veritatis, „ ſordibus anathematum imaginibus plenas, „ & quia quod omnes colebant, ego deſtrue„ re ſolus coepi, ideirco aperuerunt omnes „ ora ſua ad blaſphemandum me, & niſi „ Dominus adjuviſſet me, forſitan vivum „ deglutiſſent me „.

Et merito quidem vapulabat a cunctis orthodoxis qui ex Auguſtino perperam intellecto cunctis horrendum creavit ſcandalum, fidei ac pietatis dogmatis peſſum datis. Quae tandem fuerit hujuſce cauſſae Claudianae finitio, etſi plures Scriptores conſuluerimus, ex ullo nondum diſcere licuit.

Inde vero mihi corrigendus videtur *Pagius* ſenior in crit. Baron. ad an. 825. n. 4. ubi primordia haereſeos Claudii quum cruces & imagines ex baſilicis Epiſcopatus ſui abegit, confregitque, refert ad tempora proxime ſubſequuta famoſum illum conventum Pariſienſem circa Imagines, an. 825. coactum: tum *Vazquez.* de ador l. 2. c. 6. ubi eadem primordia revocat ad annos ſequutos paullo poſt C. Francofordienſe ſub an. 794. celebratum.

Porro cit. *Caveus* ceu religionis Chriſtianae perdoctum, ſtrenuumque heroem Claudium effert ac depraedicat. Quis autem ſanae mentis magni fecerit encomium Patriarchae Iconomachorum occidentalium ab homine iconomacho profectum?

Do equidem Caveo cum pleriſque Noſtratum, falſo adpingi Claudio Arii ac Neſtorii haereſes; do itidem, eundem nullam animo foviſſe haereſim praeter hagiomachiam atque iconomachiam; lubens demum concedo, perdoctos eum commentarios in ſacra biblia, quorum ſyllabum citati *Caveus*, *Mabillon. Nic. Anton.* & alii pertexuerunt, exaraſſe: haec tamen omnia, quidquid alias pre-

de illo in Basilicam D. Petri nefarie irrumpente literis mandavit *Anastasius* alter Biblioth. (u) „ Dei parvi pendens judicium . . . Imagines confregit, ignique concremavit . . . Dominique Jesu Christi, „ ejusque semper Virginis Genitricis iconam bipenni, quod non „ debuerat, ad ima dejecit, pro quo detestabili opere orthodoxae „ cuncti cultores fidei lacrymas fundentes ingemiscebant „. (*)

X. *Alemanni* quidam & *Armeni* ad an. circ. 1185. in dogmatis habebant, adorationem seu cultum sacrarum imaginum interdicendum esse. Et ii quidem utrique alia pleraque orthodoxis christianis improbata, opinionis errore pro legitimis observabant. Haec de hujusmodi Heterodoxis parum notis *Nicetas Coniates* (x). Illorum dogma de interdicendo imaginum cultu recitat & adprobat ex Nostratibus *Georg. Cassander* (y) & ex Protestantibus, Cassandro laudato, *Martin. Kempius* (z). Quid tamen hunc postremum, aliosque ejusdem furtii laudem exigentis praeferant, uno haereseos suae naevo apud Ecclesiam Christi faediſſime obliteravit.

Anne aliqua saltem mereatur Claudius venia vel excusatione donari, quod praeconceptam in sacras imagines opinionem retulerit olim ex Gallis, ubi plerique Doctores animo eam vulgo fovebant & palam enuntiabant?

At minime gentium. Id quippe unum ex Doctoribus Gallicanis edisscere potuit, sacras imagines religioso obsequio non esse colendas, in templis vero esse decenter retinendas. Claudius tamen ultra insolentissime progressus, mensuram scandali implevit, quippe & signo itidem sacrosanctae Crucis Domini, & coelitibus cultum detraxit, & sacras imagines nefando ausu ceu idola e basilicis eliminavit. Nulla ergo venia homini impiissimo, sed aeterna memoria ipse damnandus.

(u) De vit. Pontif. in Benedicto III.

ADNOTATIO.

(*) Clarius. *Trombellius* diss. 8. c. 2. §. 18. nefando Anastasii facinore relato, in dubium vertit „ num id animus tuerit odio in imagines ipsas, an ut Pontificis „ Leonis, a quo excommunicatus & depositus fuerat, memoriam ac monumenta „ aboleret „. Haec ille.

Nimirum Leo P. IV. qui in Synodo Romana de an. 853. Anastasium Cardinalem tituli S. Marcelli, quod a parochia sibi commissa per quinquennium abscesserit, nec rite vocatus comparuerit, anathemate perculit, depositit & sacerdotali honore privavit, sententiam hanc conciliarem ad perpetuam rei memoriam palam inscribendam justit in tribus tabulis ad Basilicam D. Petri, non procul a quibusdam sacris imaginibus, oculis fidelium obviis. Haec quidem edisscimus ex *Annalib. Bertinianis* ad an. 868. ap. histor. Francor. script. t. 3. p. m. 230. sqq.

Hic autem perfidus Anastasius facto cum adsecliis suis tumultu quum S. Petri basilicam invaderet, eas tabulas, vel ex iis alteram, quae suae damnationis syngodum describebat, confregit, uti testatur cit. *Anastas.* Biblioth. in haec verba „ imagines confregit, ignique „ concremavit, & Synodum quam supra „ Sanctuarii januas beatae memoriae Leo „ pingi Papa jusserat, destruxit „ &c.

Ergo ne tum etiam imagines sacras confregerit, non earum odio, sed duntaxat ut Synodi ejusque authoris Leonis sibi infensi memoriam & monumenta funditus aboleret? Quum autem suam, intactis imaginibus, potuerit in Synodum & Synodi authorem explere rabiem, non equidem ausim immane facinus ab errore, vel subito quodam odio in sanctas imagines liberare.

(x) In annal. l. 2. n. 3. in Isaacio Angelo p. m. 258. edit. Paris. 1646.
(y) In cit. consultat. ubi de imag. & simulacr. p. m. 205. edit. 1612.
(z) De oculis diss. 6. §. 16. sub fin.

furfuris Scriptores juvat pro traditione erroris homines apud Coniatem certo haereticos advocare? Porro de Armenis generatim edixit *Nicephorus* (*a*), *Imagines ſacras honorant illi quidem, ſed non oſculantur*. Verum quum integro fere ſeculo poſt Coniatem floruerit Nicephorus, fortaſſe apud Armenos eo intercedente tempore haereſis illa evanuit.

Bogomili, Paullicianorum in Oriente propago, iis merito adjiciendi; quippe qui, verba ſunt *Euthymii* (*b*) „ Sacerdotes & patres „ omnes tanquam idolorum cultores, quoniam adorant imagines, „ reprobos exiſtimant . . . ſolos autem imaginum oppugnatores or„ thodoxos, fideleſque vocant, in primiſque Copronymum, vene„ randas enim imagines adpernantur „ Sane de *Baſilio* praecipuo ſectae magiſtro haec refert *Anna Comnena* (*c*). „ Quin etiam templa „ (heu mihi) ſacra templa, fana daemonum profanus adpellabat „ Ex iis vero eum coelitibus cultum detraxiſſe colligi (quod pleriſque placet) non video.

XI. *Anonymi* ſub Seculum XII. quos fortaſſe *Petrobruſſianos*, vel *Henricianos* recte dixeris, coelitum erga nos apud Deum ſuffragia, Vigilantii haereſim innovantes, oppugnarunt (*d*).

XII. *Waldenſes*, alias *Leoniſtae*, *Pauperes de Lugduno*, *Cathari* &c., ut author eſt *Reinerus* O. P. eorum olim Epiſcopus (*e*) „ nullum „ ſanctum credunt niſi Apoſtolos. Nullum ſanctum invocant niſi „ Deum ſolum. Item canonizationes, translationes & vigilias San„ ctorum contemnunt. Item laicos qui ſorte Sanctos eligunt in al„ tari, derident. Item letaniam nunquam legunt. Legendas San„ ctorum non credunt. Item miracula Sanctorum ſubſannant. Item „ reliquias Sanctorum contemnunt „. Et paucis adjectis (*f*) „ Ima„ gines & picturas dicunt eſſe idololatricas „. Adcinit *Guido* Epiſc. Helnenſis, apud quem (*g*) Waldenſes „ errant dicentes, quod San„ cti in coelo non audiunt, nec adtendunt orationes noſtras, nec „ pro nobis orant „ Tum „ errant dicentes quod feſta Sanctorum non „ ſunt celebranda: unde in diebus feſtivis Sanctorum, manibus ope„ rantur „. Plura iis ſimilia de Waldenſibus alii memoriae prodiderunt (*h*).

Et haec quidem eorum doctrina, quos ut Patriarchas & anteſi-

(*a*) L. 18. c. 53.

(*b*) In panopl. tit. 23. n. 11.

(*c*) In Alexiade l. 15. p. m. 483. *Poſſino* interprete.

(*d*) Lege *Hildebertum* Coenomanenſ. Epiſc. qui vixit ſub Honorio P. II. epiſt. 51. ap. bibl. PP Lugd. t. 21. p. 141. ſqq. *Everwinum* Steinfeldenſ. Praepoſit. epiſt. ad S. Bernard. n. 5. praefigi ſolitam hujus ſermoni 65. in cant. *Bernard.* ſerm. 66. in cant. n. 9.

(*e*) In l. contra VValdens. c. 5. §. *Sacramentum*. ap. bibl. PP. Lugdun. t. 25. p. 265.

(*f*) §. ſq. *De tertia*. p. 266.

(*g*) In ſumma de haereſ. c. 16. & 17.

(*h*) Nimirum e.c. *Ebrardus* Bethunienſis in l. contra VValdenſ. ab Gretſero notis illuſtrato, *Bernardus* Abbas fontis calidi in tr. adverſ. ſectam VValdenſ. *Ermengardus* contra VValdenſ. qui proſtant ap. bibl. PP. Lugd. t. 24. a p. 1525. tum *Moneta* in comment.

gnanos prodromos amplectuntur & ſuſpiciunt, iis dogmatibus addicti, hodierni Proteſtantium greges ordine ſubjiciendi (*).

XIII. *Al-*

ment. adverſ. Catharos & VValdenſ. l. 4. c. 9. §. 4. 5. & l. 5. c. 8. §. 10. cum notis Clariſſ. Ricchinii, *Petr. de Pilichdorff.* tr. contra haereſim VValdenſ. *Anonymus* in refutat. errorum, quibus VValdenſes diſtinentur ap. eandem bibl. lugd. t. 25. a p. 277. necnon alii cum veteres, tum recentiores, quorum teſtimonia more ſuo compilavit *D'Argentr.* in collect. jud. ad an. 1170. t. 1. a. p. 82.

ADNOTATIO.

(*) NEquit profecto in dubium verti, eos omnes qui VValdenſium ſecta & nomine cenſentur, haec prava dogmata, quaſi ferme praecipua ſectae capita profiteri. Prae ceteris vero ea ardentius colunt, retinentque Valdenſes Pedemontani in convallibus Pedemontii a priſcis uſque temporibus conſtituti. Eadem quippe quod invocationem ſanctorum & cultum imaginum ſpectat, eorum catecheſes cum veteres, tum recentiores palam docent ap. *Legerium* in hiſt. gener. eorum VValdenſium l. 1. p. 88. ſqq. & 103. & alias, edit. Leydenſ. 1669.

Videlicet antiquitatem pravae fidei jactantes, antidogma ſuum primum excepiſſe, & perpetuo retinuiſſe gloriantur, non a Valdo Lugdunenſi, quemadmodum ceteri VValdenſes (quae ferme hiſtoricorum omnium una vox eſt) ſed a Claudio illo Taurinenſi Epiſc. hagiomacho & iconomaco, quem nuper in ſcenam produximus.

Addunt ſubinde, famoſum *VValdenſium* nomen non ab eodem VValdo comparatum eſſe, ſed a convallibus pedemontanis, quas ipſi ceu VValdenſium primogeniti tanto abhinc tempore inhabitant. Et haec quidem non paucis probare atque illuſtrare pergit cit. *Legerius* l. 1. c. 2. a p. 12. & c. 22. p. 141. ſqq. quibus nempe VValdenſes adſerat, oſtendatque ante VValdenſes.

Quia nempe, inquit, Claudius ſe ac ſuam dioeceſim ſuis dogmatis inſtitutam a communione cum Pontifice ſummo & Eccleſia Romana ſejunxit ſub finem ſeculi VIII. (dicere debuit, ſub initium ſeculi IX. quod liquido conſtare videtur ex ejusdem Claudii excerptis, quae nuper memoravimus, & ex libris etiam praecitatis *Dungali* & *Jonae* adverſus Claudium.)

Ut inſuper demonſtret, Claudii Eccleſiam ſaltem magnam partem, quod ſcilicet ſpectat convallium incolas, conſtanter deinceps abhoruiſſe a comunione ac doctrina eccleſiae romanae, ſuggeſtis a Claudio dogmatis perpetuo retentis ante VValdum Lugdunenſem, plura congerit documenta in citatis locis haud vulgarium ſcriptorum, e quibus ſibi confici videtur, & ibi eadem deinceps perſeveraſſe dogmata, quae noſtratibus haereſes jure dicuntur, & pleroſque *VValdenſes* palam nuncupatos, e quibus Albigenſes prodierint, propter nefanda eorum ſcelera combuſtos eſſe ad an. 1114. quo nondum VValdus eruperat.

Et Legerio quidem partim conſentit *Beza* ubi in inconibus virorum illuſtrium art. *VValdenſes*. hos ejuſmodi adpellatos ait ab Alpium anfractibus, in quos ſe ſe jam pridem receperunt. Ac ipſi deinde quoad perpetuam illam errorum ſubceſſionem ii forte ſuffragium dabunt Proteſtantes, qui ſuorum dogmatum traditionem a Claudio Taurinenſi repetere non erubeſcunt.

Ego tamen pro hiſce *Legerii* adſertis, quae alias veri ſatis ſimilia videri poſſent, documenta firmiora optarem. Facile crediderim, furentem illum acatholicum Claudium una cum pleriſque ex illis Pedemontanis a ſe infectis a fide & communione eccleſiae romanae abſque ulla poenitentia receſſiſſe; quid enim boni exſpectes ab eo qui talia & ſcriptis & opera perpetravit; qui Pontificem ſummum ſibi infenſum habuit; qui Patrum Francorum ſynodum vocatus convenire abnuit, inquiens eam fore *ſynodum aſinorum*? (Lege *Dungalum* ſub finem libri contra Claudium.)

Tum pariter ſeminatos a Claudio errores poſt ejus obitum diu apud illas infectas oves ſubſtitiſſe, adeo ut inde paullatim ſecta conſurgeret, cui ex loco ipſo convallium pedemontanarum nomen eſſet *VValdenſium*: quid enim rudiorum hominum naturae potenter depravatae magis conſonum, quam imbibitos errores fovere & ad extremam

XIII. *Albigenſes* imagines quae ſunt in eccleſiis dicebant idololatriam, campanas earum tubas daemonum adfirmabant (*i*).

XIV. *Almaricus* alias notatus altaria ſanctis dicata & imagines thurificare, Sanctorumque invocationes idololatriam eſſe dicebat (*).

XV. *Lollardi*, authore *Walthero Lollardo*, Coloniae flammis tradito ſub an. 1322. „ merita & interceſſiones quorumlibet Sanctorum „ poſſe hominibus apud Deum praeſtare ſuffragia negabant „. (*k*) Haec quidem conſentiens recitavit Luthericus ille *Jo. Georg. Walchius* (*l*) continenter vero per ſummam injuriam inſolens adjecit „ Negabant profecto ſummo jure, & hac ratione declarabant, ſe „ eſſe teſtes veritatis „ Haec declamat & judicat ex tripode ſapientiſſimus Magiſter.

mam uſque labem perducere?

Verum enim vero quod haec reapſe geſta ſint, ex productis a Legerio documentis mihi oſtendit plane nullum; & nullum itidem ex ceteris quae percurrere licuit apud adcuratos Haereſeologos, tum apud Hiſtoricos rerum Sabaudiae ac Pedemontii: alium ubique geſtorum, quae famoſus hic Pedemontii VValdenſium Paſtor & hiſtoriographus obtrudere contendit, ſilentium. Nec illi demum, jam tum *VValdenſes* nuncupati, ad annum 1114. flammis extincti, quos ex Nicol. Vignerio retulit, Pedemontii accolae erant, ſed Provinciae, aliarumque regionum.

Quod autem mihi opportunos in hanc rem commentarios ſedulo evolventi primum occurrit, illud eſt, quod ex adſeclis VValdi propter haereſes cum duce Lugduno depulſis a Joanne a Bellis-manibus Urbis Archiepiſcopo ad an. circ. 1181. plerique in Alpinas Pedemontii valles ſe receperunt, eaſque ſuarum veneno haereſum contaminarunt. Haec *Marc. Aurel. Rorencus* de introductione haereſ. in vallib. Pedemontii c. 2. p. m. 7. edit. Taurin. 1649. additque *Ughell.* t. 4. col. 1051. ſq. ubi de Epiſcop. Thaurinenſibus, eam hominum foecem ibi deprehenſam eſſe ſub Harduino Epiſcopo an. circ. 1191.

Et haec profecto, me judice, VValdenſium Pedemontanorum, vulgo *Les Barbets*, quos Lutherici & Calviniani ſocios & fratres merito vocant, origo certior, aut longe veriſimilior, ac ea, quam eorum geneſi Legerio perſpicuis documentis deſtituto adſcribere lubuit, deducta ab Claudio Haereſiarcha perpetua errorum in cultum coelitum ſubceſſione. Ludit itaque hic Author, illuditque ſuae genti, ubi in gratiam ejus contra coelites errorum VValdenſes ante VValdenſes proponere jactitat.

(*i*) Totidem verbis ſectae ſynchronus *Petr. Vallicern.* in hiſt. Albigenſ. cap. 2. ap. Thierſ. bibl. Ciſterc. t. 7. p. m. 3.

ADNOTATIO.

(*) HAec *Prateolus* in Almarico n. 4. Nec ipſi quidem adlegato diſſentit Cl *Trombell.* diſſ. 2. c. 6. n. 15. De Almarico eodem id unum protulerat primum *Sander.* in monarch. viſ. n. 156. „ thuriſicationem, qua in eccleſiis utuntur, idolo„ latriam vocabat „. Et vero quibus freti documentis haec Scriptores memorati Almarico adfingant, adſequi nondum potui.

Id porro unum non de Almarico, ſed de ejus diſcipulis, ut facile conjicere eſt, memoriae prodidit *Caeſarius* Heiſterbachenſ. in hiſtor. illuſtr. mirac. l. 5. c. 22. Videlicet „ altaria Sanctis ſtatui, & ſacras imagines „ thurificari, idololatriam eſſe dicebant: „ eos qui oſſa Martyrum deoſculabantur, „ ſubſannabant „. Alia Almarico inſcite adtributa *ſuperius* innuimus & jure vindicavimus.

(*k*) Teſtatur *Trithemius* in chron. monaſt. Hirſaug. ad an. 1315.

(*l*) In miſcell. ſacr. l. 3. exercit. 5. §. 20.

XVI. *Wicleffitae*, dicti etiam *Lollardi* apud Anglos, ad an. circ. 1389. novos errores antiquis immiſcent, ac inter alia propugnant „ quod imagines Crucifixi, beatae Virginis, aliorumque Sanctorum „ nullo modo ſunt venerandae: immo ipſas, vel picturas aliquas „ quomodolibet venerantes peccant & idololatriam committunt, & „ quod Deus non facit aliqua miracula per illas, & quod omnes fa„ cientes peregrinationes ad ipſas vel eas aliquo modo adorantes, „ lumen vel alias devotiones coram ipſis imaginibus exhibentes, „ ſunt maledicti „ (*m*) (*).

XVII. *Huſſitae Bohemi* in dogmatis habuerunt, Dei & Sanctorum imagines delendas eſſe: tum ſuffragia Sanctorum in coelis cum Chriſto regnantium fruſtra impetrari, quae juvare non poſſunt (*n*). Ii feruntur, ad an. 1429. complures Sanctorum imagines in piram collectas igne ſuppoſito, nefando ludibrio concremaſſe (*o*) (*).

XVIII. *Hie-*

(*m*) Totidem verbis *Knygthon* Canonicus Leyceſtrenſis de eventib. Angliae l. 5. in Ricardo II. col. m. 2707. opinione 5.

ADNOTATIO.

(*) ANne in cultum coelitibus, aut eorum imaginibus debitum peccavit eorum parens *Jo. VVicleffus*? Pleriſque dubitatur. Si *Thomam VValden* audias de ſacramental. tit. 12. c. 108. ubi de Sanctis orandis, VVicleffus interceſſionem & invocationem Sanctorum modo adprobat, modo improbat.

Si legas deinde *VValemburchios* Fratres tom. 2. de unit. eccl. l. 2. c. 3. §. 4. p. 666. edit. 1671. loca videris ex commentariis Haereſiarchis excerpta, quae ejus in iſtud dogma orthodoxiam ſatis probant. Si credas inſuper, at ſine teſte loquenti, *Chriſtiano Drejero* Proteſtanti diſp. 31. de cultu imag. p. m. 962. edit. 1688., VValdenſium dogmata de cultu imaginum VVicleffus ſequutus eſt. Senſum praeterea ſi quaeras *Boſſuetii* in hiſt. de variat. haer. l. 11. §. 158. p. m. 213. edit. 2. 1689. nobiſcum ille conſentit quoad invocationem Sanctorum, ac debitam imaginibus reverentiam ab eo adſertas.

Addo ipſe: ſi mea non fallit memoria, vel diligentia, inter ejus complurimos errores e certis documentis laciſſime deſcriptos a cit. *D'Argentraeo* t. 1. ubi de VVicleffo a p. 401. adverſum haec dogmata repereris nullum.

(*n*) Author eſt *Aeneas Silvius* in hiſt. Bohem. c. 35.

(*o*) Ap. *Cochl.* hiſt. Huſſit. l. 6. ad eum an. p. m. 222. ex *Krantz*.

ADNOTATIO.

(*) PAriter hoc loci diſputari poſſet num eoſdem foverit primum errores eorum dux *Jo. Huſſus*? Et quidem fortaſſe quiſpiam adfirmaret. Quoniam principio ap. *C. Conſtant.* in bulla Martini V. referente *Hardui.* t. 8. col. 915. inter ceteras interrogationes ei proponendas, de quo dubitatur num falſis VVicleſi & Huſſi opinionibus adhaereat, haec habetur „ utrum credat & adſerat, licitum eſſe Sanctorum re„ liquias & imagines a Chriſti fidelibus ve„ nerari „.

Deinde Huſſus, eodem teſte in elucidat. ſuae fidei ap. monumenta edita 1715. t. 1. p. 64. col. 1. adcuſatus eſt „ quod negarit „ Sanctorum ſuffragia, & reſpectu viantium, „ & reſpectu in gratia mortuorum „.

Tum ipſe in tr. de pernicie humanarum traditionum c. 4. ap. eadem monum. t. 1. p. 596. col. 2. haec habet „ Heu hodie colle„ gia quaedam & multitudo eorum, qui ſe „ dicunt magiſtros Eccleſiae & ſapientes, „ decrera Dei in eccleſia poſuerunt, quod „ videlicet ſtatuae ligneae, atque lapideae, „ ar-

XVIII. *Hieronymus Pragenſis*, laicus vir, ad diſſeminandas Wicleffi haereſes Huſſi ſocius, propter relapſum in haereſim primum revocatam in C. Conſtantienſi juſte combuſtus; hic inquam inſanus nebulo „ dehortans homines a veneratione imaginum, quum Chriſti „ Salvatoris Crucifixi imaginem Pragae e regione domus dictae Kreiſ„ ſe pictam vidiſſet, quae in veneratione devoti populi erat, eam „ non ſolum irriſſit, ſed etiam dejecit; & ſtercore humano inceſta„ vit, dicens nequaquam pingendas eſſe imagines. Reliquias quoque „ Sanctorum contemſit, injuriiſque plebi deridendas expoſuit. Ex„ tractis quippe de altari reliquiis in Monaſterio S. Mariae in arena „ Pragae, eas luto inſtravit & pedibus calcavit „ (*p*).

XIX. *Pro-*

„ argenteae & ceterae hujuſmodi ſint a chri„ ſtianis colendae & adorandae, patule & ex„ preſſe ſcriptura Sancta dicente (Exod. 20.) „ non adorabis ea, neque coles &c.

Praeterea in anatomia membrorum Antichriſti c. 11. p. 434. col. 1. ſub init. increpat tacite Pontificem ſummum, quod inique ſe gerat „ autoriſando, Sanctis quibuſcumque „ debere impendi cultum ſoli Deo debitum, „ quod tamen eſt crimen idololatriae, & con„ ſequenter iniquitas maxima, & negatio „ coram Deo altiſſimo „. Quo plane impetit cultum, quem ſacra apotheoſi Papa coelitibus indulget.

Demum in tr. de Myſterio iniquitatis Antichriſti eodem t. 1. c. 23. p. 613. col. 2. ſub init. declamitat, quod diabolus homines „ inducit in venerationem Sanctorum in coe„ lis, ut plurimum glorientur, & ſpem ſibi „ promittant, ſed inanem; ſi tamen ea fiunt „ ſine Chriſti caritate „.

Sed iis tamen totidem reponi poſſunt pro recta Huſſi fide argumenta. Nimirum principio C. Conſtantiae fortaſſe ex vago rumore, non autem re diſcuſſa, ſuſpicabatur, doctrinam VVicleffi aut Huſſi licitum cultum erga reliquias & imagines Sanctorum impetere.

Deinde citatus Huſſus in eadem p. 64. illam ait impoſturam eſſe, orat Deum pro impoſtoribus, ſuffragia Sanctorum egregie adſerit, prae primis Mariae Virginis, quam *Advocatam* & *Mediatricem* oratione tenerrima adpellat: id quod ſub aliis vocibus ingeminat inferius, agens contra praedicationem Plznenſem p. 183. ubi ad Virginem Matrem in coelis cum Chriſto regnantem converſus, ſic eam adloquitur,

Illic eſto tui memorum memor optima Virgo.

Tum quae p. 596. differit, tendere videntur contra abuſum, qui fortaſſe irrepſerat in aliquos concionatores, male explicandi apud populum, modum colendi imagines, quaſi *teneretur* de cetero populus ſtatuas lapideas & ligneas adorare: quod paucis interjectis Author indicat.

Idem vero in tr. de adoratione t. 2. a p. 512. cultum relativum, quo imagines venerandae ſunt, pluribus orthodoxe, perdoctequeque promovet. Ubi obiter carpendus Editor operum Huſſi, qui diſſertationi hunc praefixit titulum „ Joannes Hus de adoratione, & „ contra imaginum adorationem, tametſi ju„ ſto languidius „ meritus utique pugnare authorem, nec ita quidem vehementer, ut par eſſet, contra cultum imaginum. Hic procul dubio Huſſita iconomachus, a quo quid aliud hac in re expectare poſſis?

Praetereа VVicleffi ſpiritu adflatus ad p. 434. videtur ea differere odio ſummi Pontificis, ſua apotheoſi Sanctis cultum, ſua opinione idololatricum decernentis. Quippe cultum coelitibus jure deferendum eſſe fert & probat ſaepenumero.

Sic enim e. g. in ſerm. habito Pragae ad popul. t. 2. p. 81. adprobat ceu dictum a S. Thoma quod mortui precibus Sanctorum juventur; tum in explicatione ſuper Pſal. 116. p. 416. tenet, Martyrum corpora eſſe honoranda „ quum ſint ex morte, quae eſt pretio„ ſa in conſpectu Domini ſanctificata „ remque illuſtrat celebri quodam loco Maximi Epiſcopi in ſerm. de Martyrib.

Demum iis, quae t. 1. p. 613. differuit, haec continenter ſubjicit „ Alias, ut dictum „ eſt, cultus Sanctorum in coelis & venera„ tio eſt Deo grata & ſalubris Chriſtianis „.

Ex iis jam vero liquido conſtat, Huſſi fidem atque doctrinam de cultu erga coelites, eorumque lipſana & imagines plane orthodoxam fuiſſe.

(*p*) Rem totidem verbis enarrat *Cochlaeus* in hiſt. Huſſitar. l. 3. ubi de articulis adcuationis contra Hieron. de Praga, art. 19.

XIX. *Proteſtantes*, ac ferme ceteri quique *Acatholici* Pragenſi poſteriores cultum coelitibus aut ipſorum lipſanis & iconibus exhibitum communi quaſi adſenſu irridere atque oppugnare conſueverunt. Ex iis videlicet nonnulli coelitum interceſſionem repudiant, alii duntaxat invocationem : ſunt qui ſacris lipſanis nullum deferant honorem, & qui ea penitus deſpicienda arbitrentur : ii demum vel ne quidem umbram ſacrarum imaginum in templis ferre poſſunt ; illi vero quaslibet imagines ceu idola delere ſeu confringere conantur. Sic autem hominibus vera fide deſtitutis deſipere placuit.

Porro *Caniſius* noſter (*q*) adſertoribus interceſſionis & invocationis coelitum, variis adductis eorum teſtimoniis, adcenſet *Lutherum*, *Buzerum*, *Camerarium*, *Oecolampadium*. At vero contra Lutherum ſenſiſſe in libris ad Waldenſes, quos pervolvere non licuit, docet *Bellarmin.* (*r*) tum *Drejerus* Luthericus (*s*) necnon *Coccius* (*t*). Et certum quidem eſt, Lutheri ſcholam contra ſenſiſſe cum *Centuriator. Magdeburgenſ.* (*u*) & cum *Authoribus*, *Defenſoribuſque* Confeſſionis Auguſtanae (*x*) quibus cum recentiores Luthericos vulgo conſentire video cum *Buddeo* (*y*) idololatricum adpellante cultum religioſum, quo Romanenſes, ut vocat, coelites honorant (*z*). Quin etiam Sanctorum lipſanis cultum religioſum ademit *Lutherus* (*a*) ſubſcribentibus vulgo ejus gregalibus (*b*).

Porro Lutherum cultum religioſum ſacris imaginibus ademiſſe non reperio. At cum tamen ejus adſeclae vulgo ademerunt ceu ſuperſtitioſum & idololatricum (*c*).

Calvinicolae ad unum profecto (*d*) ſuum ſequuntur *Calvinum*, cujus haec inſolens ac horrida eſt in Inſtitutionibus & alias doctrina. 1.° Platonica philoſophia eſt penitus abjicienda quaerere per Angelos ad Deum aditum, & ipſos in hunc finem colere, quo Deum faciliorem nobis reddant (*e*). 2.° Merum eſt nugamentum, immo vera Papiſmi ſuperſtitio atque ſacrilegium mortuorum interceſſionem, quae uni competit Chriſto, invocare (*f*). 3.° peregrinationes ad ſanctiora loca in

(*q*) In comment. de Ss. Deipara l. 3. c. 10. §. *Eant.* p. m. 301.

(*r*) De Sanctis l. 1. c. 15.

(*s*) Diſp. 29. de invocat. SS. p. m. 916. citatis ex Luthero locis editionis germanicae.

(*t*) T. 1. l. 5. ar. 12. adductis ex Luthero verbis in Evangelium Dominicae 23. Trinitatis.

(*u*) Cent. 1. l. 2. c. 4. col. 340. fere ſub init. & ſaepe alias.

(*x*) Artic. 21. de cultu Sanctorum.

(*y*) In inſtit. Theol. dogm. l. 2. c. 3. ad §. 20. p. m. 474. col. 2.

(*z*) Conf. *Carpzov.* iſagog. in Auguſt. Conf. ejuſque apolog. t. 1. p. 558. ſqq.

(*a*) In artic. Smalcald. a ſe conſcriptis 1537. §. 5.

(*b*) Cum *Magdeb.* cent. 4. c. 13. ubi de miraculis ſub Juliano, col. 1446. & alias, *Chemnit. Gerhardo* &c.

(*c*) Cum *Magdeb* cent. 8. c. 9. alias, *Filbrachtio*, *Crocio*, *Drejero*, *Calovio*, *Melanchtone*.

(*d*) Cum *Beza* in tr. theol. p. m. 255. & 327. *Turretino* in diſputationib. de idololatria Romana ad t. 4. theol. *Dallaeo* in libris contra tradit. latinor. de objecto cultus religioſi, *Picenino* in triumpho verae religionis c. 25. ſqq. *Pictero* in theol. chriſt. l. 12. c. 6. & 28. ſqq. *Burmanno* in ſynop. theol. t. 2. l. 6. c. 11. §. 46.

(*e*) L. 1. c. 14 ſect. 12. ſub fin.

(*f*) L. 3. c. 20. ſect. 20. ſqq.

in honorem coelitum ſuſcipere non modo quid inane ac nugatorium eſt, ſed etiam manifeſtae impietatis plenum (*g*). 4.° placitum, quo Synodo Nicaenae II. non imagines tantum ipſae, ſed earum cultus receptus eſt, planum eſt a Satana manaſſe (*h*) quippe hujuſmodi cultus religioſus ſimulacris impenſus proculdubio idololatricus eſt ac Deo abominabilis (*i*). 5.° nefas eſt Deum inviſibilem ſpecie viſibili effingere (*k*). 6.° non expedit imagines in templis collocari; ſiquidem ſtatim ac in eis collocantur, quaſi ſignum idololatriae eriguntur, nec enim ſibi temperare poteſt hominum ſtultitia, quin protinus ad ſuperſtitioſos cultus delabatur (*l*). Irridet demum, pluribuſque ceu idololatricum explodere pergit cultum a nobis exhibitum coelitum lipſanis (*m*).

Quod inſuper ſchola utraque ſuis Luthero & Calvino quantum ad haec antidogmata pede firmiſſimo inhaeſerint, patet perſpicue & abunde ex confeſſionibus fidei, e. g. *Witembergica*, *Argentinenſi*, *Saxonica*, *Helvetica*, *Belgica*, *Gallica*, *Anglica* & aliis, quarum ſyllabum ſuo loco recenſebimus (*n*).

Andreas Carolſtadius, natione Germanus, primum Archidiaconus Wittembergenſis, ſed poſtea ex ſacerdote laicus factus, & Sacramentariorum recentium impius parens, ad an. 1525. ſacris imaginibus iniquiſſimus fuit, populos adverſum eas inſtituens; adeo ut eo vel authore, vel incentore illae e templis ejectae ſint, & conculcatae (*o*). Haud longe mitiorem ſacris imaginibus oſtendit ſeſe *Thomas Munzerus* Presbyter, nonnullis Anabaptiſtarum author, homo ſane inquietiſſimus juxta & audaciſſimus (*p*) *Zwinglius* item coelitum cultum tanquam Deo injurium rejecit (*q*) ejuique adſeclae contra ſacras imagines pugnarunt (*r*) *Pichardi* pariter in Bohemia ſuffragia Sanctorum rem vanam & ridiculam arbitrati ſunt (*s*).

Samuel Przipcovius demum, Eques Polonus, & Electoris Brandenburgici Conſiliarius, e grege *Socinianorum*, ut ſuſpicor, & coelitibus & eorum imaginibus exhibitum cultum tanquam multis nominibus iniquum ſcriptis editis confutavit (*t*). Quod autem *Schola Socciniana* in eiſdem erroribus verſata ſit, etſi mihi non conſtet ex generali

(*g*) Lib. 4. c. 13. ſect. 7.

(*h*) Lib. 4. c. 9. ſect. 9.

(*i*) L. 1. c. 11. ſect. 9. ſqq. & c. 12. per tot.

(*k*) L. 1. c. 11. ſect. 12.

(*l*) *Ibid.* l. 1. c. 11. ſect. 13. ſqq. ubi rurſum in Synodum Nicaenam II. blatero inſanus invehitur.

(*m*) In admonit. de reliquiis, quae exſtat in t. 8. oper. edit. Amſtelod. 1667. a p. 203.

(*n*) Eas in rem noſtram conſule ſis ubi agunt de cultu erga coelites, eorumque lipſana & imagines ap. *Corpus & ſyntagma confeſſionum fidei* editum Genevae 1654.

(*o*) Conf. *Cochlae.* de act. & ſcript. Luth. ad an. 1525.

(*p*) Apud cit. *Cochl.* ad ipſum an.

(*q*) In opere articulorum, art. 20, notavitque *Pallavic.* hiſt. C. Trid. l. 1. c. 19. n. 1.

(*r*) Author eſt *Bellarmin.* de Sanctis l. 2. c. 6. ferme ſub fin. ex *Cochl.*

(*s*) Ex *Jo. Schechta* epiſt. ad Eraſmum ap. *Coccium* in theſ. t. 1. l. 5. ar. 4. ſub init.

(*t*) In reſponſione ad ſcriptum Georgii Nemiricii Succamerarii Kiovienſis, cap. 6. & 7. typis excuſa 1692. exſtat in Biblioth. Fratrum Polonorum t. 7. a p. 535.

rali ejus impiae doctrinae syſtemate, vel in ſcriptis utriuſque *Socini* propoſito, vel in commentariis adſeclarum illuſtrato (hoc quippe punctum ab iis omnibus, ni fallor, nulla oblata diſputationis occaſione, ceu parvi momenti praetermittitur) nihilo ſecius illud mihi aperte colligere exinde videor, quod *Sociniani* cum *Volckelio* (*u*) contendant, omnes imagines lege divina prohibitas eſſe; itemque cum *Andr. Radeccio* (*x*) feſtorum in honorem coelitum celebrationem nobis horrendam peperiſſe idololatriam (*y*). Qui vero iſta contendunt, cultum quemlibet religioſum coelitibus, eorumque imaginibus delatum proculdubio repudiaverint.

De erroribus vitandis hactenus. Ad veritates theologicas, quas tuto amplecti valeas, adcedimus.

(*u*) L. 4. de vera relig. c. 12.
(*x*) In notis ad lib. Smigleſ. p. 12.
(*y*) Haec didicimus ex *Calovio* in Anti-ſocinianis t. 1. p. 90. & 305.

RURSUM QQ. DOGM. SHOL. 208 QUAESTIO I. Num generatim liceat cultu ſacro & religioſo Sanctos proſequi, de quibus conſtat inter coelites empyrei vitam beatam degere? ADFIRMO ceu fide ſanctum. Docet *Codex ſacer* eorum exemplis adductis, qui vel Angelos, vel viros ſanctimonia praeſtantes adhuc in vivis agentes coluerunt & adorarunt. E. g. *Geneſ.* 18. 2. & 19. 2. *Num.* 22. 31. *Joſ.* 5. 14. & 1. *Reg.* 28. 14. & 3. *Reg.* 18. 7. & 4. *Reg.* 2. 15. *Dan.* 2. 46. Adcinunt *PP.* cum vulgatiſſima Eccleſiae conſenſione & praxi a primis uſque Seculis, v. c. *Juſtin.* (*z*) *Orig.* (*a*) *Tert.* (*b*) *Cypr.* (*c*) *Euſeb.* (*d*) alii (*e*) Tum *CC.* cum *Carthagin.* I. (*f*) *Gangrenſ.* (*g*) *Nicaen.* II. (*h*) *Trident.* (*i*) Adde, perpetuo Ethnicos, Hebraeos, Acatholicos cum Chriſtianis exſpoſtulaſſe de idololatria propter cultum Sanctorum, quem quum non intelligerent, peſſime interpretabantur; eos itaque paſſim religioſe colebant Chriſtiani: tum uſum in Eccleſia perpetuum templorum, feſtorum, votorum, ſupplicationum, peregrinationum, imaginum in cultum coelitum.

209 Favet ratio & quidem praeclariſſima. Quandoquidem honor, aut cultus civilis debetur civili authoritati, potentiae, virtuti, ſapientiae, nobilitati: ergo cultus pluſquam civilis, puta ſacer & religioſus debetur totidem magnalibus illis, ſummis quidem ac ſupernaturalibus, mox adſertis, quibus beati praefulgent in empyreo. Quid?

(*z*) Apol. 2. ſub init.
(*a*) Hom. 3. in diverſ.
(*b*) De cor. milit. & alias.
(*c*) L. 4. epiſt. 5.
(*d*) Praep. ev. l. 3. c. 7. & hiſt. l. 4. c. 15.
(*e*) Quos longo agmine recenſuit *Vazquez* in comment. de cultu adorationis l. 1. d. 5. c. 2. ac deinceps *Bellarm.* de beat. SS. l. 1. c. 13.
(*f*) Cap. 2.
(*g*) Can. 20.
(*h*) Act. 3.
(*i*) Seſſ. 25.

Quid? quod Deus O. M. conſpicuum honorem, eximiamque gloriam Sanctis pollicitus eſt ex 1. *Reg.* 2. 30. *Luc.* 22. 29. *Joan.* 12. 26. *Roman.* 2. 10. *Apoc.* 3. 21. Honor itaque illis debetur, & a nobis quidem, utpote inferioribus deferendus. Quo plane reſpexit *Nicaena Synod.* II. (*k*) ubi haec decrevit „ Apoſtolicas Eccleſiae traditiones, „ quibus veneratio, culturaque Sanctorum docetur, recipimus & ve„ neramur. Eos autem ut miniſtros, amicos & filios Dei exiſtenn tes honoramus (*l*) „.

OBJECTIONES.

210 Obj. *primo*. Pugnat Adſertum cum ſacro codice. Nam 1.° Deut. 6. dicitur *Dominum tuum adorabis & illi ſoli ſervies*, id quod ex Matt. 4. diabolo adorationem poſtulanti objecit Chriſtus. 2.° Exſtant plurium exempla, qui ſibi cultum adorationis deferendum abnuerunt. E. c. Act. 10. Petrus Cornelium ſe adorare conantem prohibuit: Act. 14. Paullus & Barnabas Lycaonibus ne ſe adorarent vetuerunt: Apoc. 22. Angelus Joannis adorationem repudiavit.

211 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: haec denotant, ſoli Deo ſerviendum eſſe ſervitute vel cultu latriae, puta ceu excellentiae infinitae Domino, creatorum omnium principio & fini ultimo; quo tamen non prohibetur, quominus Beatis ceu Dei amicis & ſervis, reſpectu habito ad ſupernas eorum virtutes, cultus longe inferior hyperduliae ſeu duliae deferatur. Ad 2: nihil ea exempla conficiunt. Petrus ex modeſtia honorem illum, alias ratione ſanctimoniae jure ſibi debitum recuſat. Paullus & Barnabas merito reſpuunt cultum divinum ſibi ab paganis Lycaonibus intentatum. Angelus non admiſit duliae cultum alias ſibi competentem, ut innueret quanti ab Angelis homines fierent ob dignitatem naturae ipſorum a Verbo adſumtae, prae primis vero Apoſtoli, Sacerdotes, & Principes eccleſiae, qualis erat Joannes (*m*).

212 Obj. *ſecundo*. Pugnat cum Patribus, adſerentibus interdum nec Angelos, nec ſanctos homines nobis eſſe adorandos. Sic enim C. Laodicen. (*n*) Athanaſ. (*o*) Ambroſ. (*p*) Epiphan. (*q*) Auguſt. (*r*) Leo P. I. (*s*) Damaſcen. (*t*) R. *D. Adſ.* Nobis non eſſe adorandos adoratione latriae, quod ſimpliciter denotare vulgo conſueverunt ſub vocabulo *adoratio*, C adoratione longe inferiore, quam iidem & Angelis & hominibus beatis centies adſerunt, *N.* Ac de priore quidem adoratione loquuntur adducti Patres. Laodiceni vero, qui praecedenti can. 34. ſanctorum Martyrum cultum admiſerant, in 35. venerationem beatorum Angelorum non perſtringunt, ſed pravorum, quos videlicet nonnulli magiae cauſſa colere atque invocare reperti ſunt,

(*k*) Act. 3.
(*l*) Recole *Vazq.* mox cit.
(*m*) Conferendi citt. *Vazq.* c. 3. & *Bellarm.* c. 11. & 14.
(*n*) Can. 35.
(*o*) Serm. 3. contra Arian.
(*p*) In c. 1. ad Rom.
(*q*) Haeref. 79. quae eſt Collyridianor.
(*r*) Lib. de vera & falſa relig. c. 55.
(*s*) Serm. 2. de nativ. ſub fin.
(*t*) Lib. 4. de fide c. 3.

ceu reliquiae haereticorum, de quibus Apoſtolus *Coloſſ.* 2. 18. *Tertull.* (*u*) *Epiphan.* (*x*).

213 Obj. *tertio*. Pugnat cum ratione. Nam 1.° Per cultum religioſum, qui Sanctis exhibetur, Dei & Chriſti cultus imminuitur. 2.° idem ſuperſtitioſus eſt ac idololatricus, quippe exſercetur ſacrificiis, templis, genuflexione, proſtratione, thurificatione, & aliis id genus; haec autem cultum praeſeferunt latreuticum, ſoli Deo debitum. 3.° Prae primis ſuperſtitioſus eſt cultus, qui defertur Mariae Virgini; quae ſiquidem vocatur mediatrix, redemtrix, coeli terraeque regina, ſalus & ſpes noſtra, tanquam Dea: quin immo ſaepe in ipſam ferri videmur majori adfectu & fiducia quam erga Chriſtum, hominem Deum. 4.° Cultus hujuſmodi ſcopus valde incertus eſt ac dubius, certum quippe non eſt Papam in Canonizatione SS. non errare; atque identidem ſuppoſititius, quum permulti Sanctorum, qui coluntur, fabuloſi ſint, ut puta Georgius, Chriſtophorus, Hippolytus, Catharina Alexandrina &c.

214 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* Immo augetur; quoniam Sanctos propter Deum & Chriſtum colimus, & ratione ſanctitatis & chariſmatum, quae ſunt dona Dei. Ecquis autem jure cenſeat me minuere honorem Principis quum ejus ſervum, filium, amicum intimum qua tales honore proſequor? Ad 2. *N. Adſ.* Ad prob: excepto ſacrificio, quo Eccleſia unum perpetuo coluit Deum, ad mentem *Auguſtini* (*y*) cetera quae objiciuntur ex ſeſe indifferentia ſunt ad denotandum quemlibet cultum cum civilem, tum religioſum, & pendent a mente ac ſubjectione interna colentium. Nullus autem catholicorum quum eas actiones externas elicit in obſequium Sanctorum, eos intendit latria colere tanquam Deos, ſed obſequio longe minori duliae vel hyperduliae, ceu creaturas, Dei famulos & amicos.

215 Ad 3: Maternitas Dei, tot tantiſque cumulata privilegiis in cauſſa eſt, quamobrem eo fideles amore tenerrimo proſequantur, iiſque ſublimibus commendent praeconiis. Nemo autem unus, Eccleſia inſtituente, ſeu adprobante, Mariam dixerit deam, ac non nudam creaturam, aut pluris eam fecerit, quam Chriſtum Dei ac Mariae filium. Ad 4: Adſertum noſtrum eos duntaxat reſpicit beatos, de quibus etiam inter Acatholicos quibus cum diſputamus, plane conſtat & coelites eſſe, quales dixeris S. Deiparam, Apoſtolos, primitivae Eccleſiae Martyres; alio quippe pertinere putamus prolixas illas quaeſtiones de inerrantia Pontificis, aut eccleſiae cujuſvis particularis in Canonizatione Sanctorum, ac de vindiciis illorum, qui nobis objiciuntur, coelitum, aliorumque qui poſſent objici (*z*). QUAE-

(*u*) In apologet. c. 23.

(*x*) Haereſ. 40. alias 60.

Recole quae hanc in rem differuimus *ſupra* in Tom. III. p. 60.

(*y*) L. 20. cont. Fauſt. c. 21.

(*z*) De iis nos alias. Conſulas interim, ſi placet, *Vazq.* cit. l. 1. d. 5. c. 3. ſub fin. *Alan. Copum* dial. 3. & 4. *Becan.* de invocat. SS. q. 13. *Pichler* in Theol. polem. de cultu SS. §. 1. *VValenburchios* Fratres t. 2. l. 12. controv. 2. de cultu SS. Jo. *Frontonem* in diſſ. de cultu SS. §. 1. & 2. *Daniel. Ramum*

216 QUAESTIO II. Licitum ne eſt ac pium Reliquias Coelitum colere cultu ſacro ac religioſo? ADFIRMO. Rem fide certam perſpicuis oſtendunt exemplis *ſacrae Paginae*, e. c. *Exod.* 13. 19. & 4. *Reg.* 13. 21. & 4. *Reg.* 23. 18. *Matth.* 9. 23. *Act.* 5. 15. & 19. 12. Suffragantur *CC.* cum *Gangren.* an. circ. 325. (*a*) *Carthagin.* V. an. 398. (*b*) *Epaonenſ.* 517. (*c*) *Bracar.* III. 675. (*d*) *Nicaen.* II. 787. (*e*) *Moguntin.* 813. (*f*) *Lateran.* IV. 1215. (*g*) *Trident.* an. 1563. 4. Decembr. (*h*) *PP.* itidem cum *Euſeb.* (*i*) *Baſil.* (*k*) *Nazianz.* (*l*) *Cyrill.* Hieroſ. (*m*) *Hieron.* (*n*) *Gaudent.* Brixienſi (*o*) *Ruſin.* (*p*) *Auguſt.* (*q*) *Leon.* M. (*r*) *Gregor.* M. (*s*).

217 Adcedunt miracula plane numeroſiſſima, ad Reliquias Sanctorum ſingulis quibuſque aetatibus patrata (*t*). Haec autem evidenti ſunt argumento, quod Reliquiis tributus honor ſacer Sanctorum Remuneratori perplacet: non ſecus ac inventiones quaedam portentoſae, plurimaeque revelationes divinitus factae (*u*). Quod inſuper idem cultus apud Eccleſias a prioribus uſque Seculis increbuerit, plane teſtantur praeter adducta Patrum teſtimonia, perfrequentes Reliquiarum translationes honoris ergo celebratae; tum uſus cereorum & lampadum, in earundem honorem; quod denique ſub altaribus ſacrificio Euchariſtico ſacris recondi conſueverint (*x*).

218 Nec deeſt quidem ratio, quae uſum hunc religioſum comprobet. Quid enim honeſtius, quam eas honore proſequi reliquias, quae fuerunt animorum organa ad geſta ſanctiſſima, quae modo ſunt inſtrumenta Dei ad patranda miracula, quae olim beato animo conjunctae aeternum ſplendebunt? Quod ſi magnorum Regum, aliorumque virorum ſummorum exuviis cultum civilem honeſte rependimus, honeſtius quidem corpora quae fuerunt beatorum depoſita coelitum

mum in proluſ. de cultu duliae ſanctis exhibendo, quae exſtat ap. theſaur Theol. a Zacharia compilatum t. 4. p. 42. ſqq. *Trombell.* de cultu SS. diſſ. 1. 4. & alias.

Rurſum de feſtis, votis, ceteriſque ad cultum SS. pertinentibus plura dabunt Interpretes Polemici cum *Bellarm.* cit. de beat. SS. l. 3. *Gretſer.* ubi de feſt. SS. peregrinat. ſupplicat. *Copo*, *VValenb.* *Pichl.* *Trombell.* citt.

(*a*) Can. 20.
(*b*) Can. 14.
(*c*) Can. 25.
(*d*) Can. 5.
(*e*) Act. 3. & 7.
(*f*) Can. 51.
(*g*) Cap. 62.
(*h*) Seſſ. 25.
(*i*) Hiſt. l. 7. c. 19.
(*k*) In Pſal. 115. num. 4.
(*l*) Orat. invectiva 1. adverſ. Julianum Auguſt. prope med.
(*m*) Catech. 18. n. 8.
(*n*) Contra Vigilant. n. 5.
(*o*) In tract. de die dedicat. baſilicae concilii ſanctorum fere per tot.
(*p*) Hiſt. eccl. l. 11. c. 28.
(*q*) Epiſt. 212. alias 103. ad Quintilianum.
(*r*) Serm. in feſtiv. S. Laurentii.
(*s*) In regiſtr. olim l. 5. epiſt. 50.
(*t*) Syllabum Patrum plura referentium habes ap. cit. *Bellarm.* l. 2. c. 3. Plura ſine numero narrantur ap. *Bollandianos*, alioſque Sanctorum Biographos.
(*u*) Conf. *Auguſt.* l. 9. confeſſ. c. 7. *Sozom.* hiſt. l. 5. c. 8. & l. 7. c. ult. & l. 9. c. 2. *Bed.* de VI. aetatib. in Martiano & in Zenone.
(*x*) Lege *Bellarm.* cit. tum plurima exempla ſub tria primaeva ſecula de cultu erga Reliquias ſacras, quae collegit *Alticotius* noſter in comment. de mendaciis & fraudib. Iſaaci Beauſobrii diſſ. 12. a §. 14.

cultu ſacro veneramur . Neque heic demum praetereunda utilitas , quam reportare cuiquam licet ex hoc honore : viſa etenim ſacra ſipſana & venerandam Heroum , quorum exuviae ſunt , memoriam excitant , & ad ipſorum imitationem magnopere adliciunt . Cetera in hanc rem e Polemicis repetenda , prae primis ex eruditiſſimo *Petav.* (*y*) .

219 QUAESTIO III. Anne decens pariter ac licitus cultus idem erga imagines Sanctorum ſacras ? ADFIRMO pariter , fide duce . Quatenus nempe ſolum honorentur Imagines propter eos , quos repraeſentant nobis . Haec quidem univerſalis Eccleſiae conſenſio & conſuetudo , quam utique ceu probam & piam adoptare videntur priſca *CC.* E. c. *Conſtantinopolitanum* III. an. 680. (*z*) *Roman.* an. 732. *Gentiliacenſ.* 766. *Roman.* aliud 769. *Nicaen.* II. 787. aliis 788. (*a*) *CPtanum* IV. (*b*) *Trident.* (*c*) Tria quidem CC. ab Heterodoxis circumferri ſolent contra Adſertum noſtrum . Quantum vero importune , ſatis ſuperque perſpicuum fit ex iis , quae *ſuperius* diſputavimus (*d*) . Tum *PP.* cum *Baſil.* (*e*) *Chryſoſt.* (*f*) *Auguſt.* (*g*) *Paullin.* (*h*) *Gregor.* M. (*i*) *Sophron.* Patr. Hieroſol. *S. Maximo* Martyre , *Simeon. Theſſalon.* , *Simeon. Stylita* juniore , *Hadriano* P. I. (*k*) *Moſcho* (*l*) *Leontio* Neapolis Epiſc. in Cypro (*m*) *Gregor.* P. II. (*n*) *Theodor. Studite* (*o*) *German.* Patr. CP. (*p*) *Damaſcen.* (*q*) .

220 In ulteriorem ſancti dogmatis confirmationem (eſto *haec traditio ex illis ſit , quae in Scripturis minime expreſſae ſunt* ap. *Damaſcen.* de fid. l. 4. c. 16. edit. Lequien.) ea ex ſacro codice adlegari poſſunt loca , quibus docemur , res plures inanimatas & ſacras dici & eſſe religioſe honorandas earum intuitu ad quas referuntur , & quarum reſpectu ſanctae vel ſacrae nuncupantur E. c. *Exod.* 3. 5. & 12. 16. *Joſ.* 5. 15. & 7. 5. *Pſal.* 98. 5. & 131. 7. Quibus adde *Philipp.* 2. 10. *in nomine Jeſu omne genu flectatur* . Pie igitur colimus nomen Jeſu , non quidem propter literas & ſyllabas , ſed quatenus eſt fluxum ac tranſitorium quoddam ſignum nobis in memoriam re-

vo-

(*y*) Cit. l. 14. de Incarn. c. 11. ſqq. Nec omittendus *Trombellius* de cultu SS. diſſ. 7 & 8.

(*z*) Can. 82.

(*a*) Act. 7.

(*b*) Can. 2.

(*c*) Seſſ. 25.

(*d*) In Proluſione proxima pag. 157. & 158. & 163. ſq.

(*e*) Laudato ab Adriano P. ap. *C. Nicaen.* II. act. 2.

(*f*) In Liturgia .

(*g*) L. 3. de Trin. c. 10. & l. 2. de doctr. chr. c. 25. & l. 10. confeſſ. c. 34.

(*h*) In natali 10. S. Felicis .

(*i*) In regiſtro olim l. 7. epiſt. 5. & 53.

(*k*) Hos & alios laudatos habes ap. *C. Nicaen.* II. ſparſim in actionibus .

(*l*) In prato ſpir. c. 45.

(*m*) Sermon. 5. apolog. pro chriſtian. adv. Judae .

(*n*) Epiſt. 1. ad Leon. Iſaur. Imp.

(*o*) In ejus vita ap. *Sirmond.* t. 5. oper. n. 69. p. 34.

(*p*) In epiſtolis ad Joan. Epiſc. Synadenſem & ad Thom. Epiſc. Claudiopolitanum .

(*q*) L. 4. de fid. orth. c. 17. ac de Imaginib. orat. 1. 2. 3.

voeans Redemtorem noſtrum Chriſtum Jeſum. Ergo & pari ratione licet coelitum honorare imagines, quae ſtabilia & permanentia ſunt prototyporum ſigna. Sanctum dogma ab hoſtibus ſacrarum Imaginum pluribus vindicant diſciplinae polemicae Interpretes, quos adi ſis (§).

QUAE-

OBSERVATIO.

(§) EGimus prout ratio noſtri inſtituti poſtulat de dogmate. Quod praeterea uſum ipſum aut ritum eccleſiaſticum de Imaginibus Coelitum ſpectat, haec olim diſſerebat *Caſſander* in conſultatione de artic. relig. inter catholicos & proteſtantes controverſis, ubi de imaginib. & ſimulacr. p. m. 199. edit. Lugd. 1612. „ Haec quidem initio „ chriſtianorum odio paganiſmi, qui potiſſi„ mum in ſimulacrorum cultum verſabatur „ ſententia fuit (*ſcilicet abſtinendi a cultu imaginum*) tandem vero quando exſoleto „ propemodum paganiſmo, & Chriſtianiſmo „ aucto, periculum illud adorationis & cul„ tus imaginum minus timeretur, animis „ Chriſtianorum in ſincero Dei cultu ſatis „ inſtitutis & confirmatis, picturae in templis „ receptae ſunt, idque jam tum aetate Am„ broſii, Paulini, Gregorii Nyſſeni, Pru„ dentii receptum fuiſſe, ex eorum ſcriptis „ conſtat „.

Haec inſuper *Petavius* l. 15. de Incarnat. c. 13. n. 1. exſcriptus a *Pagio* ſen. in crit. Baron. ad an. 55. n. 3. 4. „ Conſtituendum „ eſt, Imagines ex eorum per ſe genere eſſe, „ quae ἀδιάφορα nominantur, hoc eſt quae „ ad ſalutem omnino neceſſaria non ſunt, „ nec ad ſubſtantiam ipſam religionis adti„ nent, ſed in potentia ſunt Eccleſiae, ut „ ea vel adhibeat, vel ableget pro eo atque „ ſatius eſſe decreverit, cujuſmodi *poſitivi* „ vulgo *juris* eſſe dicuntur „.

Et proſequitur continenter „ Quocirca „ primis ab ortu chriſtianae religionis tem„ poribus, quum adhuc gentilis in eam ex„ ardeſceret furor, & in omnium mentibus „ haereret adhuc idolorum ſuperſtitio, non „ tam frequens fuit ſacrarum uſus imagi„ num, uti neque templorum ac baſilica„ rum „.

Ergo ad mentem iſtorum Doctorum, ad diſciplinam ritus iſte pertinet, quae pro temporum, hominumque conditione facile mutatur, adeo ut ea quae prudenter, ſanctaeque inſtituta fuerant, non ſine laude interdum ſubmoveantur, & quae per ſeſe ſancta ſunt interdum progredi & propagari nequaquam oporteat, utpote infirmis fortaſſe atque imbecillis obſtitura.

Jam vero canone iſto extra omnem dubitationis aleam conſtituto, cauſſa ſua cadit ſtatim *Dallaeus* ubi l. 10. de imagin. c. 2. exinde imaginum ſacrarum cultum corruptae diſciplinae ac ſuperſtitionis arguit, quod eum Eccleſia in tribus prioribus Seculis uſurpaſſe non reperiatur. Juſtis quippe de cauſſis poterat illis temporibus Eccleſia uſum imaginum pertinentem ad diſciplinam inhibere, ac reddita ſibi pace tuto permittere. Undenam vero exinde ſuperſtitio atque adiaphorae diſciplinae corruptio?

Quin immo cum Dallaeo, ejuſque adſeclis a tribus illis ſeculis uſum quemlibet ſacrarum imaginum procul ablegantibus nunquam conſentiam. Do equidem in pleriſque tum eccleſiis earum uſum quemcumque publicum, cunctiſque patentem vulgo interdictum eſſe, at inde minime crediderim abſque conſpicuo documento vetitum quoque ſecretum & privatum quemlibet.

Nimirum ex iis quae *ſupra* diſputavimus in Tom. I. p. 320. ſq. praxis, uſus, aut ritus hic eis adnumerandus, quos olim ex *diſciplina Arcani* paganos celari oportuit. Quod autem idem ritus, utpote ad pietatem fovendam oppido adcommodatus, tum privatim apud primores Chriſti cultores ſaltem interdum uſurparetur, nullus quidem dubito. Quid enim contra regeri poſſit a viro catholico? Anne quod neophyti illi ab cultu idolorum ad Chriſtum recens traducti anſam inde arriperent ad litandum denuo idololatriae? Verum non video cur ipſis adcuratiſſima catecheſi jam inſtitutis concrederentur abſque veri ſimili periculo myſteria cetera longe majora & abſtruſiora, puta de Ss. Triade, de ſacroſancta Euchariſtia, de ceteris ſacramentis, & aliis: nec rurſum capio cur neglecto periculo cultus ſuperſtitioſi erga nudas ſpecies panis Eucariſtici, neophytis illis priſci Patres propoſuerint Chriſtum ſub nudis ſpeciebus adorandum; alias vero periculum metuerint ſi eiſdem propoſuerint cultum erga imagines Sanctorum.

Quid?

221 QUAESTIO IV. Quo pacto, rituque liceat Coelites beatos colere, eorumque Reliquias vel ſacra lipſana, atque Imagines? ADSERO I.

Quid? quod nec deſunt documenta veri quidem ſatis ſimilia pro uſu, tametſi rariore, imaginum majoribus noſtris uſurpato ſub ea exorientis Eccleſiae remotiſſima ſeſecula. Et in primis celebris occurrit ſtatua aenea Chriſtum Dominum repraeſentans, Caeſareae Philippi, quam Paneadem vocabant, erecta a muliere illa, quae a fluxu ſanguinis ejuſdem Domini beneficio convaluit, uti refert, ac ſe vidiſſe teſtatur *Euſeb.* hiſt. l. 7. c. 18. conſentientibus *Philoſtorg.* in excerptis l. 7. §. 3. *Sozom.* l. 5. c. 21. *Caſſiod.* hiſt. tripart. l. 6. c. 41. *After. Amaſeno* ap. Phot. cod. 171. p. 1506. ſq. plurimiſque criticis recentioribus cum *Petav.* mox cit. n 4. *Honor. a S. Maria* animadv. crit. l 4. diſſ. 2. art. 3. cit. *Trombell.* de cultu SS. diſſ. 9. c. 43. ſqq. contra Chemnit. Molinaeum, Dallaeum, Piceninum alios.

Deinde ex *Tertull.* l. de pudicit. c. 7. & 10. diſcimus aetate ſua depingi conſueviſſe in calicibus Paſtorem bonum, amiſſam ovem & inventam ſubcollantem atque ad ovile deducentem, ex *Luc.* 15. 5. in ſignum videlicet amantiſſimi Chriſti Jeſu, qui ex *Ioan.* 11. 14. ajebat, *Ego ſum Paſtor bonus.* (Conf. *Pamel.* in citata ex Tertull. loca.)

Tum ex *Aringh. Bonar. Boldet.* ferme ſuperſtites habemus complures imagines ſacras in vaſis vitreis, e cryptis Romanis effoſſis, depictas, in Claſſe proxima ſubjiciendis, quas ad illa tempora primaeva Eruditi quique referre non dubitant.

Neque praetereundae nobis Imagines Seculum IV. ſpectantes, quas nonnulli Patres indicant, vel tamquam longe antiquius depictas, vel tanquam more illas ejuſmodi depingendi ab veruſtioribus temporibus excepto. Sic enim de eis aetate ipſorum occurrentibus effari videntur cit. *Euſeb.* l. 7. c. 18. *Prudent.* in Periſtephan. hymno de S. Caſſiano Mart. *Nyſſen.* orat. de Deitate Filii & Spir. S. ac de S. Theodoro Martyre, *Hieron.* in c. 4. Jonae, *Auguſt* de conſ. Evangeliſt. l. 1. c. 10. & ſerm. de natal. S. Stephani, qui eſt 94. de diverſ. & l. 22. contra Fauſt. c. 73.

Quid autem de famoſis illis ſub Seculum I. Imaginibus, nempe de Edeſſena, quam Chriſtus Dominus linteolo facie ſua divinitus impreſſa miſiſſe traditur Abgaro Regi: tum de Veronica, aliis vera icone, ſcilicet vultus Chriſti ab eodem in ſudario vultui adplicato relicti, qui creditur Romae in baſilica D. Petri adſervari, magnaque religione colitur: de aliis demum nonnullis, Matrem Dei repraeſentantibus, quae depictae feruntur a S. Luca Evangeliſta & ſingulari in pretio ac honore olim habitae ſunt Conſtantinopoli, Romae ac alibi?

Porro eas omnes ut ſubditicias & fabuloſas, utpote certa conſtantique traditione deſtitutas Proteſtantes vulgo repudiant cum Dallaeo, Baſnagio, Caſaubono; immo e noſtratibus plerique cum Tillemont. Dupinio, Bailleto.

Nihilo tamen ſecius noſtratum aliqui, ex iis etiam qui inter Eruditos Critici audiunt, earum, quas propoſuimus Imaginum traditiones ceu argumentis veriſimilibus innixas propugnare non dubitant. Sic enim e. c. Edeſſenam ac Veronicam defendunt *Gretſerus* in ſintagm. de imagin. non manu factis, & *Honorat. a S. M.* in animadverſ. l. 4. diſſ. 2. art. 2. ac diſſ. 8. per tot., aliquam inſuper a S. Luca depictam, e g. quae apud Conſtantinopolim ab aetate Pulcheriae ſumma religione colebatur, tradidit cum ceteris fere quibuſque Graecis *Ducang.* in Conſtantinopoli chriſt. l. 4. c. 2. n. 24.

De tribus hiſce traditionibus fuſe ac erudite diſputavit C. V. *Trombellius* mox cit. diſſ. 9. c. 30 ſqq. & 34. ſq. & 54. ſqq. ibique pro utraque parte & Scriptores pugnantes, e rationum momenta, & ſolutiones iis quibuſque momentis adjecta perdocte, adcurate, fideliterque recitat.

Ex iis vero (quoniam prolixis diſputationibus haec argumenta perſequi non vacat) id ſaltem conficitur, quod ejuſmodi traditiones fundamentis veri ſatis ſimilibus opinione ſapientum virorum haud quidem deſtituantur, quocirca ſaltem inſtar conjecturarum in probationem noſtrae ſententiae de uſu ſacrarum Imaginum ſub terna priora Secula chriſtiana jure reſpui nequeant.

Huc demum loci obiter monendum juvat, illis temporibus & aliis ſaltem proxime ſubſequutis ſaepius ac valde frequentius majoribus noſtris in uſu fuiſſe picturas, quam ſtatuas in ſacris imaginibus. Quandoquidem ex Scriptoribus pro veterrimo imaginum more

re

RO 1. Licet prae primis Coelites colere religioſa invocatione, qua nempe, praejacta fiducia aliqua cordis, preces noſtras ad eos proxime dirigimus, ut nobis auxilientur precibus & meritis ſuis apud Dominum. Docet fides compluribus exemplis e *ſacro Codice* petitis. V. c. ex *Geneſ.* 19. 21. & 48. 16. *Exod.* 32. 13. *Pſal.* 131. 1. & 10. & 3. *Reg.* 14. 4. & 4. *Reg.* 19. 34. & 2. *Paral.* 6. 42. *Dan.* 9. 35. Tum ex CC V. c. *Epheſ.* (r) *Chalced.* (s) *Synod.* VI. gener. (t) & VII. (u) *Trident.* (x) (§).

Con-

re hucuſque adlatis unam excipimus ſtatuam aeream apud Paneadem, ceteras vero quaslibet penicillo depictas auguramur. Quin immo ea vana pleriſque inſedit quandoque animis opinio, ut Sanctorum effigies protuberantes in modum ſtatuae ceu proprias Paganiſmi, atque adeo lege divina vetitas prorſus abjicerent, & planas duntaxat & pictas, ſive opere textorio confectas in uſum ſacrum amplecterentur. Conf cit. *Petav.* de Incarn. l. 15. c. 14. n. 3. 4.

(r) In orat. quam habuit S. Cyrill. Alex. ipſo die S. Joanni Evang. ſacro.
(s) Act. 11.
(t) Cap. 7.
(u) Act. 4. & 6.
(x) Seſſ. 25.

OBSERVATIO.

(§) DOctiſſimus *Bellarminus* de beat. SS. l. 1. c. 19. in probationem traditionis pro dogmate plures adpellat Synodos particulares, puta Aurelian. I. can. 29. alias 27. Gerundens. cap. 3. Tolet. V. cap. 1. Tolet. VI cap. 2. Bracaren. II. cap. 9. Moguntin. ſub Carolo M. cap. 32. Quia nempe, inquit „ in adductis Synodis in„ dicuntur litaniae recitandae vel triduo an„ te adſcenſionem, vel aliis temporibus „. Addit „ in Conciliis praedictis Litanias „ vocari illas ipſas invocationes Dei & San„ ctorum, quas nos modo vocamus litanias„ Id vero confirmat ex *Walfrido Strabone* in l. de reb. eccleſ. c. 28. ubi ait Litaniam, de qua agitur in iis Conciliis & nominatim in C. Aurelian. I. „ eſſe Sanctorum invocationem, tum ex eo quod tunc temporis dicerentur litaniae triduo ante adſcenſionem, & quidem non ſtando, ſed ambulando & circumeundo aliqua loca: ut nunc videmus idem ſervari tempus, eundemque ritum; ergo eaedem ſunt litaniae omnino. Haec ille.

In eandem inſuper ſententiam conceſſit Eximius *Suarezius* in tom. 2. de relig. l. 3. c. 9. de litaniis ſub fin. ubi pro antiquitate *formae interpellandi Sanctos, quam Litaniam vocamus* (haec ſunt ejus verba) eaſdem laudat Synodos, ad quas vidimus provocaſſe Bellarminum; additque pro antiquiſſima ejuſmodi litaniarum conſuetudine apud Graecos teſtimonia ex *Baſil* ep. olim 63. *Codice Theodoſ.* tit. de haeret. l. 30 *Socrat.* hiſt. l. 6. c. 8. *Sozom* l. 8. c. 8. *Niceph* l. 14. c. 3. Adpellat demum tanquam ſibi faventem vulgatum Jo. Stephan. Durantum l. 2. de rit. c. 10.

Laudo equidem ac demiſſe veneror Bellarmini & Suarezii ſummorum virorum doctrinam & eruditionem; expoſitae vero adſentiri ſententiae minime auſim, quippe qui *ſupra* in Tom. III. p. 80. argumentis haud levibus ductus decreverim, litanias ad morem hodiernum cum invocatione Ss. Triados, Chriſti Domini, B. Virginis, Angelorum, aliorumque beatorum Coelitum compoſitas, valde ſerius, ferme ſub Seculum IX. frequentari coepiſſe.

Neque vero de litaniis id genus quidquam contra urgere poſſis ex iis Synodis, quas dumvir praecliriſſimus modo produxit. Ipſae ſiquidem ſimpliciter ajunt, & praeſcribunt celebrari litanias, aut ſupplicationes ſtatis temporibus; at vel ne innuunt quidem ejuſmodi litanias invocatione Sanctorum conſtare.

Quod ſi aliquae ex adlatis Synodis praeceptum aliquanto fuſius explicent, nihil apud ipſas repereris, quod praetenſam Sanctorum interpellationem concernat. Audi amabo *Bracar.* II. cap. 9. „ Per triduum cum pſalmis „ per ſanctorum baſilicas ambulantes cele„ brent litanias „ Audi rurſum *Moguntin.* cap. 32.

222 Conſonat traditio *Patrum*. E. c. *Euſeb.* (*y*) *Athanaſ.* (*z*) vulgatus *Dionyſ.* (*a*) *Baſil.* (*b*) *Nazianz.* (*c*) *Nyſſen.* (*d*) *Chryſoſt.* (*e*) *Ambroſ.* (*f*) *Prudent.* (*g*) *Hieron.* (*h*) *Auguſt.* (*i*) *Ephraem* (*k*) alii (*l*).

223 Favet ratio perſpicua. Quia enim viventes a viventibus pie ac utiliter invocantur tanquam interceſſores apud Dominum, quemadmodum omnibus, etiam Proteſtantibus in comperto eſt: pariter ergo Coelites a viventibus in terris. Nullam inſuper in Principem humanum injuriam committis aut diffidentiae culpam, quum patronos advocas ſibi cariſſimos, qui apud illum intercedant pro te: ergo neque in caſu quid ſimile committis in Deum aut Chriſtum, quum Coelites apud eos invocas interceſſores. Adde miracula propemodum innumera, quibus paſſim Deus teſtatus eſt gratiſſimam ſibi eſſe invocationem Coelitum, eſto nunquam fortaſſe illam praeceperit. Ex iis vero

cap. 32. „ Litania dicitur propter rogandum „ Deum, & impetrandum in aliquo miſeri„ cordiam ejus „.

Et quidem, ſi mea me non fallit ſedula diligentia, litaniam ſecundum morem hodiernum cum invocatione Sanctorum adornatam, longe antiquiorem Seculo IX. apud vetera documenta plura, quae evolvimus, repereris nullam, aut unam duntaxat.

Heinc vero Strabonem, monachum & Abbatem divitis Augiae, vita functum an. 849. Bellarmino citatum, quem & nos eodem Tomi III. loco adduximus pro uſu litaniae, ſimilis hodiernae ſub IX. Seculum, & eum ſubinde rejicimus, quod *litaniam ſanctorum nominum* ipſe ibidem c. 28. revocet ad aetatem Theodoſii, quandoquidem, inquit „ glorioſus Imperator in Concilio E„ piſcoporum laudavit Gregorium Cordu„ benſem Epiſcopum, quod omni die Miſ„ ſas explicans eorum Martyrum, quorum „ natalia eſſent, nomina plurima commemoraret „.

Niſi forte *litaniam* ibi adcipiat pro qualibet ſanctorum commemoratione, cujus generis litania jam a primis uſque Seculis in ſacra Liturgias vulgo apud Eccleſias obtinuit, non autem in eum ſenſum, quo ſecundum praeſentem quaeſtionem Synodi praememoratae *Litaniam* uſurparunt.

Quod praeterea in litaniis hodiernis idem ſervetur tempus, idemque proceſſionis ritus, ac in veteribus, nihil opinionem bellarminianam juvat, nihil enim prohibet, quominus pſalmis, hymnis, aliiſve precibus olim perficerentur litaniae ſeu proceſſiones, quae in praeſentiarum expreſſa Sanctorum interpellatione celebrari conſueverunt.

Nec demum vulgatus Durantus Suarezio quidquam favere videtur. Quippe qui in citato cap. 10. tametſi de litaniis, quas proceſſiones dixerunt veteres, pluribus eruditiſſime differat, de ritu tamen invocationis Sanctorum in eis uſurpato nihil ipſe, ſi eas paginas legas.

Argumentum de hoc poſtremo genere litaniarum retractabimus in Claſſe proxima, quam olim Tomo III. inſerendam putabamus; at ſtandum tamen fuit noviſſimae noſtri operis diſtributioni ab Editoribus conſtitutae. Interea vero ratum noſtra ſit opinione, praememoratas Synodos in confirmationem ſancti dogmatis fruſtra vocari.

(*y*) Praep. evang. l. 13. c. 7.

(*z*) Serm. in evang. Annunciat. Deiparae ſub. fin.

(*a*) De eccl. hier. c. 7.

(*b*) Orat. in 40. Martyres & in Pſal. 33.

(*c*) Orat. 18. in S. Cyprian.

(*d*) Orat. in 40. Martyres & in S. Theodor.

(*e*) Hom. 66. ad popul. ſub fin. & hom. 76. de SS. Juventino & Maximino & ſaepe alias.

(*f*) In l. de viduis, & epiſt. olim 53. & in cap. 20. Lucae.

(*g*) In Carminibus de SS. Laurentio, Caſſiano, Hippolyto & alias.

(*h*) Epiſt. olim 27. quae eſt Epitaphium Paullae.

(*i*) Serm. 1. de S. Stephano, & ſerm. 51. de diverſis, & ſaepe ſaepius.

(*k*) Serm. de laud. SS.

(*l*) Quorum ſyllabos texuerunt *Coccius* in theſ. t. 1. l. 5. ar. 4. ubi de invocat. SS. *Bellarm.* cit. l. 1. c. 19. *Petav.* cit. l. 14. c. 10.

vero pie in cultum Sanctorum inſtituuntur feſta, vota, juramenta, ſupplicationes, peregrinationes. Cetera Polemici (*m*).

224 II. Reliquiae Coelitum ut rite colantur, ſeu adorentur, cultus eis exhibitus debet eſſe tantummodo relativus, qui nempe ad Coelites, quorum reliquiae prudenter exiſtimantur, adſcendat penitus ac dirigatur, quatenus in illis veluti incitamentis & mediis Sanctos colimus; non autem abſolutus, qui in illis ſiſtat, & ita in Sanctos feratur ut ratione aliqua in exuviis terminet, iiſque (ſi placet ita loqui) tantiſper adhaereat (*n*). Nam cultus abſolutus, quo quis alterum honorat religioſe propter excellentiam ſanctitatis ipſi intrinſecam, naturae tantum modo deferri poteſt, quae rationis eſt compos, non autem inanimae, in qua procul dubio nec gratia ſanctificans ineſt, vel exſtitit unquam, aut aliud ex iis donis, quod eam abſoluta veneratione dignam praeſtet, quales dixeris reliquias, quas vulgo dicimus ſanctificatas, ſanctas, ſacras, nempe moraliter, quoniam uſu vel adtactu Chriſti aut Coelitum quadantenus conſecratae ſunt; atque adeo venerandae ſunt cultu duntaxat relativo, quo videlicet non eae per ſe colantur, ſed in iis Coelites, quorum ipſiſna ſunt (*o*).

225 Anne vero, quod reliquiae ſaepe numero incertae ſint, ad vitandum periculum honorandi falſas pro veris, uſquequaque colendae ſint conditionate, minime vero abſolute? Ajo prudentia haud exigua opus eſſe in hoc negotio. Porro quandocumque eas colueris ſub conditione quod Sancti, cui tribuuntur re vera ſint, cujuſvis expers eris periculi; nec inde quidquam tibi reponere habebunt Lypſanomachi. Et vero ſapientis, prudentiſque hominis eſt eas interdum veneratione abſoluta percolere, quum nempe moraliter certo conſtat ceu veras Sancto cuipiam adſcribi, aut quum nullo intercedente in oppoſitum dubio, publico cultui authoritate eccleſiaſtica committuntur. Ceteroqui fere cuncta ſub conditione tenenda eſſent, e. c. intentio Sacerdotis, qui Hoſtiam venerabilem conſecravit, ordo Preſbyteri qui te abſolvit in tribunali poenitentiae & alia ſexcenta (*p*).

226 III. Sacrae Coelitum Imagines ut rite venerentur cultu pariter reſpectivo, qui feratur in prototypum, non autem abſoluto,

(*m*) Cum citt. *Bellarm.* & *Petav. Becano* in libello de invocat. SS. *VValenb.* t. 2. l. 12. controv. 3. *Pichl.* controv. part. 2. art. 2. §. 2.

(*n*) In re nobiſcum ſunt *Angelicus*, *Capreol. Gabr. VValdenſis*, *Almain.* alii ap. & cum *Vazq.* cit. in comment. de adorat. l. 3. d. 4. c. 2. *Leontius*, cum pleriſque antiquioribus laudatis ap. *Synod.* Nic. II. in actionibus ſparſim, *Damaſcen.* l. 4 de fide c. 12. *Abulenſ.* in cap. 23. Matthaei q. 38. §. *Ad tertium*. ſub fin. *Valent.* t. 3. d. 6. q. 11. pun. 6. fere ſub. fin. *Suar.* in 3. par. t. 1. d. 55. ſect. 1. ſub fin. *Pichler* cit. ubi de cultu SS. §. 3. n. 32. *Jo. Ferrand.* in diſquiſit. reliquiaria l. 2. par. poſt. c. 1. p. 520. edit. 1647. *Trombell.* cit. diſſ. 8. c. 35. ſq.

(*o*) Conf. *Hieron.* epiſt. olim 27. in epitaph Paulae, *Ambroſ.* orat. de obitu Theodoſii Imp. *Greg. Turon.* l. de glor. Confeſſ. c. 2. *Petr. Damian.* ſerm. 2. de exſaltat. S. Crucis, *D maſcen.* orat. 3. de cultu imag.

(*p*) Plura in hanc rem *Suar.* proxime cit. diſp. 55. ſect. 2 *Ferrand.* cit. l. 2. c. 2. art. un. *Trombell.* cit. diſſ. 8. c. 15. ſqq.

qui in Imagine ſiſtat, colendae ſunt (*q*). Quia enim inanimae ſunt, quemadmodum & Reliquiae, quibus propterea cultum ſolummodo reſpectivum mox tribuimus. Et quidem cultus aut honor quislibet eſt animi erga aliquem ſubmiſſio propter excellentiam in eo ſitam; at non niſi creaturae rationis compoti ſubmitti poteſt animus. Nulla profecto vis, virtus, aut dignitas ineſt Imagini, quae ſibi cultum ullum vindicet, ſeorſim a prototypo: quocirca ipſa non niſi ex recordatione prototypi, & ex adfectu animi in ipſum, atque ea ſolum ratione quia honor ejuſdem in prototypon tranſit ex integro, colenda eſt.

227 Id quod haud obſcure adſeruiſſe videntur *CC.* cum *Nicaen.* II. (*r*) *Trident.* (*s*) *Senon.* (*t*) *Moguntin.* (*u*) Tum *PP.* cum vulgato *Dionyſ.* (*x*) *Baſil.* (*y*) *Leonti.* Neapolis in Cypro Epiſcopus (*z*) *Athanaſ.* (*a*) vulgatus alter *Athanaſ.* (*b*) *Damaſcenus*, qui horum Patrum teſtimonia recitat & ferme cuncta commentario interpretatur (*c*). Nullus itaque proprius cultus imagini rite competit, quam a prototypo ſejungas, quidquid alii reclament cum *Bellarm.* (*d*) & *Suar.* (*e*).

228 Nimirum (ut cum cit. *Valent.* id tantiſper exponamus, quod olim in Scholis agitatiſſimum fuit) eatenus duntaxat honorare imaginem dicimur, quatenus coram illa actionem aliquam elicimus honorificam, per quam excitare volumus opinionem excellentem de prototypo, ad quod ipſa refertur & cujus loco & vice eſt quodammodo, ceu prototypi *vicaria*. Unus itaque idemque venerationis motus vel actus ad utrumque ſpectat, diverſa tamen ratione. Ad prototypum quippe pertinet, prout illi *ſecundum ſe* exſiſtimationem conciliat; ad imaginem vero prout *coram* ipſa & *in* ipſa tanquam in *vicaria* exſiſtimatio ejuſmodi conciliatur prototypo, perinde ac ſi illud praeſens eſſet non ſecus ac imago eadem. Quocirca idem imagini & prototypo cultus quum ſit, haud illi proprie, ſed iſti convenit & adſcribitur. Pluribus rem perſequuntur Adſerti noſtri vindices cum *Vazq.* (*f*) *Petav.* (*g*) *Caſſandro* (*h*) *Thomaſſin.* (*i*) *Trombell.* (k) quos, ſi vacat, conferre ne pigeat.

OBJE-

(*q*) Ita cenſent complurimi de Schola *TT.* cum *Alenſ. Thom. Bonav* & aliis, quibus diligenter, adcurateque adlegatis ſubſcribit *Vezq.* cit. de adorat. l. 2. d. 8. c. 3. tum citt. *Valent.* d. 6 q. 11. pu. 6. fere ſub init. *Suar.* d. 54. s. 3. §. *Ex hac. Petav.* de Incarnat. l. 15. c. 15. §. 6. *Pichl.* §. 4. n. 44. *Trombell.* diſſ. 10. a cap. 40. ad 45. ubi plures ejuſdem opinionis patronos contra alios ſecus ſentientes diligentiſſime more ſuo congerit.

(*r*) In Actionibus ſparſim.

(*s*) Seſſ. 25. ubi de modo venerandi Imagines ſacras.

(*t*) Cap. 14.

(*u*) Cap. 41. alias cap. de uſu imagin.

(*x*) De coel. hier. c. 2.

(*y*) L. de Sp. S. ad Amphiloch. c. 18.

(*z*) In dial. contra Judaeos.

(*a*) L. contra Arian. non longe ab init.

(*b*) In qq. ad Antiochum q. 38. alias 39.

(*c*) In tribus oration. de imaginibus, quae exſtant ap. edit. Lequienii t. 1. a p. 307. ſparſim, ac praecipuae orat. 3.

(*d*) L. 2. de reliq. & imag. SS. c. 21. & alias.

(*e*) Cit. d. 54. ſect. 5.

(*f*) Citata diſp. 8. per tot.

(*g*) In cit. l. 15. c. 17.

(*h*) In conſultat. cap. de imag. & ſimulacr.

(*i*) De Incarnat. l. 12. c. 13. §. 12.

(k) In cit. diſſ. 10. c. 40. & 41.

OBJECTIONES.

229 Obj. *primo* contra 11. Adſ. Reliquiae Sanctorum abſoluto aliquo cultu dignae ſunt. Nam 1.° illae, ſecluſa repraeſentatione qualibet imaginibus inſita, ſolum coluntur ratione contactus, quo ſunt quodammodo ſanctificatae & conſecratae: ergo & ipſae ſecundum ſe, ratione illius ſanctificationis, ſeorſim a Coelitibus, a quibus ſanctificatae dicuntur, merentur cultum. 2.° Signum Crucis in quo Chriſtus mundum redemit, ſumme venerandum omnibus eſt; & quidem non ratione repraeſentationis, ſed quoniam paſſione Chriſti conſecratum fuit: ergo ratione hujus conſecrationis coli ſecundum ſe poteſt, & colitur ab Eccleſia. 3.° SS. Patres cum *Cyrill.* Hieroſ. (*l*) *Baſil.* (*m*) *Nazianz.* (*n*) *Nyſſen.* (*nn*) ſaepe teſtantur ſacris Reliquiis vim ineſſe patrandi miracula, immo & ſanctificandi fideles, qui ad eas vel praeſentia, vel invocatione conveniunt: ergo ſecundum ſe, ratione videlicet hujus mirandae virtutis coli poſſunt.

230 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Con.* Quemadmodum in imagine nulla exſtat alia ſanctitas & excellentia, quam prototypi, cui ſubmiſſio, ſervitus & cultus in ſpiritu competat, quapropter una cum ipſo ſit veneranda, ita pariter in reliquiis nihil manet ſanctitatis & excellentiae, ſed tota quanta ipſarum dignitas Sanctus eſt, cujus ipſae ſunt, quatenus ei conſideratione conjunguntur, non ſecus ac imagini prototypus. Nec item reſpectus ad contactum illum ſecundum ſe, niſi Sanctum, qui reliquias contigit, includat, ſubmiſſionem ac ſervitutem ſibi vendicat. Heinc. Ad 2. *N. Con.* Quia eadem intercedit doctrinae ratio. Neque vero Dominica crux aliud magis peculiare habet prae ceteris crucibus & imaginibus, niſi quod iſtae peculiariter ſolum habent repraeſentationis reſpectum ut animum excitent in cultum prototypi, illa vero ſi figuram crucis retineat, & repraeſentationis & tactus habet reſpectum (*o*).

231 Ad 3: vis illa patrandi miracula, quam PP. merito commendant, in eo ſita eſt, quod Deus in praemium meritorum Sancti, cujus reliquiae ſunt, iis paſſim utatur ceu inſtrumentis ad oſtendenda Omnipotentiae effecta. Vis autem ſanctificandi fideles in ſenſu latiſſimo uſurpanda eſt, quatenus nempe occaſione Reliquiarum, ope divina ad eos excitamur actus, quibus vel gratia ſanctificans denuo adquiritur, vel in nobis augetur. Quod ſi ratione tantae virtutis Reliquias colas, non eas colis ſecundum ſe, aut ſeparatim a Sancto, cujus reliquiae ſunt, immo inſimul Omnipotentiam mirabilium effectricem in Reliquiis propter merita Sancti. Teneas demum, ina-

(*l*) Catech. 18.

(*m*) Hom. 20. de 40. Martyr. & hom. de S. Julita Mart.

(*n*) Orat. 17. in S. Cypr.

(*nn*) Orat. in 40. Martyr. & in S. Theodor. Mart.

(*o*) Recolendus *Vazq.* cit. l. 3. d. 4. c. 4. necnon *Durand.* in 3. ſent. diſt. 9. q. 2. in reſponſ. ad 3.

nimum nihil ratione ſui ex adfectu ſervitutis percoli poſſe (*p*).

232 Obj. *ſecundo* contra III. Adſ. cum Catharino, Ayala, Bellarm. Eſtio, aliis. Sacrae Imagines venerandae ſunt etiam per ſe proprie, ita ut quatenus in ſe conſiderantur tanquam ſigna, ipſae venerationem quamdam inferiorem terminent, & non ſolum ut vicem gerunt prototypi. Nam decreta Synodi Nicaenae II. aperte ſaepius ferunt venerandas eſſe Imagines honorario quodam cultu, minime vero latria, quae ſoli Deo O. M. debetur. Sic enim habes in Act. 2. adloquente Tharaſio, Act. 3. eadem confirmante Conſtantino, Act. 6. differente Epiphanio, Act. 7. definitionem fidei proferente Synodo, atque ibidem comparante adorationem imaginum etiam Chriſti & S. Triados, cultui & reverentiae, quam tribuimus libro Evangeliorum & vaſis ſacris, quae nempe inferiori quodam honorario cultu veneramur. Ergo ad mentem Synodi Imagines non eodem cum prototypis cultu adficiendae ſunt, ſed alio conſimili per ſeſe. Quippe ſi ex adcidenti ſolum & non proprie illas adorari vellet, ita ut cultus non in imagine, ſed in Chriſto ipſo terminaretur, non negaret latria honorandas eſſe, qui plane Chriſto competit.

233 R. *N. Adſ.* Ad prob. Porro quum de cultu Imaginum diſſeritur, hujuſce Synodi authoritas praemaxime adtendenda eſt. Ejus vero Patres iis in hanc rem loquuti ſunt formulis, ut ſecundum diverſa hominum ſenſa, variaque interpretationum genera, & heinc nobis & inde adverſariis noſtris faviſſe videantur. Ceterum quod a noſtra potiſſimum ſteterint ſententia, & manifeſta docent quae ex eiſdem Patribus, una cum eorum interprete *Damaſc.* indicavimus teſtimonia, & praeclaro argumento eſt *Tridentini* de hocce cultu doctrina, eiſdem citatis Patrum Nicaenorum documentis innixa.

234 Jam vero ex eo quod Patres illi latriam imagini detraxerint, minime conſequitur, huic abſolutam aliquam adſcripſiſſe. Immo interdum ipſi adorationem duntaxat *honorariam* adtribuerunt, ſitam videlicet in actionibus exterioribus, quibus imaginem decenter tractamus, oſculamur, ad eam caput ſubmittimus, genu flectimus, cereos adcendimus, thus adolemus; quae porro ſigna honoris ſunt erga imaginem, ipſique inhaerent, abſque ullo tamen interiore adfectu ſubmiſſionis & ſervitutis, qui nempe ex integro ad prototypum tranſilit; non ſecus ac in cultu, quem libro Evangeliorum & vaſis ſacris exhibes. Nec ipſa inſuper Chriſti imago aliam meretur latriam, quam reſpectivam, quae ad Chriſtum tota dirigitur (*q*).

235 Obj. *tertio*. Adſerto ratio refragatur. Nam 1.° Imagines veneratione propria dignandae ſunt, nam proprie adorantur & quandoque adorari praecipiuntur ab Eccleſia. Alias negare ſimpliciter poſſes cum Iconomachis eſſe adorandas; quod enim non niſi improprie dici-

(*p*) Conf. cit. *Trombell.* diſſ. 8. c. 36. §. 2. ſqq. *Petav.* l. 14. c. 17. §. 12. *Thomaſſin.* l. 12. c. 13. §. 1. ſqq.

(*q*) Conf. citt. *Vazq.* l. 2. d. 8. c. 12.

dicitur, ſimpliciter negari poteſt : ergo per ſeſe aliqua ratione adorantur. 2.° quod per ſe non colitur, ſed duntaxat ratione alterius, omnino non colitur. 3.° Quamtumvis Iconomachi colerent Sanctos ab imaginibus expreſſos, ulterius tamen ab iis popoſcerunt Patres, ut & colerent imagines : ergo alio Sancti honorantur cultu, & alio imagines, quae Sanctos eoſdem repraeſentant. 4.° imagines ea ratione, qua ſigna ſacra ſunt, ſibi peculiarem vendicant cultum, ſignis ejuſmodi conſentaneum ; qua porro de cauſſa magno in pretio habentur apud fideles. 5.° ſi imago eodem gaudeat cultu & non alio, quam eo, quo Sanctum ab ea expreſſum honoras, plane vera dulia atque interdum latria gaudet : id vero ſuperſtitioſum eſt : ergo alio cultu inferiore dignanda eſt.

236 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. A.* veneratione propria, quae imagini competit per ſigna exteriora, quae in imaginem proxime feruntur, at ſine ullo adfectu interiore ſubmiſſionis & ſervitutis in imaginem, ſed duntaxat in prototypon, *C.* Et veneratione quidem ejuſmodi, non alia eas adorari praecipit Eccleſia. Secus, *N.* Quin immo noſtra opinio conatus Iconomachorum infringit, quippe qui cultum imaginum idololatriae incuſabant, quod in picturas, ligna, metalla per ſeſe dirigeretur ac in eiſdem ſiſteret. Et *N. Conſ.* Plures quidem cum *Turriano*, quos vindicavit *Vazq.* (*r*) imaginum adorationem comparatam cum adoratione prototypi ex adfectu ſubmiſſionis profecta, vocarunt analogicam.

237 Ad 2. *N. A.* Quod cultu relativo ſecundum rei meritum honoratur, aliquo plane cultu honorari deprehenditur. Ad 3. *D. A.* ut & colerent imagines cultu negativo, hoc eſt ne illas male tractarent, *C.* poſitivo, *Subd.* poſitivo aliquo abſoluto, *N.* undecumque relativo, *C.* (*s*). Et *N. Con.* Ad 4. Cultus ejuſmodi ſignis conſentaneus omnino relativus ſit oportet ; ſignum quippe nihil aliud praeſefert, quam nudam relationem ad ſignatum. Nec alia quidem de cauſſa in pretio habentur imagines quatenus ſigna Coelitum ſunt. Ad 5. *D. M.* vera dulia relativa gaudet, *C.* abſoluta, *N. Ma.* Et *D.* reſp. *Mi.* Et *N. Con.* Dicitur imago una eademque actione coli cum prototypo, quatenus actio quam imago quaſi recipit, ex adfectu animi tota ad prototypon tranſit : non ſecus ac Legatus & Rex una eademque dicuntur honorari actione, quam legatus recipit. Quod ſi eum reſpectum funditus ab imagine avertas, porro cultus in eam delatus inanis erit, immo & ſuperſtitioſus (*t*).

COROLLARIUM.

238 Quae de cultu Imaginum Coelites olim corporatos oculis ſubjicientium hac Quaeſtione diſputavimus, dicta pariter intelligas velim comparate ad imagines illas, quae ſpiritus incorporeos, ut puta Deum ſummum, Ss. Triados perſonas, ſanctos Angelos utcumque

(*r*) Diſp 8. c. 15. libri 2.
(*s*) Lege *Petav.* cit. l. 15. c. 17. §. 13.
(*t*) Recole *Vazq.* cit. ac *Trombell.* diſſ. 10. c. 39. & 42. ſqq.

que repraeſentant. Quid enim diſcriminis, quod cultum ſpectat, inter effigies utriuſque generis interſit, plane non adſequor. Praeſertim ſi certo teneas, honeſte ac licite poſſe Deo, ac ſingulis Triados perſonis imaginem effingi, quod quidem heic ex frequentiſſimo Eccleſiae uſu tenendum moneo (*u*). Ergo ſicut imaginibus coelitum cultum duliae duntaxat relativum rependere licet, & imaginibus Dei Opt. Max. latriae. De cultu tandem Chriſti Domini Cruci, & ejuſdem Crucis imaginibus perſolvendo quum erit locus diſſeremus. Interea, ſi lubet, conſulas *Gretſerum* (*x*) & *Trombellium* (*y*).

239 QUAESTIO V. Quid de Interceſſione Coelitum, hoc eſt Angelorum & hominum vita functorum, in empyreo? ADSERO 1. Ceu Mediatores ſecundarii, vel precibus, vel patrocinio rebus noſtris pro ea qua apud Deum valent gratia & authoritate ſuccurrunt. Fide ſanctum, conſequenter ad dogma de eorumdem Coelitum invocatione. Exempla ſuppetunt e *ſacris Literis*, E. c. ex *Job.* 12. 12. *Zachar.* 1. 12. & 2. *Machab.* 15. 12. ſqq. 2. *Petri* 1. 15. *Apoc.* 5. 8. Teſtimonia deinde *Patrum* pro interceſſionibus Deiparae, Angelorum, aliorumque animorum cum Chriſto regnantium, a primis uſque Seculis prope innumera ſunt. E. g. ex *Origen.* (*z*) *Cyprian.* (*a*) *Nazianz.* (*b*) *Baſil.* (*c*) *Ambroſ.* (*d*) cum aliis pluribus (*e*). Ex iis autem documentis a priſca traditione petitis plane conficitur, pro nobis ſuperſtitibus particulatim, aut ſaltem in genere Deum exorare Coelites.

240 Id ipſum & probat & perſuadet ratio. Communio quippe inter eccleſiam triumphantem & militantem intercedit proculdubio, ſunt enim *utraque unum*, videlicet unus populus, una reſpublica, corpus unum myſticum ſub Chriſto capite (*f*). Et Coelites quidem ratione ſui ſtatus perfectiſſimi arctiſſimo caritatis & benevolentiae vinculo nobis conjuncti ſunt: ergo ne quum ii qui in hac vita nobiſcum agunt amice, nos in periculis patrocinio juvant, coelites vel etiam rogatos otiari credideris (*g*)? Adde complures adparitiones, quibus plerique coelites viatoribus ſuperſtitibus opem tulerunt (*h*). Iis fortaſſe perſuaſi, ſanctum dogma e Proteſtantibus primoribus profeſſi ſunt

(*u*) Cum *Bellarm.* cit. de imagin. l. 2. c. 8. *Vazq.* cit. l. 2. d. 3. c. 3. adlegatis pluribus, *Petav.* cit. l. 15. c. 14. §. 4. ſub fin. *Thomaſſin.* cit. l. 12. c. 9. § 23. *Suar.* cit. in 3. p. t. 1. d. 54. ſ. 2. *Ayala* in pictore Chriſt. erud. l. 2. c. 1. ſqq. *Trombell.* cit. diſſ. 9. c. 26. ſqq. adverſus nonnullos Proteſtantes cum *Wicleffo* & *Calvino*, necnon e noſtratibus pleroſque cum *Abulen.* in c. 4. Deuteron. q. 5. & *Martin de Ayala* de traditionib. p. 3. ubi de imaginib. ſub fin.

(*x*) In commentariis de Cruce.

(*y*) Diſſ. 10. in adpend. de Cruce a p. 257.

(*z*) Contra Celſ. l. 8.

(*a*) Epiſt. ad Cornel. interprete *Petav.* mox cit. l. 14. c. 10. §. 1. ſqq. tum in l. de mortalit. prope fin.

(*b*) Orat. 6. & 18. & alias.

(*c*) Hom. de 40 Martyrib.

(*d*) L. de viduis ſparſim.

(*e*) Eorum ſyllabum prolixum pertexuit laudat. *Petav.* quem conſuluiſſe non poenitebit.

(*f*) Lege *Auguſt.* civ. l. 20. c. 9.

(*g*) Conf. *Trombell.* diſſ. 2. c. 19. ſq.

(*h*) Varias verſimili ratione fultas enarrant *Euſeb.* hiſt. l. 6. c. 5. *Auguſt.* l. de cura pro mort. c. 16. alii cum *Bollandianis Hagiographis* paſſim.

ſunt Lutherus, Oecolampadius, Melanchon, Brentius (*i*).

241 II. Coelites res noſtras conſpiciunt, planeque cognoſcunt particulatim viventium preces & vota cordium, quibus invocantur. Hoc profecto Placitum fidei regulam non ſpectat, uti ſcite definierunt *Doctores Duacenſes* ad an. 1635. 12. Maii (k). At multis nominibus certum videtur. Primo ſiquidem id nos edocent *Patres*. E. c. *Prudent.* (*l*) *Nazianz.* (*m*) *Ambroſ.* (*n*) *Auguſt.* (*o*) *Proſper* (*p*) vulgatus *Athanaſ.* (*q*) *Nyſſen.* (*r*) *Paullin.* (*s*) *Theodoret.* (*t*) vulgat. *Baſil.* (*u*) *Gregor.* M. (*x*) *Chryſolog.* (*y*). Plures dabit *Lindanus* (*z*).

242 Deinde ſtatus beatitudinis exigere videtur in coelitibus propoſitam de noſtris precibus, votiſque ad eos directis ſcientiam, vel divina revelatione, vel expreſſa eorum viſione in Verbo exceptam; quoniam & ejuſmodi ſcientia terrigenis per revelationem ſaepe numero conceſſa legitur, e. g. 1. *Reg.* 9. 19. & 4. *Reg.* 5. 25. & 6. 8. *Daniel.* 2. 26. *Act.* 5. 1. ſqq. & in vitis SS. novi foederis paſſim. Eam quidem ſanctis Angelis Proteſtantium plerique diffiteri non audent: eccur itaque denegent ſanctorum virorum animis, quorum beati ſtatus conditio par eſt? quippe ex *Luc.* 20. 35. *illi . . aequales Angelis ſunt & filii ſunt Dei.*

243 Inſuper lex amicitiae poſtulat ut amicus ea amico revelet, quae ad ipſum pertinent, praeſertim ſi ad ejuſdem felicitatem, honorem & oblectamentum cedant; at glorioſum utique & jucundum eſt coelitibus habere ſupplices, a quibus invocentur ceu amici Dei, ſuoque potentes patrocinio. Demum perfecta erga fratres caritas expoſcit juvare miſeros; quo tamen modo iuverint niſi perſpectas habeant ſuorum aerumnas ſupplicum, & preces clientum? (*a*)

OBJECTIONES.

244 Obj. *primo* contra II. Adſ. Huic adverſantur Scripturae, quae ferunt uni Deo perſpectas eſſe cogitationes noſtras, mortuos vero nihil de iis ſcire, quae apud nos geruntur. Nam 1.° ex 3. Reg. 8. 39. *tu noſti ſolus cor omnium filiorum hominum*. 2.° ex Eccleſ. 9. 5. *viventes ſciunt ſe morituros, mortui vero nihil noverunt amplius*. 3.° ex Job. 14. 21. *ſive nobiles fuerint filii ejus, ſive ignobiles, non intelliget*, videlicet poſt obitum. 4.° ex Iſai. 63. 16. *Abraham neſcivit nos & Iſraël ignoravit nos*.

R. N. Adſ.

(*i*) Conf. *Becan.* de invocat. SS quaeſt. 6.

(*k*) Conf. *VValenburch. Fratres* t. 2. l. 12. c. 16. p. 238.

(*l*) In periſteph. hym. in SS. Hemeter. & Celedon. verſ. 30. & hym. in S. Eulal. V. verſ. 213. & hym. S. Caſſian. Foro-Cornelienſ. v. 95.

(*m*) Orat. 7. in funere Caeſarii fratris.

(*n*) Lib. de viduis cap. 9. n. 55. & orat. in obitu Satyri fratr. n. 73.

(*o*) Serm. 3. de S. Steph. M. in ſerie 316. alias de diverſ. 91. n. 5. & l. 22. civ. c. 29.

(*p*) De vita contemplat. l. 1. c. 4.

(*q*) Quaeſt. 11. ad Antioch.

(*r*) Orat. in S. Theodor. n. 7.

(*s*) In natal. 6. S. Felic. verſ. 291.

(*t*) De curand. Graecor. adfect. l. 8.

(*u*) De vera virginit. n. 29.

(*x*) L. 12. moral. c. 14. & l. 4. dial. c. 33.

(*y*) Serm. 128 in S. Apollinar. M. ſub fin.

(*z*) In panopl. evang. l. 3. c. 35. a p. m. 146. edit. Colon. 1575.

(*a*) Lege cit. *Lindan. Becan.* de invoc. SS. q. 5. *VValenburch.* de ſcient. SS. t. 2. tr. 4. l. 12. c. 17. ſqq. *Trombell.* diſſ. 3. c. 38. ſq.

245 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: dicitur Deus ſolus noſſe per omniſcientiam ſibi congenitam; at non negatur poſſe creaturas etiam noſſe per cognitionem a Deo adceptam. Ad 2. quam, Luthero duce, Proteſtantes urgent: ſi id in ſenſu obvio capiatur, nimis probat, adeoque nihil; quandoquidem ſi nihil amplius noverint mortui, nec Deum noſcent, nec ſtatum ſuum. Locum ſic adpoſite exponit *Hieronymus*, in explicandis bibliis ſacris Doctor maximus „donec vivunt „homines, eos poſſe fieri juſtos; poſt mortem vero nullam boni „operis dari occaſionem „.

246 Ad 3: ex *Gregor.* l. 12. moral. c. 14. interpretandus locus de hominibus carnalibus, valde ſolicitis in hac vita de ſuis filiis, quorum nempe ſtatus & conditio patribus dum poſtea in gehenna vitam miſeram degunt, nihil omnino patent. Ad 4. cui non multum fidunt Calvin. & Crocius: Hieronymo interprete, verba hunc ſenſum habent in perſona Hebraeorum „neſcit nos Abraham, & „ignorat Iſraël, quia te offendimus; nec cognoſcunt filios, quos a „Deo ſuo intelligunt non amari „.

247 Obj. *ſecundo*. Adverſantur & Patres. Nam 1.° Nazianzen. (*b*) adloquens animam Conſtantii Imper. quam coelitum choro adnumerarat, ait „audi haec etiam, magni Conſtantii anima, ſi quis mor„tuis eſt ſenſus „: dubitat ergo de ſcientia beatorum. 2.° Hieronym. de Nepotiano vita functo (*c*) inquit „felix Nepotianus, qui „haec non videt, felix qui iſta non audit „. 3.° Auguſtin. (*d*) haec differit inter cetera „ibi ergo ſunt ſpiritus defunctorum, ubi non „vident quaecumque aguntur, aut eveniunt in iſta vita hominibus „.

248 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: τὸ *Si* fortaſſe adfirmando ponitur ab Authore; illa quippe particula in adfirmantem partem creberrime ſumitur (*e*). Quo quidem Nazianzen. mox laudatus, ſibi oratione 7. differenti procul dubio conſtabit. Ad 2: iis Hieronymus Nepotiano ſcientiam duntaxat experimentalem abjudicat & omnino naturalem. Ad 3: S. Doctor noſtro placito quam maxime favet in locis nuper adductis, immo & in capitibus illud 13. quod heic objicitur, ſubſequutis. Quocirca ne jure coarguatur a ſe turpiter diſtare, intelligendus eſt in objecto cap. 13. vel loqui problematice, vel potius objicientium & difficultates proponentium more. At eſto, faverint iſti Patres adverſariis, ſed illis tamen multo plures opponimus jam adlegatos.

249 Obj. *tertio*. Adverſatur & ratio. Nam 1.° Unde conſtat nobis Coelites habere *tam longas aures, quae ad noſtras voces porrigantur, & oculos tam perſpicaces, qui neceſſitatibus noſtris advigilent?* Sic ludit Calvinus (*f*). 2.° Quod Deus revelet coelitibus preces ſingulas noſtras ad eos fuſas, Scripturae teſtimonio non conſtat. 3.° Ne-

(*b*) Invect. 1. in Julian. fere ſub init.
(*c*) Epiſt 60. olim 3. n. 17.
(*d*) De cura pro mortuis gerenda c. 13.
(*e*) Exempla ſacra & profana collegit cit. *Trumball.* diſſ. 3. c. 37. n. 7.
(*f*) Inſt. l. 3. c. 20. ſect. 24.

Nequit Deus in ſeſe beatis repraeſentare peccata, famem, & alias aerumnas, a quibus liberari petimus, invocando coelites; quippe Deus & ſanctiſſimus eſt, & nullius indigus. 4.° eodem certitudinis ac incertitudinis gradu nobis conſtare debet de ſcientia, ac de invocatione & interceſſione coelitum; haec enim illi potiſſimum innititur, atque illa deficiente, & iſta inſimul deeſſe paſſim exiſtimatur a noſtratibus, quorum nempe haec una vox eſt, *ſi preces neſciant beati, quo pacto invocentur & pro precantibus exorent*? Atqui ſaltem fide certum non eſt eos preces audire: ergo neque pro precantibus exorare.

250 R. *N. Adſ.* ad 1. prob: reponimus cum *Becano*, & quaerimus a Calvino, num Paullus tam longas habuerit aures, ut ad illam Chriſti vocem ex *Act.* 9. 4. *Saulle, Saulle quid me perſequeris*? porrigerentur? tum an Stephanus adeo perſpicacibus emineret oculis, ut ei licuerit exclamare ex *Act.* 7. 56. *video coelos apertos & filium hominis ſtantem a dextris Dei*? Et vero ad perſpiciendum ea, quae apud nos geruntur, ſola mentis notitia egent coelites. Ad 2: non conſtat quidem explicate, at probabili argumento ex eadem depromitur, necnon ex traditione Patrum, & aliis ex capitibus, quae nuper inter probandum adſertum indicavimus. Ad 3. *N. A.* Summa Dei perfectio non impedit quominus ea cuncta, una cum precibus noſtris intelligat; atque adeo nec quominus eadem in ſe tanquam in ſpeculo, vel in decretis ſuis agnoſcenda coelitibus praeſtet.

251 Ad 4. *N. A.* Unum definiit Eccleſia, non alterum. Quid tum vero? Poſſunt quidem coelites generatim tantummodo pro nobis intercedere. Poteſt item Deus ob preces ad coelites fuſas nobis ſubcurrere, quoniam Deo gratiſſimae ſunt, quin illis eaedem innoteſcant. Stat igitur quam optime, certa fide conſtare de licita invocatione coelitum, una cum expreſſa eorundem interceſſione, non item de ipſorum ſcientia erga preces noſtras. Iſtam porro noſtrates ex dogmatis de invocatione atque interceſſione ſubinferunt, probabili videlicet argumento, aliqua quippe ratione videtur ſcientia ex binis hiſce dogmatis aperte concludi, non autem evidenti aut fide certo, quippe vel etiam abſente ſcientia, poſſent ea dogmata ſimpliciter conſiſtere, nec alias haec ſcientia in diſertam definitionem dogmaticam venit (*g*).

His ita conſtitutis, reliquum eſt ut ad monimenta vetera ſtilum orationis convertamus; quibus videlicet ſacroſancta fidei capita de cultu, invocatione, atque interceſſione coelitum hoc paragrapho adſerta luculentius illuſtrentur.

(*g*) Recolendi *AA.* proxime adlegati.

CLASSIS III.

MONUMENTA ANTIQUITATIS

Pro cultu, invocatione, atque intercessione Sanctorum

E RE LAPIDARIA.

1 TIBI PETRE AP. ☧
SE PETRVS HVIVS
S. BASILICE DIAC
PRECIBVS COMMENDAT
DD. INP. III. ID
FEBR. DN. VALENTIN
AVG. ET ANTEMIO CONS *A. C.* 455.

Apud Pratillum in diss. de Consularibus Campaniae p. 123. *ex Fabio Vecchionio.*

2 PETRVS ET PANCARA BOTV FO
SVENT MARTYRE FELICITATI

Legito

VOTVM POSVERVNT S. MARTYRI
FELICITATI.

Romae in Coemeterio Cyriacae ap. Murat. p. 1925. *ex Boldetto.*

3 ✠ DE DONIS DI ET BEATI PAVLI APOSTOLI DOMETIVS DIAC. ET
ARCARIVS SCAE. SED. APOSTOL. ADQVE PP. VNA CVM ANNA
DIAC*oniſſa*. EIVS GERMANA HOC VOTVM BEATO PAVLO OPTVLERVT

Romae olim in ſuperliminari majoris portae templi S. Paulli ad laevam ap. Margarin. pag. 1. *n.* 2. *Fabrett. p.* 758. *n.* 639. *Fontanin. in diſco argent. votivo c.* 9. *p.* 19.

Praeter votum beato Paullo oblatum in conſtructione, ſuis ſumtibus facta, porticus illius Baſilicae, quam Conſtantinus Magnus a fundamentis inchoaſſe, & Honorius Aug. abſolviſſe dicuntur (ap. *Ciampin.* vet. mon. t. I. c. 24. p. 228. alioſque rerum Romanarum Interpretes) innuit Titulus ſacrae Eruditionis capita non ſpernenda. Vides in primis loco exordii Crucem, dogmaticum plane Signum reparationis noſtrae per Chriſtum Jeſum, quo jam a primis ſeculis uſi ſunt Majores noſtri in templis, in aedibus, in ſaxis literatis, in numis, in chartis, in quibuſque fere monimentis. Conſule ſis *Lipſium* & *Gretſer.* de ſancta Cruce.

To

Tò *de donis Dei obtulerunt* praefert formulam mere Liturgicam, antiquitus praeſcriptam in ſacro Canone ubi dicitur proxime poſt conſecrationem, *Offerimus Majeſtati tuae de tuis donis ac datis Hoſtiam puram* &c. Nec ipſa plane deſideratur in aliis Liturgiis, e quibus haec noſtra Romana (ut ita dicam) pene coaluit: e. g. in Liturgiis S. Baſilii, S. Marci, S. Jo. Chryſoſt. Codicis Gelaſiani, Gregoriani, Gallicani, Moz-arabici &c. quas abunde dabunt Liturgici Interpretes cum *Pamel. Renaudot. Mabill. Goar, Marten. Pinio*. Et ea quidem, utpote chriſtianae pietati maxime conſentanea, ſatis obvia fuit olim ac etiamnum nobis ſiſtitur in vetuſtis medii aevi documentis jamjam producendis. Plura de eadem formula laud. *Fontanin.* p. 17. ſqq.

Dometius *Diaconus* dogma de ſacro Diaconatus Ordine, velint nolint Proteſtantes, plane confirmat; ſub eo nempe ſenſu, quo poſtmodum *Tridentinum C.* ſeſ. 23. can. 6. credendum ſub anathemate promulgavit, *eſſe in eccleſia catholica Hierarchiam divina ordinatione inſtitutam, quae conſtat ex Epiſcopis, presbyteris & miniſtris*, hoc eſt Diaconis. At de iis plura in Part. IV. ubi de Ordine. *Arcarius* denotat munus eccleſiaſticum, quo quis olim theſauris aut aerario Apoſtolicae atque Pontificiae Sedis praepoſitus inſtituebatur. Occurrit id ipſum ap. *Anaſtaſ. Bibl.* ubi de Agathone p. 82. & 83. ap. *Blanch.* t. 4. ſect. 140.

Anna demum Dometii ſoror ac *Diaconiſſa* ſiſtit nobis veterem Eccleſiae diſciplinam circa inſtitutionem Diaconiſſarum, quae quidem jam a tempore Apoſtolorum obtinuit aduſque Seculum circiter XII. ſaltem in Oriente. Nec una quidem eſt Annae Diaconatus memoria, ſed & aliae quoque plures clari nominis Diaconiſſae apud caſtigatiſſimas Hiſtorias recenſentur. E. c. Sancta Phoebe Corinthia e Seculo Ch. I., beata Timo Cypria e Sec. II. ineunte; S. Martina Virgo & M. Romana e Sec. III., Anonyma quaedam nobilis, tum Publia, Olympias & Pentadia in Graecia e Sec. IV., Amprucla in Cucuſo Armeniae oppido, tum alias Dionyſia Euthymii Magni Mater e Sec. V., S. Radegundis Francorum Regina & Baſilina Cappadox e Sec. VI., S. Irene CPña e Sec. IX., *Diaciana* demum *Diaconiſſa* prout habet Lapis alter ap. *Joan. Pinium* in celeberrima diſſ. de Eccleſiae Diaconiſſis praefixa tomo I. Sept. p. XXIV. Ipſe ibidem prolata haec exempla nobis ſuppeditavit cap. 5. p. XXII. ſqq. Quid jam vero cetera percurram circa hujuſce muliebris Diaconiſſmi notionem, conſecrationem, ritus dignitatem, miniſteria, munia? Singula, ſi Deus faveat, dabimus in ſede propria, ubi de Ordine Diaconatus.

Interea plura cupienti conſulantur laud. *Pinius*, *Morin.* in comment. de ſacris Eccl. ordinat. par. 3. exſercit. 10. c. 2. n. 5. & alias, *S. Epiphan.* haer. 79. *Juenin* in comment. hiſt. & dogm. de Sacram. diſſ. 9. q. 5. *Arcud.* & *Goar* in Euchol. graec. ubi de Diac. *Sim. Aſſeman.* in Bibl. Orient. Clementino-Vaticana t. 3. p. 2. & in diſſ. de Syris Neſtorianis & alias, *Cangius* in Gloſſar. art. Diaconiſſae, *Le*

Draun de re ſacram. l. 8. q. 8. §. 2. *Zieglerius* l. de diaconis & diaconiſſis vet. eccleſiae c. ult. *Coteler.* t. 1. Patrum Apoſtolicorum p. 274. 287. tum in conſtitut. apoſtolic. t. 1. l. 3. c. 1. & 15. & alias, *Sam. Baſnagius* ad an. Ch. 35. n. 14. ſqq. *Allat.* in conſenſ. Orient. & Occid. Eccl. p. 675, *Bevereg.* ad canon. xv. Chalced. *Juſtell.* ad can. xix. Nicaenum, aliique ap. cit. *Pinium* ſparſim laudati.

4 SANCTO AC BEATISSIMO APOSTOLO
IOANNI EVANGELISTAE
GALLA PLACIDIA AVGVSTA
CVM FILIO SVO PLACIDIO VALENTINIANO
AVGVSTO
ET FILIA SVA IVSTA GRATA HONORIA
AVGVSTA
LIBERATIONIS PERICVLO MARIS
VOTVM SOLVIT

Ravennae in S. Joannis Evangeliſtae ap. Murat. p. 1878. 2. *e ſchedis Farneſiis, mittente Andreaſio S. J.*

Secus cum Titulum ex *Rubeo* recitat *Gruter.* p. 1048. 1. ubi plures adjicit, pro quibus Galla Placidia Auguſta Sancto Evangeliſtae votum ſolvit.

Florebat piiſſima Galla Placidia ſub aeram Chriſtianam 440.

5 O VENERANDA MIHI SANCTVM DECVS ALMA PVDORIS
VT DAMASI PRECIB. FAVEAS PRECOR INCLYTA MARTYR

Romae in S. Agnetis extra Urbem, effoſſa ſub an. 1758. *ap. Marangon. in adpend. ad act. S. Victor. p.* 138.

Hiſce carminibus deſinit Epigramma exaratum in laudem S. Agnetis a S. Damaſo P. qui ad caelos evolavit an. 384. Integrum illud dedit laud. *Marang.* deinde *Merenda* ubi de Damaſi carminibus §. 11. n. XIII. p. 143., nonnihil tamen vitiatum, etiam in poſtremo carmine, ubi pro *inclyta Martyr* ſcribit *inclyta Virgo*, tametſi Epigramma *cum archetypo collatum* atque *emendatum ſe dediſſe* proteſtetur; adcuratiſſime demum ſecundum exemplar Gl. V. *Franc. Perezius Bayerus* in Damaſo & Laurentio Hiſpanis adſertis & vindicatis, par. priore in adpendice pag. 54.

TO

6 ΤΟ ΑΓΙΩ ΙΩΑΝΝΙ
ΘΕΟΔΩΡΟC ΚΑΙ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΑ
ΑΝΑΙΘΗΚΑΝ
ΥΠΕΡ ΑΝΑΠΑΥCΕΟC

Videlicet
Sancto Joanni
Theodorus & Conſtantina
poſuerunt
pro requie

Ravennae in S. Joannis Evangeliſtae ap. Murat. p. 1948. 7. *e ſchedis Marchionis Alexandri Capponii.*

Paullo aliter ipſum Titulum ibidem recitat *Murat.* p. 1949. 1. ex *Ginannio* Abb. Bened.

7 PRAECVRSOR DOMINI MARTYR BAPTISTA IOANNES
POSSIDE CONSTRVCTAM IN AETERNO MVNERE SEDEM
QVAM DEVOTVS EGO REX RECCESVINTHVS AMATOR
NOMINIS IPSE TVI PROPRIO DE IVRE DICAVI
TERTIO POST DECIMVM REGNI COMES INCLYTVS ANNO
SEXCENTVM DECIES ERA NONAGESSIMA NOVEM

In templo oppidi Baños, latine Balnea *apud Hiſpanos, non procul a Valliſoleto ap. Moraleſium, qui dedicationis Lapidem, ſub forma & caracteribus Gothicis exaratum exſcripſit, ipſo teſte in Chron. Hiſp. t. 2. l. 12. c. 27. fol.* 153.

Huic Dedicationi, factae Ss. Praecurſori Baptiſtae a Receſvintho piiſſimo Hiſpaniae Rege conſignat ibidem *Morales* annum Chr. 661. & quidem ſuis in re perdifficili adjectis probationibus: num vero iſtae rem conficiant, viderint peritiſſimi Hiſpani.

8 STEPHANO PROTASIO B. MARTYRIO * * *B. Martyri Laurentio.*
ET SIBI MEMORIA AETERNA
LAVRICIVS HVIVS DEDICAVIT SVB DIE
III. KAL. OCTOBRIS THEODOSIO XV
ET PLACIDO VALENTINIANO ... *A. C.* 425.

Ravennae in Sancti Laurentii in Caeſarea ap. Agnell. in lib. Pontific. in vita S. Joannis c. 1. *ex Bacchinio in eum locum p.* 265.

Longe diverſa eſt Lapidis lectio ap. *Murat.* p. 402. 6. ex *Hieron. Fabro*. De conditione Lauricii qui templum S. Laurentii conſtruxit ac dedicavit, plura cit. *Bacchin.* in obſervat. p. 296. ſqq. quem conſulas.

VOS.

9 VOS. DOMINI. SANCTI. QVORVM. HIC. PRAESENTIA. FVLGET.
HANC. VRBEM. ET. PLEBEM. SOLITO. SERVATE. FAVORE.

Toleti in Saxo Marmoreo ap. laudat. Morales l. 12. *c.* 48. *fol. verſo* 170. *ex Archiep. Rodericio.*

Nimirum Wamba e Gothorum gente, piiſſimus Hiſpaniae Rex, fato functus an. Ch. 681. 14. Octobr., hos verſus adfigi juſſit ſub quibuſdam marmoreis Sanctorum imaginibus, quibus plurium urbis turrium vertices denuo adornandos curavit; ut nempe earum prototypi iconum Urbem Toletanam protegerent.

10 ✠ AD ONORE BEAI IOH BAPTA IOH EPC FIERI CVRAVIT IND. I

Hadriae ſupra fores Eccleſiae della Tomba *ap. Murat. p.* 1888. 8. *ex Octavio Bochio.*

Joannes hic Hadrienſis Epiſcopus ſediſſe dicitur a *Ferretto* ante an. Ch. 860., tametſi praetermittatur ab *Ughello* in Ital. ſacra. Sic ibid. *Murat.* ex *Bochio.*

11 ΤΑ. ΣΑ. ΕΚ. ΤΩΝ. ΣΟΝ. ΣΟΙ ΠΡΟΣΦΕΡΟ
ΜΕΝ. ΟΙ. ΔΟΥΔΟΙ. ΣΟΥ. ΧΡΙΣΤΕ
ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΣ. ΚΑΙ. ΘΕΟΔΟΡΑ
Α. ΕΥΜΕΝΟΣ. ΠΡΟΣΔΕΞΑΙ. ΥΙΕ
ΚΑΙ. ΛΟΓΕ. ΤΟΥ. ΘΕΟΥ. Ο. ΣΑΡ
ΚΟΘΕΙΣ. ΚΑΙ. ΣΤΑΥΡΩΘΕΙΣ
ΥΠΕΡ. ΗΜΩΝ. ΚΑΙ. ΗΜΑΣ. ΕΝ
ΤΗ. ΟΡΘΩΔΟΞΩ. ΠΙΣΤΕΙ
ΣΟΥ. ΔΙΑΤΗΡΗΣΟΝ. ΚΑΙ. ΤΗΝ
ΠΟΛΙΘΕΙΑΝ. ΗΝ. ΗΜΙΝ. ΕΡΙΣΤΕ
ΥΣΑΣ. ΕΙΣ. ΤΗΝ. ΙΔΙΑΝ. ΣΟΥ
ΔΟΞΑΝ. ΑΥΞΗΣΟΝ. ΚΑΙ. ΦΙΛΑ
ΞΟΝ. ΠΡΕΣΒΕΙΑΙΣ. ΤΗΣ. ΑΓΙΑΣ
ΘΕΟΤΟΚΟΥ. ΚΑΙ. ΑΕΙ. ΠΑΡΘΕΝΟΥ
ΜΑΡΙΑΣ

Nimirum

Tua de tuis tibi offerimus ſervi tui,
Chriſte, Juſtinianus & Theodora. Ea tu
propitius adcipe, Fili Dei Verbum, qui
noſtri cauſſa carnem adſumſiſti,
& cruci adfixus fuiſti;
ac nos in recta tui fide conſerva:
& quam nobis commiſiſti rempublicam
eam ad tuam gloriam auge ac tuere
intercedente ſancta Deipara
& ſemper Virgine Maria.

Con-

Conſtantinopoli olim apud templum Sophianum in orbe ſacrae Menſae Juſtinianeae, adteſtante Georg. Cedreno in compendio hiſtoriar. t. 1. n. 156. p. m. 386. edit. Paris. 1647.

Celeberrimam Inſcriptionem poſt Cedren. tradiderunt plurimi cum *Cangio* in Paulli ſilentiarii deſcriptionem S. Sophiae n. LIII. p. 567. *Murat.* in novo theſ. Inſcr. p. 1895. 1. *Fontanin.* in diſco chr. c. IX. p. 20.

Hanc ſanctam pro celebrandis Liturgiis menſam iterato fieri juſſit Juſtinianus in nova Aede Sophiana poſt reparatam Trullam tanquam opus nulla imitatione aequandum, auro ſcilicet, argento, lignis etiam & omnis generis pretioſioribus metallis & lapidibus conſtans. Plura de hac Menſa laudatus *Cang.*

Exarata iterum fuit haec Inſcriptio, quum jam Theodora fatis conceſſerat, ut obſervat idem *Cang.* Juſtinianus vero Auguſtus 39. annos imperavit, videlicet ab an. 527.

Legat jam vero & relegat Proteſtanticus grex in Titulo poſt clariſſima de Deo-homine myſteria ſanctiſſimae Deiparae interceſſionem.

12 *de don*IS. DEI. ET. S̄CE. D̄I. GENITRICIS MVN
us. D̄OM̄. ADRIANI. PAPE. EGO. GREGORIVS. NO*tarius*

Romae in porticu Baſilicae Coſmedinenſis ad laevam januae primariae. Ex ſcripſi.

Perantiqui Marmoris Inſcriptionem ſuiſmet exaratam barbari ſeculi caracteribus fideliter retulit *Creſcimben.* in hiſt. ejuſdem Baſilicae l. 2. c. 2. p. 44. Ipſam deinde ſupplere adgreſſus eſt; praeferendum tamen putamus, tanquam Inſcriptionis ejuſmodi naturae magis conſentaneum Fontaninianum ſupplementum.

Idem *Fontanin.* contendit ibidem, hoc donum ab Hadriano P. in honorem Dei Genitricis oblatum, ad Seculum VIII. pertinere, quatenus nempe illud obtulerit Adrianus I. Stephano IV. P. ſuffectus an. 772. At cur ipſum tamen hunc potius Pontificem obtuliſſe dixerit, quam Adrianum II. aut III. qui IX. Seculo floruerunt?

13 . . . . . .
NAZARIVS NAMQVE PARITER VICTORQVE BEATI
LATERIBVS TVTVM REDDVNT MERITISQVE CORONANT
O FELIX GEMINO MERVIT QVI MARTYRE DVCI
AD DOMINVM MELIORE VIA REQVIEMQVE MERERI

Vercellis ap. Grut. e Codice Bibliothecae Palatinae, p. 1169. 7.

Zacharias noſter in diſſ. ſaepius laud. cap. ult. p. 393. profert in confirmationem noſtri Dogmatis hunc Titulum, nec non alios ejuſmodi recitatos a *Grut.* p. 1164. 6. & p. 1163. 10., ut plures taceam pro aliis Dogmatis in ipſa diſſ. ſparſim adductos.

Anne vero (uti alias obiter quaeſieram in Tom. II. Claſſ. IV. n. 10. p. 46.) id genus documenta ſunt plane legitima, Dogmatiſque

ſque ſolide confirmandis idonea ? Pro talibus quidem ea habita ſunt vulgo a Viris doctiſſimis ſtatim ac elapſo ineunte Seculo in lucem publicam a *Grut.* emiſſa ſunt, uſque modo. *Baron.* ſiquidem & *Aringh.* in ſuis de Annalibus eccleſ. & de Roma ſubterr. commentariis complura ex illis Epigrammatis adoptant tanquam certa teſtimonia ; eoſque aemulatur in laud. differt. *Zachar.* ipſiſque inſuper ſuffragantur *Martius Mileſ. Sarazanius & Ant. M. Merenda* qui ubi agunt de Carminibus S. Damaſi, permulta tanquam genuinos ejuſdem foetus referunt, quae non niſi ex iſta Gruteriana relatione conſtant. *Ciampin.* pariter ut certo legitima profert quae adduxit *Grut.* p. 1164. 17. & 20. Tum denique, ut alios mittam, *Bolland.* ad diem 16. Januar. *Papebroch.* in conatu chron. hiſt. p. 46. & *Pagius* ſenior ad an. 309. n. VI. Epigramma illud VERIDICVS RECTOR &c. ut vere legitimum amplectuntur & admittunt cum *Baron.* ad an. 309. n. VII. quod quidem ipſe *Baron.* ab uno fatetur excepiſſe *Grutero* heic p. 1172. 3.

Verum enim vero Cl. Maffej. in hiſt. crit. lapid. l. 3. c. 4. col. 390. ap. *Donat.* in ſupplem. ad theſ. Murat. hanc tulit univerſim cenſuram in ea Gruteriana Epigrammata, „ in operis (Gruteri) calce „ XXVII. paginae ſpuriis & ſuppoſititiis epigrammatis complentur, quo„ rum partem maximam neglexiſſe procul dubio praeſtabat & hominum „ oculis ſubduxiſſe ; quid enim refert non ambiguis, ſed ſtolidiſſimis & „ vix ceteroquin notis quiſquiliis laborem literatis addere atque horas „ ſuffurari „ ? Ita Vir doctiſſimus, cui tamen adduci nequeo ut omnino conſentiam . Principio enim ſi paginae XXVII. ſpuriis & ſuppoſititiis epigrammatis complentur, non eorum partem maximam neglexiſſe praeſtabat, ſed omnes partes, aut ea prorſus omnia .

Nec deinde adſequor quo jure non ambiguas, ſed ſtolidiſſimas quiſquilias, hoc eſt, ut Graeci dicunt, πριωφήματα ea univerſim Epigrammata vocitet ; ex iis enim cuicumque ſingula perpendenti haec multa Dogmata, & quidem ſublimiora exprimunt, illa ritus antiquos plurimos, alia demum ſatis pure ac eloquenter geſta enarrant . Quod ſi ſtolidiſſimas quiſquilias dicat ſoloeciſmos in Grammaticen ac Poëticen, qui in eis ſaepe occurrunt, aut barbaras, inconditaſque phraſes, dictave vana, prorſuſque inutilia, quae non raro aures offendunt ; profecto haec nova non ſunt apud veriſſime certiſſimeque legitimas cujuſque fere aetatis Inſcriptiones ; uti animadvertiſſe millies potuit idem doctiſſimus Vir ap. *Fabrett. Boldett. Boſium* & alios, immo & apud ipſum ejuſdem Muſeum Veronenſe, Inſcriptiones varias, & Antiquitates Galliae, ubi praeſertim agitur de Monumentis Chriſtianorum, cum aevi ſuperioris, tum medii . Profecto hujuſcemodi horridi defectus (ſi ſtolidiſſimas quiſquilias adpellare lubeat) dummodo graviores rationes non adcedant, veritatem Lapidum, aut eorum pretium ac ſtudium apud peritos, prudenteſque Antiquarios minimum laedit . Ex hoc itaque capite haud liquido ſubinfert literatiſſimus Scriptor ea Epigrammata

mata conclamari ſpuria & ſuppoſititia, nec apte conqueri videtur, eorum lectionem literatis laborem addere atque horas ſuffurari.

Adjicit idem praeterea, ut cenſuram de ſuppoſitione confirmet, citata Epigrammata *vix ceteroquin nota* fuiſſe. Ceterum haud pauca ex ipſis, quae idem nec memorat, nec innuit, plane ceteroquin fuerant jam notiſſima. En eorum Syllabum, quae mihi rem curſim exſequenti congerere licuit.

Epigramma Gruterianum IVSTITIAE SEDES &c. ſub pag. 1163. 6. diu exſtabat in Codice Einſidlenſis Bibliothecae, de quo mox redibit ſermo, ap. *Mabill.* in anal. vet. t. 4. p. 485. n. 10.

Epigr. Grut. AD FONTEM &c. p. 1163. 11. pridem inſcriptum erat Romae ad fontem S. Joannis in Laterano, tradideratque *Raſpon.* de Baſil. Later. l. 1. c. 14. inſimul & l. 3. c. 1.

Epigr. Grut. HIC LOCVS &c. proxime laudato adjectum, ibidem olim viſebatur ipſo teſte *Raſpon.* poſt *Panvin.* in Baſilic. Romanis ubi de Lateran.

Epigr. Grut. MARTYRIBVS XPI &c. p. 1164. 4. proſtat Romae, deficientibus jam literis non paucis, in Muſivo eccleſiae S. Venantii, mox adferendum ubi de tabulis muſivis.

Epigr. Grut. ANTISTES DAMASVS &c. p. 1164. 6. inſcriptum ferebatur a laudato Codice Einſidlenſi ap. cit. *Mabill.* p. 489. n. 23.

Epigr. Grut. HAEC DOMVS AMPLA &c. p. 1164. 14. jamdiu legitur Romae in throno ſeu abſide templi S. Caeciliae, quod fertur conſtructum a Paſchali P. I. an. circ. 820. Ipſum retulit cum ceteris muſivi operis picturis *Ciampin.* de mon. vet. t. 2. p. 160.

Epigr. Grut. AVLA DEI &c. p. 1164. 16. exſtabat Romae caracteribus muſivis in throno SS. Coſmae & Damiani jam a temporibus Felicis P. III. vulgo IV. qui eis templum illud dicaſſe fertur an. circ. 530. Idem pariter exſcripſit laud. *Ciampin.* p. 60.

Epigr. Grut. ASPICIS AVRATVM &c. p. 1164. 19. viſebatur olim fugientibus jam literis Romae in muſivo S. Stephani in Monte Coelio, ab an. 645., eaſque ſubinde ex Grutero adpoſite ſupplevit idem *Ciamp.* p. 112.

Epigr. Grut. THEODOSIVS COEPIT &c. p. 1170. 6. exſtitit pridem, ſaltem quoad diſtichon poſterius, extra Urbem in S. Paulli ap. *Margarin.* in ant. Inſcr. p. XVIII. n. 246. Sed & idem quoad bina diſticha jam olim tulerat Codex membraneus Einſidlenſis, ante annos fere nongentos exaratus, adductumque fideliter eſt a cit. *Mabill.* a p. 483. Vide ibid. p. 496. n. 48.

Epigr. Grut. MILITIAE NOMEN &c. p. 1171. 6. exſtabat pariter in citato Codice ſub hoc titulo, *In ſepulcro Nerei & Achillei in via Appia* ap. praefatum *Mabill.* p. 502. n. 71.

Epigr. Grut. O SEMEL &c. p. 1171. 13. in ipſo itidem Codice legebatur ap. *Mabill.* p. 504. n. 74.

Epigr. Grut. EXTREMO TVMVLVS &c. p. 1172. 9. legitur hodieque

Romae in SS. quatuor Coronatorum in Lapide antiquo, e quo ſolum fragmentum reſtat: aliud vero, quod deficit, ſuppleri ſolet, nec incondite quidem, ex eodem Grutero. Ipſum fideliter exſcripſit, ac ita ſuppletum tradidit Cl. V. *Franc. Perez Bayerus* in diſſ. de Damaſo in adpend. p. 54. Idem praeterea inſcriptum ferebat Codex ille ap. cit. *Mabill.* p. 501. n. 67.

Epigr. Grut. HOC TVMVLO &c. p. 1172. 10. exſtabat in vetuſto Martyrologio Hiſpano ap. *Tamayum* in Martyrol. hiſp. ad diem 21. Februarii.

Epigr. Grut. CVLMEN APOSTOLICVM &c. p. 1174. 10. repertum eſt in Codice toties memorato ap *Mabill.* p. 490. n. 25. cum titulo, *In eccleſia ſcae Savinae*, qui in Codice Gruteriano deſideratur.

Epigr. Grut. CVLMEN OPES &c. p. 1174. ſq. 11. exſtitit in Baſilica veteri S. Petri, & quod mutilum dedit Gruterus, ſupplevit *Fabrettus*, ipſo teſte in domeſtic. Inſcript. cap. x. p. 735. n. 467. & in emendationibus aliquot Gruterianis, ad calcem ejuſdem tomi p. VII. Ubi equidem adnotavero, nullam ibi Fabrettum, ſagaciſſimum Virum, innuiſſe ſuſpicionem falſitatis & ſuppoſitionis erga cetera ejuſmodi Epigrammata Gruteriana: quo nempe tacite indicaſſe videtur, ceu genuina eadem amplecti.

Epigr. Grut. VOS EQVIDEM &c. p. 1176. 11. aliunde excerptum erat ap. *Fabrett.* in MS., quippe qui in citt. emend. Gruter. p. VII. ſuper hoc Epigrammate inquit, „ in meo veteri MS. praemittitur „ *Sepulcrum Gerontii & Conſtantii* „.

Epigr. Grut. AMPLIFICAM SEQVITVR &c. p. 1177. 5. tametſi mancum & varians, exſtabat Romae in hortis coenobii S. Laurentii extra muros e ſchedis Stoſchianis ap. *Donatum* in ſupplem. Murat. t. I. p. 138. 1.

Haec jam vero nos curſim collegimus, & invicem contulimus. Non itaque *vix ceteroquin nota*. Nec ullus dubito, quin adcuratior majori otio collector longe plura ceteroquin nota congereret.

His jam vero animadverſis in Maffejanam criticen aequo valde ſeveriorem, pro definitione propoſitae quaeſtionis dixerim ego, ejuſmodi Epigrammata nec eſſe omnia certo ſpuria, nec omnia certo legitima; immo potius nonnulla, quae videlicet ceteroquin praeexſtitiſſe vidimus, certo eſſe legitima, quod quidem nemo ſanae mentis, prudentiſque critices jure ibit inficias; reliqua vero ſaltem vehementer dubia.

Porro nolim ea adſeri certo ſpuria, quoniam facile fieri potuit, ut antiquior ille collector ipſa ex prototypis in chartam olim referret, prototypi vero jam diu perierint, ſeu inter tenebras delituerint, quemadmodum & alios pene innumeros aut periiſſe aut quam longo latuiſſe tempore, ex certis documentis plane conſtat. Alioqui vero quod illi omnes perierint, vel adhuc lateant, nullo fas eſt nobis documento ſuſpicari. Quod ſi non ipſi perierint, aut abditiſſime latue-

tuerint, mirum valde eſt ac rei naturae incongruum, nullum ex per. multis Scriptoribus, qui Romana ſaltem quaeque Epigrammata, Titulos, Inſcriptiones ſuis diligentiſſime commentariis tradiderunt, ea multis confirmandis dogmatis luculentiſſima teſtimonia vel ne per umbram quidem commemoraſſe, aut innuiſſe.

Adfirmavit quidem *Gruter.* illius Codicis Epigrammata videri deſcripta centum retro annos e templis fere Urbis Romae, hoc eſt Seculo XVI. ineunte. Quis autem exſiſtimet, uno eo Seculo, ad cujus exitum jam ſcripſit *Boſius*, tot monimenta e Romanis templis evanuiſſe? Adde, quod Verſus Ambroſii deſcripti a *Grut.* ſub p. 1166. 8. & ſub p. 1167. 1. 2. fortaſſe cuipiam ſuſpecti erunt; quum nec apud Opera, nec apud Biographos S. Ambroſii, nec inter hymnos Ambroſio adſcriptos ab Maurinis Editoribus ejuſdem operum t. 2. a col. 1219. tanquam ejuſdem genuini foetus, quod hactenus ſciam, reperiantur. Id quod de pluribus Titulis ibidem contentis poſſit fortaſſe ex aliis capitibus quis metuere. Anne collector ex vetuſtiore, minuſque adcurato Codice legitima cum ſpuriis miſcuit, exſcripſitque? Quis autem id noverit & abſque ulla haeſitatione adfirmaverit, aut negaverit?

Maneat ergo, ejuſmodi documenta, quorum ceteroqui nulla ſit mentio, donec ulteriora argumenta oppoſitum evincant, vehementer dubia eſſe, nec omni penitus ſuſpicione vacare: atque adeo eos incaute ſe gerere, qui una confiſi authoritate codicis Gruteriani, nec alia in animum inducta diſcuſſione, confirmandis fidei dogmatis, aliiſve eruditionis capitibus ea adſciſcunt. Heinc re melius perpenſa, & ad ſeverioris critices trutinam deducta, revocamus illico teſtimonium, quod pro exſiſtentia Dei O. M. adlatum *ſupra* eſt in citato Tom. II., nec iſtud modo admittimus, quod in capite hujus Diſſertationis nobis propoſitum fuerat a doctiſſ. *Zachar.* Plura vero, nec minus quidem magnifica & urgentia, confirmando dogmati nobis ſuppetunt.

14

IIII SALBO PAPA . N. IOHANNE COGNOME
TO MERCVRIO EX SCE ECCL. ROM. PRESBYTE
RIS ORDINATO EX TIT. SCI CLEMENTIS AD GLO
RIAM PONTIFICALEM PROMOTO BEATO PETRO
AP. PATRONO SVO A VINCVLIS EIVS SEVERVS . PB OFERT
ET IT. PC. LAMPADI ET ORESTIS . VV. CC. VRBI✠CLVS CEDRI ♡ NVS ESTT

Romae in S. Petri ad Vincula, quae Eccleſia dicta eſt etiam Titulus Eudoxiae, ſub organo. Exſcripſi.

Inſignem hanc Epigraphen B. Petro Apoſtolo conſecratam a Severo Presbytero perplurimi Viri Clariſſimi deſcripſerunt poſt *Panvin.*, puta *Baron.* ad an. 531. n. VIII. *Pag.* ibid. §. v. *Holſten.* in notis ad Synod. Romanam, *Papebroch.* in conatu chronico hiſt. p. 78. *Noriſius*

in hiſt. Pelag. l. 2. c. 23. p. m. 531. *Reland.* in faſt. Conſul. ad an. Chr. 532. *Fleetwo.* in Inſcrip. p. 483. ; at primus tamen omnium, ut idem vere adſeverat, adcuratiſſime exſcriptam tradidit *Fontanin.* in diſc. chr. c. 17. p. 51.

Notae chronologicae, quas praefert Titulus, ex communi, & quidem veriſimiliore Scriptorum, quos mox produximus, calculo, adverſus *Baron.*, congruunt anno Ch. 532. quo Joannes II. Pont. Max. Bonifacio II. ſuffectus eſt. Conſule ſis ex ipſis *Pagium*, *Papebr.* *Noris*, *Reland.*

15

SANCTIS MARTVRIBVS

PAPRO ET MAVROLEONI

DOMINIS . VOTVM . REDD. ☧ I

CAMASIAS QVI ET ASCLEPIVS. ET VICTOR NA

NAT. H̄. DIE . IIIX KAL. OCTOB

PVERI . QVI VOT. H̄ . VITALIS . MARANVS

ABVNDANTIVS . TELESFOR

In altera ejuſdem Lapidis parte dextrorſum,

DOMNIS SANCTIS

PAPRO ET MAVROLEONI

☧ MARTVRIBVS ☧

CAMASIVS QVI ET ASCLEPIVS ET VICTORINA VQT. ЄIEDII

NATAL . HAB. ⊅xIII KAL OCTOB

[illegible] A RANE . VITALIS

[illegible]NTI . TELESPOS

Romae effoſſus Lapis in platea, quae Termini adpellatur a Thermis Dioeletianeis, menſe Octobri anni 1749. *ap. Gorium in ſymbol. liter. tom.* IV. *in mantiſſa praefationis p.* XII. *&* XIII. *mittente Cl. V. Bottario, qui vidit, & adcurate exſcripſit.*

Vides heic dicata ſanctis Martyribus vota, ipſoſque praecipuae venerationis ergo *Dominos* & *Domnos* (quod in idem recidit) a Majoribus noſtris adpellatos. Laudatus *Gor.* adſerit indubitanter, hunc S. Mauroleonem eſſe Patronum cui dedicata eſt princeps Eccleſia Ferrarienſis: merito tamen refragatur ibid. *Zachar.* loquenti abſque ulteriori documento, & freto duntaxat nominis ſimilitudine; quippe Ferrarienſes Patronum ſuum Epiſcopum & Martyrem nuncupant *Marcum Aure-*

Aurelium, seu *Maurelium*, de quo plura *Bollandiani* ad d. 7. Maii.

Lapidem deinde, sed haud ita fideliter, recitavit *Zachar.* in hist. lit. Ital. t. 2. l. 3. c. 4. p. 532. sq. eundemque rursus, adpositeque commemorat in laud. diss. cap. ult. n. IV. p. 393., subditque ibidem, adludens ad τὸ DOMINIS & DOMNIS, *in eâ sum sententia, nusquam in christianis Inscriptionibus Domni titulum tribui nisi Martyribus, ut & si alia Martyrii desunt indicia, unum Domni nomen illud manifesto declaret.*

Ceterum haud ab omnibus forsan Eruditis Zachariana haec probabitur sententia. Principio siquidem nimium universalis & absoluta illa videtur; quis enim nesciat, cum remotissimis aetatibus, tum medii aevi Seculis adpellationem *Domni*, apice uno ex *Domini* voce rejecto, tribui vulgo consueviſſe non modo vitae sanctimonia insignibus, verum etiam ecclesiastica dignitate fungentibus? Ita passim Episcopis eam adrogant Paullinus, Evodius, Fortunatus, Ennodius, Avitus Viennensis, Greg. Turonens. Greg. Mag. Ivo Carnot. alii. Quin immo ex iis *Evodius*, S. Augustino aequalis, in comment. de mirac. S. Stephani l. 2. c. 2. & alias sparsim non secus Megetiam illustrem feminam dicit *Domnam*, & Uzalensem nobilissimum equitem *Domnum*, ac S. Stephanum eadem phrasi saepius *Domnum* vocitet. Ac primus insuper ante Evodium *Commodianus*, S. Cypriano synchronus, christianam feminam haec stilo rythmico adloquebatur instruct. 59.

Matronas vis esse, christiana, ut saeculi Domnas,
Auro te circumdas, aut serica veste, pudica.

Cui addendus idem *Cyprian.* quippe qui *Domnos* aut *Dominos* nuncupat eos, qui ad martyrium destinabantur, epist. 20. & 21. Plura ejusmodi Latinorum perinde ac Graecorum exempla congessit *Menard.* in notis ad concord. regular. S. Bened. Anianensis c. 70. p. 1022. (Consule sis in hanc formulam *Brower.* in not. ad Venant. Fortunati opera, l. 3. p. 50. edit. secundae). Quidni ergo in Lapidum Inscriptionibus popularis idem usus obtinuerit, quo nempe indiscriminatim & Sanctus Martyr, & Sanctus Confessor, & Episcopus, & Vir nobilis, & Matrona seu Virgo illustris speciosо *Domni* cognomento exornaretur? frustra siquidem plerumque apud literata Saxa stilum alium, aut alias formulas quaesieris, quam quae sua aetate apud populos vigent.

Nonnulli quidem sunt Martyrum Lapides cum encomio *Domnus*, aut *Dominus*, aut *Domina*, sed perquam rari; e. g. Lapis Pascasii, ubi fit mentio natalis *Domni* Afteri, quem proinde Martyrem vult Eruditiss. & Amicissimus olim Eques *Victorius* in diss. philolog. p. 28. & Lapis Acaviae ap. *Mur.* p. 1819. 4. Verum complurimi, ac fere passim sunt, *ex quibus de Martyrio aliquid certum minime eruitur etsi* DOMINI *titulus adpositus in eis legatur*, uti observat sapientissime citat. *Victorius*, addens in rei confirmationem e *Fabrett.* & *Boldett.* octo Lapides, titulo quidem DOMINI aut DOMINAE, sed nullo tamen Martyrii indice insignitos. Quorsum igitur tendere dixeris Zacharianum illud, *nusquam*

in

in chriſtianis Inſcriptionibus domui titulum tribui niſi Martyribus?

Do equidem lubentiſſime cum eiſdem Clariſſ. *Victorio* & *Zacharia* poſt doctiſſ. *Fontanin.* in diſco chriſt. p. 35. ſqq. Veteres adpellaſſe ſanctos quoslibet honoris ac reverentiae cauſſa *Domnos*, aut *Dominos*. Nolim vero in hujuſce theſcos adprobationem binas ex Boldetto Epigraphes a Zacharia petitas, nempe Tygridis e p. 351. & Urſae e p. 429., nullam quippe aliunde novimus ſingularem ſanctimoniae laudem hiſce feminis adtributam; quemadmodum nec ulli pene Domino octo illorum Lapidum, quos nuper memoravimus. Vocula igitur haec *Domnus* aut *Dominus* in Lapidibus, ex veterum Chriſtianorum placito, ubi tumulati praecipua ſanctitate fulſiſſent, hanc minime ex ſeſe denotabat, ſed cultum duntaxat & honorem erga eum, cujus eximia ſanctitas alias innoteſceret; quum idem titulus, ex modo adſertis, pluribus nulla ſanctitatis dote praeditis, aut reverentiae, aut amoris ergo pateat adſcriptus.

Et id quidem mihi perſpicue animadvertere videor apud Lapidarios Authores. Ut enim ceteros mittam, apud unam *Muratorianam* Collectionem in Monumentis chriſtianis complurimos recolo Lapides eo, de quo diſſerimus, titulo inſignitos: videlicet pag. 383. 5. p. 1823. 2. p. 1830. 7. p. 1835. 11. p. 1845. 1. p. 1849. 2. p. 1851. 5. p. 1857. 4. p. 1866. 3. p. 1869. 2. p. 1883. 1. p. 1890. 4. p. 1892. 4. p. 1893. 3. p. 1896. 8. p. 1897. 1. p. 1900. 8. p. 1902. 7. p. 1903. 1. p. 1907. 5. p. 1912. 9. p. 1935. 8. p. 1946. 2. p. 1957. in folio adjecto, p. 1959. 1. p. 1961. 4.

Quid vero ſingulos particulatim explicem cum faſtidio Lectoris? Obſervaſſe ſufficiat generatim, in hiſce Lapidibus perſonas ex omni pene hominum aetate, genere & conditione *Domini* aut *Domni* titulo exornari: puta ſummos Pontifices, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Comites & Comitiſſas, Milites, Viros & Feminas Conjuges, Fratres, Sorores, Filios & Filias; & eos quidem, de quorum martyrio aut ſollemni vel publica ſanctitate, quantum obiter percurrendo faſtos mihi diſcere licuit, nihil penitus conſtat.

Ex iis itaque rite perpenſis minime nobis exaudiendam ducimus eam, quam mox propoſuimus ſententiam Zacharianam, utpote pene ad evidentiam a vero alienam.

16 ✠ DOMINIS SANCTIS AC BEATISS PETRO ET
PAVLO APOSTOLORVM PRINCIPIBVS GREGORIVS IN
DIGNVS SEVVS. QVOTIENS LAVDI VESTRAE VSI
BVS SERVITVRA QVEDAM LICET PARBA CONQVIRI
MVS VESTRA VOBIS REDDIMVS NON NOSTRA LAR
GIMVR VT HAEC AGENTES NON SIMVS ELATI DE
MVNERE SET DE SOLVTIONE SECVRI: NAM QVID VN
QVAM SINE VOBIS NOSTRVM EST QVI NON POS
SVMVS ACCEPTA REDDERE NISI QVIA PER VOS ITE
RVM ET IPSVM HOC VT REDDEREMVS ACCEPIMVS.
VNDE EGO VESTER SERVVS REDVCENS AD ANIMVM
MVLTVM ME VOBIS BEATI APOSTOLI PETRE ET
PAVLE ESSE DEVITOREM PROPTER QVOD AB
VVLRIBVS MATRIS MEAE DIVINAE POTENTIAE
GRATIA PROTEGENTE INTRO GREMIVM ECCLESIAE
VESTRE ALVISTIS ET AD INCREMENTVM PER
SINGVLOS GRADVS VSQVE AD SVMMVM APICEM
SACERDOTII LICET IMMERITVM PRODVCERE ESTIS
DIGNATI IDEOQVE HOC PRIVILEGII MVNVSCV
LVM HVMILI INTERIM OFFERRE DEVOTIONE
PRAEVIDI. STATVO ENIM *cet.*

Romae ad laevam porticus Vaticanae Basilicae partem parieti adfixa mar. morea tabula, ex veteri Basilica huc translata.

Eam tanquam celeberrimum vetustatis monimentum (quo nempe & *Domini* dicuntur SS Petrus & Paullus, & ipsis sollemne votum dedicatur a Gregorio religiosissime ad concinnanda & paranda lumina in eorum Basilica) ex parte typis mandarunt plurimi, puta *Baron. Paull. de Angelis, Jo. Bapt. Donius, Mallius* ap. *Bollandianos t.* 7. Jun. col. 43. *Angel. Rocca, Franc. Blanchinus, Fontanin.* & omnium postremus *Author* collectionis Bullar. Ss. Basil. Vatic. t. 1. p. 7. sq. ubi unus deficientem tabulam adcurate supplevit ex MS. Biblioth. Vatic. num. 6757.

Desinit in ipso supplemento Gregoriana Donatio in haec verba, *Datum Idibus Novembris, Imperante Piissimo Leone*. Unde evincitur adversum Baron. & fere ceteros mox adductos, Authorem privilegii non fuisse Gregorium I. cujus nempe Pontificatus cum alicujus Leonis imperio nequaquam componi potest, sed Gregorium II. sedentem sub Imperio Leonis Isauri, qui videlicet ap. *Anast.* in lib. Pontif. *a parva aetate in Patriarchio nutritus fuit* (quod quidem exserte idem Gregorius adserit) & *dimisit ... ad luminaria beati Petri Apostoli solidos mille*.

Sedit S. Gregorius II. ab an. 715. ad 731. ac Leo Isaurus imperavit ab an. 717. ad 741. Cui vero ex iis Gregoriani Pontificatus annis congruat suum illud religiosissimum Votum, haud facile quis divinaverit. Satis nobis sit Octavo ineunti Seculo ipsum verisimillime adscribere.

Speci-

17

Specimen Kalendarii marmorei Neapolitani, quod repertum eſt Neapoli in Abbatiali Eccleſia S. Joannis Baptiſtae vulgo S. Joannis Majoris, *diviſum in duas praegrandes tabulas parieti adfixas, an.* 1742. *menſe April. ap. ejuſdem Kalendarii Interpretes & illuſtratores in ſingularibus commentariis Mazoch. & Sabbattin. omnino conſulendos in Praefationibus.*

Sub hac eadem forma, qua Januarium vides, reliquos anni menſes exhibet Kalendarium, cujus aetatem revocant ad an. circ. 850. Et en quidem ſpecioſiſſimum documentum marmori ſcalptum, pro ſingulari ac praecipuo Eccleſiae Neapolitanae cultu erga Sanctos.

Porro ab ipſis uſque enaſcentis Eccleſiae primordiis apud quoſque pene chriſtiani nominis coetus in more poſitus fuit hic ritus colendi Sanctos ejuſmodi Kalendariis, ſimilibuſve catalogis, faſtis, aut Martyrologiis, quae nomina ſaltem Sanctorum, quorum feſta per anni circulum celebranda erant, continerent; ipſis diebus feſtis adjecta: & ii quidem illi chriſtiani *Faſti*, quos exprimit *Tertull.* de corona milit. c. 13. interprete *Ludov. de Lazerda* in eum locum; & ſacri *Syllabi* Sanctorum Martyrum, in carcere pro Chriſti fide ſupplicia ferentium, quos *S. Cypr.* epiſt. 37. in edit. Pamelii, & 12. in edit. Oxonienſi

nienſi Pearſonii, a Presbyteris ac Diaconis Eccleſiae Carthaginienſis ſollicito animo expoſcebat.

Quis autem jure inficias iverit ejuſmodi faſtos, aut catalogos in magnum iis ceſſiſſe honorem, qui eis inſcribi mererentur? Tum eccleſias illos primitus in cum finem inſtituiſſe, ut & Sanctorum inſcriptorum nomina decorarentur, & dies, in quibus eorum memoriae annuo recolendae cenſu recurrerent heic palam ediſcerent?

Ita quidem diſerte ſtatuit, decrevitque ex communi ac tacita Scriptorum omnium conſenſione doctiſſimus *Robert. Perſonius* noſter inter confutandum Kalendarium in honorem ſectae ſuae a *Jo. Foxio*, alias *Volpio* confictum, in examine hujus Kalendarii cap. 2. num. 2. Et jure quidem optimo. Quid enim aliud per ſeſe ſunt ii faſti, authoritate publica conſcripti, quam perhonorifica monumenta, quibus Eccleſia teſtatur ſe in iis relatos perpetuis penſo annuo obſequiis & honoribus jure proſequi?

Porro Kalendarium eccleſiaſticum *memoriale ſacrum* nuncupatur in MS. veteri ap. *Mabillon.* in praefat. ad Seculum V. O. B. n. 99., quoniam memoriis, aut nominibus Sanctorum hominum, quae facinorum, & virtutum inſignium memoriam excitant, dicatum eſt & conſecratum. Quo itidem titulo *Codex memorialis* dicitur Kalendarium *Florentinio* in admonit. praevia 2. p. 9. ſub init. & *Canon* laudato *Mabillonio* n. 90. Adeo ut idem ſit, exſiſtimes, ſanctum aliquem in Kalendario reponi authoritate eccleſiaſtica, ac conſtitui canonice dignum annua ſollemnitate, votis, ceteriſque honoribus, quibus revereri coelites ſancte conſuevit Eccleſia. Anne parva haec laus, hic honor exiguus?

Immo vero cum primis fundamentalis eſt, ex quo utique mea ſententia, a primis jam Seculis & ſacra Diptycha & fuſiora Martyrologia, quibus tantus coelitibus adcrevit honos, profluxerunt. Quis enim rite poſſet in haec monumenta transferri, de cujus dignitate, quam porro definire Kalendarii eſt, non conſtaret? Ex hoc itaque ſacra coelitum Diptycha & Martyrologia illorum & nomina & honorum pignora derivarunt. Non ſecus ac aetatibus recentioribus vota & obſequia cetera, quibus coelites novos percolimus, ex canone illo Sanctorum, quem canonizationis vocant, originem ducunt; cui propterea canoni tot nominibus in coelites ei inſcriptos honorificentiſſimo Kalendaria illa vetera merito comparare poſſis.

Quin & iidem Heterodoxi, puta Montaniſtae, Donatiſtae, Proteſtantes Volpiani, aliique eximium, quem ſacra Kalendaria erga coelites honorem praeſeferunt, perſenſerunt; quippe qui tantam nobis gloriam invidentes, ſuos quoque confinxerunt faſtos, ſectarumque mentitis coelitibus dedicarunt.

Quid plura? Si faſtos veteres Hebraeorum, profanarumque gentium (quarum ritum, ut alia, Chriſti Eccleſia recepit, conſecravitque) obiter percurreris, paſſim eis inſcripta videris, & quidem per-

permagni honoris gratia, tum conficta Numina, tum Imperatores, tum Heroas pleroſque, illorum opinione laude digniſſimos: quod cernere eſt ap. *Genebrard.* in Kalendario judaico, expoſitioni pſalmorum praemiſſo, & ap. *Graevium* in pleriſque veteribus Kalendariis Romanorum, in theſauro antiquit. roman. tom. 8. col. 3. ſqq. Ratum itaque ſit, omnique dubitationi impervium, Kalendaria noſtra inter ea honoris monimenta recenſenda eſſe, quibus Eccleſia coelites impenſe colere intendit.

Quod vero jam tum ab initio chriſtiani nominis, aliiſque deinde ſubſequutis perpetuo aetatibus anniverſarii *Natales*, ut ajebant, aut feſti dies Martyrum ſollemni pompa apud Eccleſias celebrarentur, paſſim ediſcimus ab antiquiſſimis Scriptoribus e. c. a *Tetull.* & *Cypr.* proxime laudat. *Origen.* hom. in c. 2. Matth. quae exſtat inter homil. Origen. in diverſos, *Euſeb.* hiſt. l. 4. c. 14. & l. 5. c. 2. *Nazianz.* orat. in laud. Cypriani, *Nyſſen.* in vita Greg. Thaumaturgi, *Hilar.* l. contra Conſtantium jam defunctum n. 27. ferme ſub fin. *Aſterio* Amaſen. hom. 10. poſt init. *Theodoret.* de evang. verit. cognit. l. 8. qui de Martyribus inſcribitur, ſub fin., iis demum plurimis, qui de variis Martyribus in eorum ſollemnitatibus conciones ad populum habuerunt, quales dixeris *Baſil. Chryſoſt. Ambr. Auguſt.* &c. Enim vero ut haec feſta perpetuo ac imperturbato ordine agerentur, ſingulis eccleſiis, ſuo proculdubio opus erat Codice, in quo dies ſingulis addicti feſtis conſignarentur. Et haec quidem Kalendaria eccleſiaſtica, quae deinde ſubciſivis adceſſionibus aucta vocarunt Martyrologia; & haec utrorumque antiquiſſima Origo, quam etiam nonnullis ſapientiſſimis Viris placet a Seculo Apoſtolico repetere. (Fuſius de hac prima origine differunt *Baron.* in Martyrol. Rom. diſſert. praevia, cap. 4. *Florentinius* in vetuſtius Occid. Eccl. Martyrol. in admonitionib. praeviis, admon. 2. *Bollandus* t. 1. Januar. in praefat. gener. cap. 4. §. 3. p. XLIII. ſqq. *Sabbatin.* in vetuſt. Kalend. Neapolit. t. 1. diſſ. praevia, ubi tres eos Authores concinne defloravit, & Kalendarium denique cum Diptycho nimium confundere videtur p. XXV. ſq.)

Kalendaria inſuper priorum temporum Martyres duntaxat pertexebant, quoniam iis unice publici deferebatur honoris cultus; at Seculo jam quarto vergente, Confeſſores etiam eximiae ſanctimoniae, qui nullum ſubierant pro fide Chriſti Martyrium, exceperunt, quum ipſos pariter ſollemnia feſta concelebrarent (De hoc argumento conſulendus *Benedict.* P. XIV. in op. de beat. & canon. ſervorum Dei t. 1. l. 1. c. 7. & 8.) & iſtum quidem uſque modo ritum catholici nominis Eccleſiae proſequutae ſunt; quemadmodum de antiquioribus aetatibus uſque ad annum Milleſimum (quas duntaxat exponere jubet noſtri inſtituti ratio) veterrima Kalendaria luci publicae fortunata ſorte commiſſa, quae ex anecdotis innumeris ſuperſunt, plane teſtantur. Eorum catalogum dabimus tempore. Vide ſis interea *Altanum* de Kalendar. & *Fronton.* de Kalendar. Rom. diſſ. 2. poſt Kalendar.

IN

18

IN N. DNI HEC EST NOTITIA NATALICIORVM
SCORVM HIC RETVIESCENTIVM.
MENSE IANVARIO · DIE III · NAT · SCI ANTHERI PAPAE
DIE X · MENS · SS · * N · ** SCI MILTIADES PAPAE *Supra scripti. **Natale.
MENSE · FEBR · DIE · XI · N SCOR · CALOCERI
ET PARTHENII
MENSE MARTIO · D · II · N · SCI LVCII PAPAE
DIE · VIIII M SS · N SCOR TVOR · * NOM · DS SCIT * Quorum.
DIE XVIII · M · SS · N · SCI PYMENII · PB · ET MART ·
DIE · XVIIII · M · SS · N · SCOR · CHRYSANTHI ·
ET THRASONIS.
DIE XXIIII · M · SS · N · SCI · TVIRINI · MART ·
MENSE APRIL · D · XXII · N · SCI GAII · PAPAE
DIE XXV · M · SS · NA · SCI · MILITI · MART ·
MENSE · MAIO · D · XII · N · SCOR · TROFIMI
ET CALOCERI ·
MENSE · IVLIO · DIE · XXVI · N · SCOR · ZEFE
RINI PAPAE ET TARSICII · MARTYRIS
MENSE · AVGVSTO DIE · VIII · NA · SCORV ·
TVIRIACI · LARGI · ET SMARAGDI ARCHEI ·
DIE · XIII · M · SS · NA SCI YPPOLITI ·
MENSE SEPTIMBRIO DIE X · N · SCI GOR
GONII · ET ALIORVM · TVORVM · NOM · DS · SCIT
DIE · XX · M · SS · N · SCI IANVARII · D · XX IIV
SCORVM PAMFILI ET PAVLI MITIS.
MENSE · OCT · DIE · VIIII · N · SCORVM MVLTORVM MART
DIE XIII · M · SS · N · SCORVM · PROIECTI ET SEBERI
MENSE · NOV · D · XXVII · N · S · OPTATI ET POLYCHAMI
D · XI · M · SS · N · SCORVM · VIGINTI TVIN TVE
MENSE · DEC · D · XXVII · N · SCI DIONYSII · PAPAE
D · XXVIIII · M · SS · N · SCI NEMESII · DIACONI

Romae apud S. Silveſtrum in Capite, in pariete porticus, ad ſiniſtram ingredientium templum. Exſcripſi.

Perinſigne Kalendarium marmoreum deſcripſerunt *Jo. Jacchettus Serranus* in hiſt. eccl. & monaſter. S. Silveſtri de capite, vulgata ſub an. 1629. cap. 11. n. 10. *Joan. Vignolius* in libro Pontificali edito ſub an. 1724. *Joſ. Simon Aſſeman.* de Kalend. eccl. univ. p. 105. ſqq. *Murat.* p. 1966. 1. demum Clariſſ. V. *D. Petr. Aloyſ. Gallettus* in Inſcript. Romanis infimi aevi t. 1. claſſ. VI. p. DIV.

En tibi, mea & plurium ex iis quos nuper adpellavimus exſcriptorum opinione, Kalendarium perbreve quidem, at in ſuo tamen genere integrum & admodum ſingulare; concinnatum utique in ordine ad feſta ſollemnia, quibus ſtatis diebus per anni circulum colendi eſſent Natales Sanctorum, quorum corpora, vel reliquiae inſignes in praememorata S. Silveſtri Eccleſia requieſcerent, uti heic adnotatur.

Illuſtrem Marmori antiquitatem abjudicat *Murator.* cit. ob adſignatum in eo *Miltiadem*, ſeu Melchiadem P. ſine martyrio vita functum an. 310.; quum ſerius, inquit, celebrari coeperint Natales Confeſſorum Chriſti: tum ob corcula illa, quae idem adpellat folia; quia enim ejuſmodi ſigna in pleriſque etiam monimentis Seculi VII. & VIII. adfixa perſpiciuntur. Fallunt tamen ſagaciſſimi Authoris conjecturae. Siquidem Melchiadis ſubceſſor S. Silveſter etiam Confeſſor Sanctorum faſtis inter Martyres adſcriptus reperitur in Kalendario Bucheriano circa medium Seculi IV. exarato; tum alios pariter Confeſſores adfert Kalendarium Carthaginenſe, quod ſpectat Seculum V. ap. *Mabill.* analect. t. 3. a p. 398.

Quod inſuper corculis ejuſmodi exornentur Octavi etiam Seculi Saxa, non tollit quominus eaedem notae a temporibus uſque remotiſſimis obtinuerint apud Lapides vetuſtiſſimos, quales dixeris e. c. qui a Roma ſubterranea effoſſi ſunt, & maximo feruntur numero a *Boſio*, *Aringho*, *Boldetto*, *Marangonio*, *Lupio*.

Ergo ex alio capite repetenda eſt junior Kalendarii aetas, nempe ex hiſtoria rei, quam nobis cit. *Jacchettus* tradidit, ex authenticis documentis, ut idem proteſtatur, erutam. Videlicet Monaſterium illud, a Paullo P. I. qui ſedit ab an. 757. ſub Conſtantino & Leone Auguſtis, domui paternae ſubſtitutum, erectumque, ac pluribus Sanctorum reliquiis praeditatum, incoluerunt Monachi Graeci Baſiliani, qui patria profugi ob graſſantem adverſum ſacras imagines infectationem, ad Urbem ſe receperant. (Haec quidem certa videntur, ſi qua fides *Anaſtaſio* in Paullo I. & Conſtituto, quod circumfertur, ejuſdem Paulli: vide ſis *Franc. Blanchin.* in Paullo I. ad tom. IV. in Anaſtaſ. ſub fin.) Senſim vero Graecis ad patriam pace perfruentem reſtitutis, Monaſterium Monachi Ordinis S. Benedicti occuparunt ad an. uſque 1285. quo demum eos Patres authoritate Pontificia dimiſſos exceperunt, indulgente Honorio P. IV., Virgines quaedam Beatae Margaritae Columnenſis alumnae, quae ſubcedentibus temporibus Sanctae Clarae regulam amplexae ſunt, ac etiamnum magna obſervantiae ac pietatis laude profitentur.

Ergo religioſis iis Monaſterii venerandi accolis, fidiſque cuſtodibus Saxum debemus noſtrum; quod nempe in Choro, ut omnibus palam eſſent adſignati Sanctorum coenobii Natalibus feſti dies, una cum aliis tabulis adſervabatur, donec in poſtrema, recentique coenobii & eccleſiae inſtauratione in porticu, ubi hodieque viſitur cum aliis tabulis repoſitum eſt.

Jam

Jam certam Marmori aetatem quis tuto consignaverit? Qui vero diligenter expenderit ejus caracteres, phrases, notas, stilum, siglas, adbreviationes, fortasse a vero non abludet, si illud ad IX. Seculum vergens aut ferme desinens referat, studio Monachorum Benedictinorum, quum Monasterium inhabitarent, exscalptum.

Huic adde consimilem tabulam marmoream, pauciora continentem Natalitia Sanctarum Virginum, Martyrum, Viduarum, in eadem ecclesia requiescentium, ejusdem fortasse aetatis, quae in porticu eadem visitur, ac recitatur ab laudatis *Jacchetto* cap. II. n. 6. & *Galletto* clas. VI. p. DV. sq.

Ulteriora suppetunt praeterea documenta, quae fastos, festosque dies testantur, quibus primores fideles Sanctorum saltem Martyrum Natales colebant. Unum aut alterum producimus.

19 ....ET ABVNDANTIVS ACOL.* ♡ * *Acolythus.*
REG. QVVARTE TT. VESTINAE
QVI VIXIT ANN. XXX.
DEP. IN P. D. NAT.* SCI MARCI * *die natali.*
MENSE OCTOB. IND. XII. D

Romae olim in pavimento Tituli S. Vitalis ap. Aringh. t. 2. l. 4. c. 22. p. 156. quem exscripsit Fleetwo. par. 2. p. 340.

Videlicet die 7. mensis Octob. dudum colitur in Ecclesia festum seu dies natalis S. Marci Papae & Confessoris ap. Martyrol. Roman. Bedae, Adonis, Usuardi, Frontonis.

20 PRINCIPALIS
QVI BIXIT ANNIS
XLV MESIS II DEPO
SITVS NATALE SVSTI
BENEMERENTI CESQVET IN PACE

Romae in sacris cryptis ap. Bosium in Rom. subt. l. 3. c. 41. p. 482.

Depositus est Principalis die natali S. *Susti*, hoc est *Sixti* Papae II. & Martyris, cujus anniversarium festum recurrit die 6. Augusti ap. Martyr. Roman. Bed. Usuard. Adon.

21 SANCTIS MARTYRIBVS TIBVRTIO
BALERIANO ET MAXIMOS QVORVM
NATALES EST XVIII. KALEDAS MAIAS

Romae in hypogeo ecclesiae S. Caeciliae ap. laud. Victor. p. 38.

Na-

Natalis horumce trium Sanctorum Martyrum jam tum ſollemniter colebatur die 14. April. ap. Martyr. Roman. Bed. Uſuard. Adon. Fronton. Conſule *Mazoch.* in Martyrol. Neapol. ad hunc diem.

Victorius meus ibidem referendam ducit aetatem Lapidis ad Seculum IX. quo nempe memoriae traditur Paſchalem P. I. corpus S. Caeciliae V. & M. reperiſſe.

22

PECORI DVLCIS ANIMA BENIT IN CIMITERO VII IDVS IVL. D. P. POSTERO DIE MARTVRORV

Romae eductus e coemeterio SS. Proceſſi & Martiniani ap. Lupium in Epitaph. S. Severae p. 181.

Videlicet Pecorius *benit in Cimitero*, id eſt e vivis exceſſit VII. *idus Julii*, ſeu die 9. Julii; *depoſitus* vero eſt *poſtero die Marturoru*, vel die poſteriore SS. Martyrum, nempe die 10. Julii, quo die ſeptem SS. Martyrum Sanctae Felicitatis filiorum memoria ſollemnis recolebatur in Urbe. Et habetur quidem in Martyrol. Rom. Bed. Adon. Uſuar. Fronton. Ita fere perdifficilem Lapidem exponit *Eduardus Corſinius* poſt notas Graecor. diſſ. 1. p. 12. ſqq. Videndi ſuper eodem Lapide cit. *Lup. Murat.* p. 1922. 5. *Marangon.* in adpend. ad act. S. Victor. p. 101. *Zachar.* in laud. diſſ. p. 394. *Victorius* in praelaud. diſſ. p. 40. ubi etiam plura ſelecta adfert pro diſtinguendo ſaepe die obitus a die depoſitionis, ſeu tumulationis, de quo nos abunde *inferius* ubi de Reſurrectione.

23 *E TABULIS MUSIVIS.*

*m*ARTIRIBVS XTI DNI PIA VOTA IOHANNE*s*
*re*DDIDIT ANTISTES SA*nc*TIFICANTE *Deo*
at SACRI FONTIS SIMILI FVLGENTE METALL*o*
*providus inſta*NTER HOC COPVLAVI*t opus*
QVO QVIS*quis* GRADIENS ET XPM PRONVS ADORANS
effuſaſque PRECES IMPETRAT ILLE *ſuas*

Romae in Oratorio S. Venantii, quod Baptiſterio Lateranenſi cohaeret, in abſide muſivo opere adornata ſub an. circ. 642. *a Joanne P. IV. ap. Ciampin. t.* 2. *vet. mon. c.* 15. *a p.* 105. *ad* 109.

Votivum hoc Epigramma recitaverat primum *Panvin.* in comm. de VII. Urbis eccleſ. p. 167. deinde *Gruter.* p. 1164. 4. tum *Raſpon.* in ſua Baſil. Lateran. l. 3. c. 12. Id vero debemus *Ciampinio*, quod literas ſuo tempore exſtantes nobis edixerit, eaſque ſecundum ipſum Panvinii exemplar ad unguem ſuppleverit, una excepta litera *t* ubi ponit *aT ſacri fontis*, ajente Panvinio *aC*.

Huic plura id genus adnectere poſſis, quae exſcripſerunt *Bertolus*

lus in antiq. Aquilej. p. 344. ſqq. *Murat.* p. 1886. 4. *Mabillon.* cit. in vet. analect. t. 4. p. 490. n. 26. *Ciampin.* cit. t. 2. p. 60. & alias.

E RE LITURGICA.

24 *Sanctorum ſuorum meritis vos Dominus faciat benedici & contra adverſa omnia eorum interceſſione muniri. Amen. Eorum efficiant ſuffragia felices, quorum feſtivitatis diem celebratis orantes. Amen ....*

E LIB. SACRAMENTORVM S. GREGORII M. IN NAT. OMNIVM SANCTORVM, IN BENEDICTIONE MISSAE (ap. opera S. Gregor. novae edit. t. 3. col. 138.)

25 *Quaeſumus Domine, ſalutaribus repleti myſteriis, ut quorum ſolemnia celebramus, orationibus adjuvemur. Per &c.*

EX EODEM LIB. IN NAT. SS. CORNELII ET CYPRIANI IN ORAT. AD COMPLENDVM (ibid. col. 129.)

Plane duo haec antiqua documenta ſanctum Dogma eximie comprobant; at non eodem ambo Authore gaudent. Quippe ſecundum Gregorius M. ſine dubitatione concinnavit, aut alias concinnatum in ſuum intulit librum ſacramentorum; ſcimus enim antiquiſſimum eſſe natalem, ſeu feſtum S. Cypriani, ejuſque jam meminiſſe *Caſſiodor.* l. 1. variar. ep. 33. ipſumque *Gregor.* l. 2. indict. 10. ep. 32., ut taceam in antiquiſſimo Bucheriano Kalendario conſcriptum reperiri, ac in alio ſatis vetuſto Vaticano ap. *Allat.* de Dominicis & hebdomad. Graecor. col. 1492., ſex hebdomades, quae feſtum hoc ſequuntur, a feſto S. Cypriani nomen adcipere. Ceterum Natale ſeu feſtum Sanctorum omnium ſerius poſt Gregorium Romae in Baſilica Vaticana celebrari coepit, juſſu Gregorii P. III. ſub an. circ. 737. ac tota ſenſim in Eccleſia latina, decreto Gregorii P. IV. ſub an. circ. 836. Lege hiſt. feſti ap. *Baillett.* t. 3. ad diem 1. Nov. col. 1. ſqq. Alium ergo a Gregorio I. authorem habet adlata Benedictio & Miſſa, quae eam continet, utpote non citius exarata, quam poſt an. ſaltem 737. Itaque adjecta fuit, ut pleraeque aliae, Gregoriano Sacramentario. Id quod in comperto eſt apud Eruditos frequenter obſervari in permultis antiquis liturgiis, quin tamen exinde ſuſpicionem ſuppoſitionis aut interpolationis merito incurrant; quemadmodum conſulto praenotavimus *ſupra* in Adpend. ad Tom. II. p. XII. ſq. quibus adde *Dacher.* ſpicil. t. 4. in praefat. §. 6. ſub init. At de eodem Sacramentario alias oratione fuſiore diſſeremus.

His

His et vero teſtimoniis adjicere licet & alia propemodum infinita e ceteris quibuſque vetuſtioribus Sacramentariis in Miſſis latinis, quas praeferunt, in cultum & honorem Sanctorum per anni circulum recitandis. Venio ad alia diverſi generis monimenta.

Depoſitio Epiſcoporum.

26 VI. *Kal. Januarias. Dionyſii in Calliſti.*
III. *Kal. Jan. Felicis in Calliſti.*
Prid. Kal. Jan. Sylveſtri in Priſcillae.
IV. *Id. Jan. Miltiadis in Calliſti.*

. . . . . .

Item depoſitio martyrum

. . . . . .

XIII. *Kal. Feb. Fabiani in Calliſti & Sebaſtiani in Catacumbas.* &c.

E KALENDARIO ROMANO ALIAS LAVDATO (ap. cit. *Bucherium* de doctrina temporum cap. 15. p. 267. ſqq.)

Vidimus nuper in confirmationem Dogmatis Eccleſiaſticos Sanctorum Faſtos, aut Kalendaria marmoreis tabulis inſcalpta; & heic rurſum habemus Faſtos in membraneis codicibus olim manu ſcriptos: & hoc quidem, quod apud Eruditos vetuſtiſſimum omnium habetur, utpote exaratum circiter medium Seculi IV. uti conjectat *Ruinartius* de act. Mart. ſinc. & ſel. ad calcem commentarii, ubi & Kalendarium nonnullis adnotationibus illuſtrat. De notione, origine, uſu, aliiſque conditionibus eccleſiaſtici Kalendarii jam innuimus quae noſtro inſtituto ſunt ſatis in Capite praecedenti de re Lapidaria. Jam vero monimentum expoſitum illico alterum excipiat e re Martyrologica depromtum.

27 Incipit * feſta Apoſtolorum * *Incipiunt.*
III. *Kal. Julii.*
Natalis Petri & Pauli
II. *Kal. Decembris.*
Paſſio Sancti Andreae Apoſtoli.

. . . . . .

VIII. *Kal. Januarii.*
In Bethleem Nativitas Salvatoris Domi-

ni

ni noſtri Jeſu Chriſti ſecundum carnem. Romae Jovini. Paſtoris. &c.

VII. *Kal. Januarias.* &c.

E MARTYROLOGIO VVLGO HIERONYMIANO APVD PERVETUSTUM CODICEM HAEDINVM LVCENSIS ECCLESIAE (ex *Franc. M. Florentinio* in vetuſtiori Martyrologio Eccleſiae Occidentalis, p. 91. 179. 208. qui ipſum Martyrologium primus edidit & illuſtravit an. 1668.)

Aliud hoc Faſtorum genus in cultum & honorem Sanctorum quorumlibet, ab antiquis chriſtiani nominis aetatibus longe lateque uſitatiſſimum. Videlicet Kalendaria, ſola referebant digeſta nomina Epiſcoporum, Sanctorumque uniuſcujuſque Epiſcopalis eccleſiae, ſeu dioeceſeos; Martyrologia vero nomina etiam Sanctorum ſingularum urbium & regionum; quatenus nempe illa ab uſque Seculis Apoſtolicis quibuſque duntaxat privatis eccleſiis inſerviebant, iſta vero ſenſim ad uſum univerſae eccleſiae inſtituta ſunt: unde ſerius Martyrologii, quam Kalendarii uſus obtinuit; utpote cultum univerſalem ut praeverteret particularis erga eoſdem Coelites, par erat. Merito ſubinde Kalendaria municipales Faſtos dixerim, Martyrologia vero catholicos aut univerſales. Lege cit. *Florentin.* admonit. praevia 5. p. 23. & *Pag.* in critice Baron. ad an. 64. n. VI. p. m. 49. ſq.

Hoc ergo praemiſſo inter Kalendarium & Martyrologium diſcrimine, quod adverſus *Meratum* in Gavantum t. 2. par. 1. ſect. 5. c. 21. p. 394. ſq. multis, ſi otium eſſet, poſſem oſtendere; de primo Martyrologii Authore num Euſebius fuerit, num Hieronymus, aut alius quiſpiam, nihil habeo quod adferam, quum diſquiſitio haec obſcuritatis utrinque plena ſit. Porro *Florentinius* pluribus contendit in praeviis ac eruditiſſimis admonitionibus, hoc quod in praeſentia protulimus, vetuſtius eſſe Occidentalis Eccleſiae Martyrologium, Divo Hieronymo ab permultis Scriptoribus tributum, eſſeque jure nuncupandum *Romanum*, ipſum nempe, quod Gregorius M. deſcripſit, Ado laudavit, Baronius concupivit: id quod de ſuo adſerebat *Roſweydus* proxime laudandus. Num vero Florentinius rem ſuam indubitanter confecerit, nondum a me impetrare potui ut certo definierim; judicent doctiores, & videris interim *Valeſium* in diſſ. de Martyrol. Romano ad calcem hiſtoriae Euſebii. Hoc certum: quae dicuntur Euſebii ac Hieronymi Martyrologia nondum qua certo talia Eruditis innotuerunt. Ac ſpeciatim de Epiſtola, quae circumfertur, Cromatii & Heliodori Epiſcoporum ad Hieronymum Presbyterum, hujuſque ad eoſdem reſcripto, liquido conſtat, a choro Martyrologorum rejici tanquam ſpuria.

Nihilo tamen ſecius fatentur Critici cum *Caveo* in hiſt. lit. in Hieronymo, huic pene ſupparem ſeſe oſtendere Authorem noſtri Martyrologii, quod propterea, vel omnibus, quae exſtant, vetuſtius, vel inter vetuſtiſſima omnium merito recenſendum videtur.

Hoc autem plura ſubſequutis temporibus uſque ad an. milleſimum exceperunt Martyrologia non ſecus ac Kalendaria, quorum Indiculum pro ſtudioſis rei liturgicae quum tempus erit edendum, concinnavimus.

Jam vero nonne haec invicta ſunt pro Traditione in noſtrum Dogma Monimenta? Id porro adnotare potuit Cl. *Zachar.* in celebri diſſ. de Liturgiarum in rebus theologicis uſu, ubi agit de cultu & invocatione Sanctorum c. 8. coroll. 18. p. 451. at minime praeteriit piiſſimum juxta ac ſapientiſſimum *Joan. Molanum*, qui in comment. de Martyrologiis caput XVIII. inſtituit *de utilitate Martyrologii contra haereſes*, ubi praeter alia, inde deducit & commendat *conſtabilitam catholicam doctrinam .. de Sanctorum invocatione & reliquiarum veneratione*.

Plura de Martyrologiis Authores Liturgici Martyrologi, quos huc adpellavimus, cum laud. *Molano*, qui ſubdifficilem hujus diſcipli. nae provinciam quoad methodicam ejus capitum explicationem primus omnium adgreſſus eſt, ceteriſque facem praetulit, quemadmodum ſummis evehens laudibus ſummum virum, fatetur candide *Baron.* in praelim. ad Mart. Rom. cap. 9. tum qui Martyrologia cetera commentariis illuſtrant, itemque Kalendaria.

Ad haec pro coronide commemorandus nobis eſt eccleſiaſticus ritus legendi ad Primam Officii in choro Martyrologium. Quantae vero antiquitatis ſit iſte ritus, potius equidem doceri cupio, quam definire. Tacent *Gavantus* & *Meratus* in theſ. rit. t. 2. par. 1. ſect. 5. c. 21. a p. 392. quos quidem optarem audire. Ejus meminit *Radulphus* de obſervat. canon. prop. 14. p. m. 651. col. 2. Eum praeſcripſit *Conventus Aquiſgranenſis* ſub an. 817. can. 69. ap. *Harduin.* t. 4. col. 1232. ad eum an. eademque adparet praeſcriptio in additione prima Capitularis Ludovici Francor. Regis, tit. 69. ut obſervat *Menard.* in lib. Sacram. S. Greg. nota 588. Quin & idem antea in uſu fuit, ut docet antiquus ordo converſationis Monaſticae ap. *Marten.* de antiq. Mona. chor. ritib. lib. 1. c. 5. n. 8. ſqq., necnon vita S. Wandonis Abbatis Fontanellenſis, vita functi ſub an. 756., in qua legitur ap. *Dacher.* in ſpicil. t. 3. in chron. Fontanellenſi c. 12. p. m. 220. Sanctum dediſſe ſuo monaſterio codicem, continentem regulam S. Benedicti & S. Columbani, & Martyrologium, quia nimirum, addit cit. *Marten.* n. 9. „ iſtud una cum regula legebatur mane in Capitulo „. Num denique vetuſtioris ſit uſus ea lectio Martyrologii ad Primam, nondum adſequi potui.

Kyrie

28 *Kyrie eleiſon*

. . . .

Sancta Maria, ora.

. . . .

Omnes Sancti Angeli, orate.

. . . .

Sancte Petre, ora.

. . . .

Sancte Georgi, ora.

. . . .

Sancta Scholaſtica, ora.

. . . .

Omnes Sancti, intercedite pro nobis.

E CODICE REMIGIANAE APUD REMOS BIBLIOTHECAE (ap. *Mabill.* analect. vet. t. 2. a p. 669.)

Mabillonius in adnotationibus in has Litanias, hodiernis quantum ad preces poſtremas magnopere conſonas, ad Seculum VII. cui adſcribit aetatem membranei codicis caracteribus ſemi-ſaxonicis exſarati refert, & Eccleſiae cuipiam Anglicanae adjudicat; quoniam ſub finem haec ibi fertur obſecratio, *Ut* (Deus) *clerum & plebem Anglorum conſervare dignetur*, tum quia eaedem Litaniae recitant Sanctos plurimos, qui ſub finem Seculi VII. & initium VIII. maxime celebres erant apud Anglos, ut puta Aldhelmum, Cuthbertum, Bedam, alios. His vero denuo perpenſis, Mabillonianae opinioni tanquam veri utcumque ſimili tandem aliquando adquieſcimus. Atque adeo corrigenda noſtra ſuſpicio vetus, qua *ſuperius* Tom. III. p. 79. ſq. inter antiquiſſimas formae hodiernae Litanias Benedictinam quamdam e Seculo IX. adnumeravimus & palam dedimus.

Jam vero Litaniam aliam huic longe ſimilem in ſuo *Ordine Romano* prodidit *Hittorpius* p. 78. col. 2., tum aliam e ms. codice bibliothecae Corbejenſis nongentorum fere annorum edidit *Menard.* in Sacram. S. Greg. nota 380. Nonnullas monaſticas ſparſim indicat *Marten.* in comment. de antiquis Monachorum ritibus. Plura alii exhibent, nobis laudati in Tom. III. mox cit. Sed iis tamen nolim adjungas quam S. Gregorio M. immerito tribuit *Arnoldus Wion* in ligno vitae l. 5. c. 12. p. m. 620. ſqq. in ea enim & ipſum Gregorium, & alios in vivis adhuc agentes, perſpicere eſt. At enim ignoſcendum quidem viro alias perdocto ac de ſacris literis benemerenti, quippe quem pluribus jure vindicant *Armellinius* in Biblioth. Bened.

Caſin. art. *Arnoldus Wion* & Author de monumentis hiſtorico-criticis in ordine ad Arnoldi vitam & ſcripta, ap. novam collect. Calogeranam t. 4. p. 405. ſqq. Recole *ſuperius* dicta de Litaniis ad ipſum Tom. III.

Habes heic propoſita quatuor praecipua Capita, quibus diſciplina liturgica totam de Sanctis doctrinam ſacram pene abſolvit & exhaurit, nempe *Miſſas*, *Kalendaria*, *Martyrologia*, *Litanias*, quibus beatorum coelitum cultum promovet a primis temporibus Eccleſia, honores conſtituit, ſuffragia deprecatur.

E RE DIPLOMATICA.

29 ... *Non habetur incognitum, qualiter fratres ſenatu nobilis Viennenſis res noſtras Deo tibique tradidimus, ut Monaſterium, quod Deo vovimus, ad ſepolturam noſtram inde conſtrueres in honore ſancti Andreae Apoſtoli, quod nos jam feceramus in honore ſancti Petri ... conſignamus tibi ad hoc opus omnes res noſtras illas, exceptas quas matri Eccleſiae & ſancto Petro per teſtamentum legavimus .....*

Ansemvndvs & Ansleubana in Charta data Remilae filiae ſuae pro conditione parthenonis apud Viennam Francorum ſub an. 520. (ap. *Mabill.* de re dipl. l. 6. §. 3. p. 463. e chartario Viennenſi).

Viden horum Magnatum perantiquum cultum erga Sanctos Apoſtolos germanos fratres Petrum & Andream?

30 .... *inter citeros glorioſos triumphos martyrum beatus Dioniſius Leutherius & Ruſtecus meruerunt palmam victuriae ... ubi per multa tempora in eorum baſileca in qua requieſcere videntur ... ut per interceſſionem ſanctorum illorum in caeleſti regno cum omnibus ſanctis mereant participari & vitam aeternam percipere .....*

Clodoveus junior Francorum Rex in Diplom. pro coenobio S. Dionyſii ſub an. 653. (ap. laud. *Mabill.* p. 376. tab. xvii. ac deinde p. 466. ex autographo corticeo) Ipſum pridem ediderat, ſed non ita fideliter quoad naevos & errores latinitatis & ortographiae, *Sirmond.* in t. 1. CC. Galliae ad an. Ch. 659. & Clodovei II. 16. p. 498.

Plu-

Plurium traditionem Dogmatum heinc ediſcimus, rituumque, quibus illuſtratur Dogma: videlicet triumphalem gloriam ſanctorum Martyrum; baſilicam eorum nomini & laudi dicatam; eorum reliquias cum veneratione adſervatas; interceſſionem ipſorum procuratam ed evitanda piacularia Purgatorii ſupplicia; aeternam denique in empyreo vitam ſanctis quibuslibet paratam. Haec nobis relicta ſunt ſub foetulenta & barbara illorum temporum grammatice.

Sunt quidem e Criticis nonnulli, qui cum *Papebroch.* in popyl. antiq. de dipl. diſcernendis, praefixo tomo II. April. num. 124. p. XXVIII., Diploma noſtrum tanquam ſpurium rejiciunt, eo quod referat plurium Epiſcoporum ſubſcriptiones, quum tamen moris eſſet tunc temporis apud Reges Francorum praecepto ſeu conceſſioni regiae neminem ſubſcribere praeter Regem, ejuſque Referendarium. *Cointius* vero qui in Annal. Francor. ad an. 653. n. XXXVI. p. 379. in hoc diplomate, utpote conſentaneo formulae Marculfi, nullam falſitatem aut interpolationem agnovit; jubet adtamen expungi illas, quae lapſu temporis interpolatae fuerunt, Epiſcoporum, Procerumque ſubſcriptiones (prout ipſae proſtant in Mabillonico exemplari) qua ratione, concludit *Cointius*, ſolvuntur omnes objectiones, quibus illud Critici impugnant.

Ceterum quum ex aliis titulis reliqua pars Diplomatis liquido demonſtretur legitima ap. laud. *Mabillon.* in notat. ad ipſum Dipl., non eſt cur novam Cointianam exceptionem, nodique ſolutionem cooptemus. Eſto ſiquidem in aliis perpaucis id genus eorum temporum Praeceptis non legamus ejuſmodi ſubſcriptiones, at eas fortaſſe legeremus in pluribus, quae temporum injuria perierint, noſque omnino fugiunt. Quae autem lex eos Francorum Reges compulit, ut ſingula quaeque illius generis inſtrumenta, nullo excepto, ſub eiſdem prorſus formulis ac ſollemnitatibus inviolabiliter conficienda praeceperint? Fac quidem eo toto Seculo morem obtinuiſſe ut ſuis diplomatis ſolus Rex una cum Referendario ſubſcripſerit: quid autem prohibet quominus, ſingulari data cauſſa, veriſimilem exſiſtimemus exceptionem aliquam ab ea regula generali, quam conſuetudo praefixerit?

Ergo, ſi qua fides *Aimoino* in hiſt. Francor. l. 4. c. 41., in conventu Clipiacenſi, cui cum Rege intererant Regni Epiſcopi & Proceres, hos graviſſimis juxta atque piiſſimis verbis adloquutus eſt, admonuitque Clodoveus de libertate, quam Monaſterio patroni ſui D. Dionyſii praecepto regio adſcribere meditabatur. Tum inſuper adſeverat laud. *Sirmond.* p. 497. ſub fin. Regem in eodem conventu praeceptum ipſum ſuae authoritatis conſcribi juſſiſſe. Nihil itaque veriſimilius concipere eſt, quam quod Clodoveus ſacra quadam pietate correptus, ut ſollemnius ſuum eliceret privilegium, conventus Praeſules, Procereſque advocaret in teſtes.

Ex iis autem ediſcas velim quanta tibi cautione utendum ſit vulgari ea regula, quae praeſcribit, Diplomatum authentiam ex certis

aliquot formulis, ſpectantibus Diplomatis (prout adſeritur) aetatem, nulla exceptione propoſita, metiendam eſſe.

31 .... *Petimus ergo Pater Omnipotens, Aeterne Deus, quatenus intercedentibus meritis Beati Jacobi, ne memineris Domine iniquitatum noſtrarum, ſed ſola tua miſericordia nobis proſit indignis. Et ea quae ad honorem tuum Beato Apoſtolo tuo Jacobo dedimus & offerimus de eis quae per te (ipſo opitulante) acquiſivimus, nobis & ſucceſſoribus noſtris proficiant ad remedium animarum, & per ejus interceſſionem nos recipere digneris cum electis tuis in aeterna tabernacula, qui in Trinitate vivis & regnas in ſaecula ſeculorum, Amen. Volumus . . .*

RANIMIRVS Hiſp. Rex in Privilegio quod dicitur Votorum, edito ſub an. 844., quo nempe Votum S. Jacobo ſollemniſſimnm vovit, ob relatam, eo ſibi adparente ac protegente in colle, qui *Clavigium* nominatur, praeclariſſimam de Saracenis victoriam (ap. laud. *Flor.* t. 19. p. 333.)

Jam vero in hoc piiſſimi (ſi quod aliud) Diplomatis ſegmento, vere dogmatico, adſerta ab auguſtiſſimo Rege videmus haec dogmata, nempe de Deo Patre; de Dei Omnipotentia, Aeternitate, Miſericordia, Providentia, Triade; de merito bonorum operum, ac demerito pravorum; de cultu ac interceſſione Sanctorum, jam cum Deo regnantium; de Providentia Dei praedeſtinante; de coelo empyreo; de ſpe theologica in Deum habenda. Haec quidem ſanctae Traditionis capita exinde aperte colligimus & comprobamus adverſushoſtes veritatis.

Immenſus ero ſi reliqua ſatis obvia ejuſdem argumenti documenta perſequar. Ea cupienti abunde dabunt Diplomatici cum *Mabillon. Ughello, Murator. Baluz. Zacharia, Heumanno, Monaſt. Anglicano, Florezio.*

32 *E RE NUMARIA PONTIFICIA.*



Romae olim in Muſeo Franciſci Blanchini V. C. ap. Joan. Vignolium in comment. de antiquior. PP. Romanor. Denariis p. 7. Porro

Porro Numus hic Leonis III. qui ſedit ab an. 795. ad 816., unus eſt inter antiquiores Pontificios, quos percuſos viderimus; eſt tamen, quod ſciam, antiquiſſimus eorum omnium, qui honoris & ſacrae reverentiae cauſſa cujuſpiam coelicolae protomen referunt, aut ipſum condecorant perhonorifico ac inſtar ſacerrimae apotheoſis praenomine ſeu titulo SANCTI; qualis nempe more illorum temporum a Leone in numo adpellatur SCS. PETRVS; non autem unica littera S, qua ſiquidem non niſi poſt Seculum XI. *Sancti* praenomen indicari coeptum, uti apertiſſime mihi conſtare videtur ex antiquiorbus bene multis ac fere cujuſvis generis, quae luſtravimus, documentis; ea nempe vel *Sancti* titulum integro vocabulo recitato praeferunt, vel innuunt duntaxat, ſubjecta plerumque adbreviatione vel figla *ſcs*. (Plura in hanc rem *Claud. Molinetus* in Muſ. S. Genovefae p. 145. n. VIII. & XXI.)

Porro vox *Sanctus*, graece Ἅγιος, qua Deum O. M. laudamus paſſim, & ſua quoque ficta numina laudarunt Ethnici (ex dictis Tom. II. Claſſ. IX. p. 255. ſqq.) ſumta utique apud omnes pro bono, integro, pio, impolluto, dicitur quoque per metonymiam de ipſis hominibus, qui nempe iis inſtructi dotibus, quadam majeſtate ac vitae innocentia ad Dei, beatarumque mentium virtutem quamproxime accedere videntur. Heinc olim *Virgil.* Aen. 12.

Sancta ad vos anima, atque iſtius inſcia culpae
Deſcendam.

Tum *Marc. Tullius* pro Roſc. Com. *aetate grandis natu, natura ſanctus & religioſus*. Ac demum *Juvenal.* Sat. 14.

. . . . . *Et ſanctam filius omni*
Adſpiciat ſine labe domum, vitioque carentem.

Quin etiam frequentiſſime pagani Lapides dixerunt *ſanctos* & *ſanctiſſimos* eos, quibus iidem inſcripti ſunt, ut videre eſt ap. *Gruter.* p. 775. 8. p. 779. 3. 8. p. 785. 3. p. 799. 1. p. 815. 4. & ap. *Vignol.* in ſelectis p. 205. & 242. bis, & 244. &c.

Quod vero Religionem orthodoxam ſpectat, id quidem moris ab ipſis Eccleſiae incunabulis repetere licet, ut quivis ubique Chriſti cultores compellarentur *Sancti*. Eo nomine paſſim utuntur Apoſtoli, virique Apoſtolici in epiſtolis ad fideles directis. Sic enim *Paullus* ad *Roman.* 1. 7. *dilectis Dei, vocatis ſanctis*; ad *Corinth.* 2. cap. 13. 12. *ſalutant vos omnes ſancti*; ad *Philipp.* 1. 1. *omnibus ſanctis in Chriſto*, & 4. 21. *ſalutate omnem ſanctum*; ad *Coloſſ.* 1. 2. *ſanctis & fidelibus fratribus*; ad *Hebrae.* 13. 24. *omnes ſancti ſalutant vos*: ſic ſimiliter in ſuis canonicis literis *Petrus*, *Joannes*, *Judas*; quorum deinde ſtilum imitati ſunt *Clemens*, *Ignatius*, aliique primorum ſeculorum Patres; ac ipſum praeterea apud univerſas chriſtiani nominis eccleſias vulgo obtinuiſſe per quatuor priora ſecula, nullus plane dubito.

Heinc autem effectum, reor, ut praeclarus *Sancti* titulus, utpote tunc cunctis fidelibus communis, nec ullam praeferens ſingularis gloriae praerogativam, nulli chriſticolae, ſeu martyrio, ſeu heroica

ſancti-

ſanctimonia praeſtanti, poſt mortem per ea tempora adſcriptus fuerit: nullum quippe animadvertere licet earum aetatum documentum, quod ſanctum aliquem memoret, aut quovis pacto repraeſentet, e. c. in Saxis literatis, in imaginibus vitreis aut muſivis, in Kalendariis &c., ibique ſubjungat *Sancti* titulum. Id quod pridem obſervarunt Viri Clariſſimi cum *Bouarrot.* in obſervat. in tab. vitr. ad tab. x. fig. 1. p. 83. omnium duce, ni fallor, *J. B. Sollerio* in laudatiſſima praefat. ad Martyr. Uſuardi art. 4. §. 133. p. xxxvi. Ad illa itaque veteriſſima Secula ſpectare creduntur memoriae aliquot hucuſque ſuperſtites SS. Petri & Paulli; aliorumque Sanctorum Martyrum, Confeſſorum & Virginum abſque adjecto ſigno aliquo praenominis *Sancti*.

Exinde procedente jam Seculo quinto in deſuetudinem abiit vulgare illud praenomen apud fideles, quoniam fortaſſe refrigeſcente caritate eodem vulgo omnes nec digni erant, nec cenſebantur. Subinde ad deſignandos, colendoſque honorifice Coelites, idem ſenſim ubique terrarum obtinuit, quemadmodum Monimenta eoſdem Coelites ſpectantia a quinto Seculo ad uſque decimum abſque numero & fine plane demonſtrant.

Alii profecto adhuc ſuperſtites iis effluentibus aetatibus honorario *Sancti* titulo, vulgo inſigniti feruntur, e. c. Viri eccleſiaſtici, ac praeprimis Epiſcopi & ſummus Pontifex, uti docemur ex *Theophil. Alexandr. Hierony. Auguſtin. Avito Vienn.* aliiſque plurimis, quorum teſtimonia lege ſis ap. *Cang.* in gloſſ. lat. auctо per PP. Bened. art. *Sanctitas*: immo & idem Sanctitatis titulus olim Imperatoribus Conſtantinopolitanis adſcribi conſuevit, ut pluribus oſtendit idem *Cang.* in diſſ. de numis *Byzantinis*.

Nihilo ſecius titulus idem Coelitibus ſingillatim adſcriptus alterum praefert, & quidem ſuperioris ordinis honorem, quam praetulerit ſuperſtitibus cujuſque nominis eccleſiaſtici aut ſecularis perſonis tributus; in iis quippe terreſtrem duntaxat dignitatem politice reſpicit & colit; in illis vero eximiam ſanctimoniam & coelicam beatitatem ſacro quodam animi obſequio ſuſpicit & veneratur: atque adeo quantum ad iſtos eſt teſtimonium meriti, quod terrena praefert dignitas; quantum vero ad illos, ceu valde excellentioris adteſtatio meriti, quo virtus eximia, miraculis plerumque confirmata, rutilat, & vel invitos intuentium animos ad ſe rapit.

Quod autem Veteres ſub hoc ſenſu *Sanctos* dixerint (quo & nos hodieque dicimus) Viros olim & feminas, aut indubio Martyrio illuſtres, aut heroica ſanctitate conſpicuas, exinde plane conſtare videtur, quod nullus eo titulo, una cum cultu publico donabatur, quin praeceſſerit Apotheoſis, vel ſua pro more illorum temporum Canonizatio, quae porro in quibuſque privatis eccleſiis cuiquam decernebatur, aut juſſu Epiſcopi tum ſedentis, aut univerſali populi adclamatione, ac ſubinde forſan interveniente vel adprobante Provinciae Primate: tum vero tabulis eccleſiaſticis inſcribebatur Apotheoſi donatus, hoc

eſt

eſt Diptychis, Kalendario, aut Martyrologio ejuſdem Eccleſiae; indeque ſenſim cooptabatur ab aliis Eccleſiis, qua vicinis, qua remotioribus, inque ſuos faſtos tanquam honore & cultu eximiae Sanctitati debitis dignus referebatur. Haec quidem de Canonizatione *Sanctorum* ſub illis vetuſtioribus Seculis conjectare licet ex iis, quae ſuperſunt, ſingularium Eccleſiarum Diptychis, Kalendariis, Martyrologiis, Sacramentariis; nam nihil de hac materia ſcriptis mandatum fuiſſe hucuſque deprehenſum eſt a diligentiſſimis ſacrae eruditionis indagatoribus, ut jure conqueritur *Papebroch.* conſulendus in Propyl. ad acta SS. Maii diſſ. 20. de ſollemnium Canonizationum initiis atque progreſſibus p. 171.

Quod ſi in rem noſtram diſquirere lubeat in ſollemniores Canonizationes univerſalem ſpectantes eccleſiam, a Summis Pontificibus Romanis decretas publiciſque ritibus celebratas, quibus nempe *Sancti* titulus coelitibus adſertus eſt; eos in primis non eſſe audiendos exiſtimamus, qui opinantur, nonnullas Canonizationes ante Seculum x. fuiſſe a ſummis Pontificibus peractas aut adprobatas: e. c. Seculo v. S. Vigilii Epiſcopi Tridentini & Martyris, ac S. Joannis Chryſoſtomi Antiſtitis Conſtantinopolit. ab Innocentio I., Seculo VII. S. Mauri Abbatis a Bonifacio III., Seculo VIII. S. Kiliani Epiſc. & Mart. cum duobus Sociis a Zacharia P., tum S. Trudperti Mart. ab Stephano III. & S. Albani etiam Mart. ab Hadriano I. Nec enim pro iis certo adſerendis idonea documenta ſuppetunt, quocirca ab Eruditis vulgo refelluntur, quidquid ſupperias illis Authoribus eruditiſſime adferre videatur *Benedictus* P. XIV. de beat. & can. SS. l. 1. cap. 6. a §. 1. ad 12. quem tamen conſulere ne pigeat.

Alios ſecundo loco rejicimus, qui magno quidem numero & ardore contendunt, Leonem III. cujus hic numum produximus, Seculo IX. ad an. 804. in civitate Werdenſi Suvibertum in Sanctorum albo ſollemniter retuliſſe; id quod ex epiſtola quadam S. Ludgeri Epiſcopi Monaſterienſis de miraculis S. Suviberti opinantur evinci iidem cum. *Baron.* ad an. 804. n. 11. ſqq. *Bellarm.* de SS. beatit. t. 2. l. 1. c. 8. n. 4. *Ang. Rocca* de Canoniz. SS. c. 5. §. *Ego vero*. *Matta* de Canoniz. SS. par. 1. c. 3. n. 14. *Victon.* de Canon. SS. c. 10. *Macro* in vocab. eccl. art. *Canonizatio*. *Gonzal.* in cap. *Audivimus*. de Reliq. & vener. SS. n. 7. *Lauraea* in 3. ſent. diſp. 6. art. 3. n. 47. *Alapide* in cap. 44. Eccleſ. §. *Triplex*. *Caſal.* de veter. eccl. ritib. cap. 70. *Marchef.* de cap. viſib. eccleſ. ap. *Biblioth. max. pontif.* t. 9. p. 737. *Phoebeo* in diſſ. poſt acta Canon. S. Petri de Alcantara, & S. Magdal. de Pazzi, *Rabaud.* exſercit. theol. t. 2. exſerc. 3. c. 1. de Eccleſia §. *At poteſtatem*.

Ceterum S. Ludgeri epiſtolam, cui unice innititur, ac proinde falſa reputanda, haec ſententia, multis capitibus ſuppoſititiam cenſemus cum *Brower.* in notis ad vitam S. Ludgeri c. 32. *Mabill.* in act. SS. ord. S. Bened. in praefat. ad Sec. v. §. 6. n. 100. *Bollandianis* ad diem 26. Mart. in vita S. Ludgeri §. 3. *Morin.* in comment. de

ſacr. poenit. l. 10. c. 20. n. 11. *Pagio* ſeniore in crit. Baron. ad an. 804. n. IV. & alias, *Franc. Pagio* in Breviar. chron. in vita S. Stephani II. alias III. n. 14.

Aliis denique miſſis minoris authoritatis in hanc rem opinionibus, ad Seculum X. primam ſollemnem Pontificiam Canonizationem revocamus, videlicet S. Udalrici Epiſcopi Auguſtae Vindelicorum, a Joanne P. XV. celebratam an. 993. 3. Febr. Indict. VI. Pontificatus an. VIII. Ita quidem ſentimus cum *Bollandian.* t. 2. Jul. ad diem 4. p. 79. ſqq. *Caſtellan.* in addit. & correct. ad Martyrol. Rom. p. 966. *Mabill.* proxime laud. §. 6. n. 99. *Pag.* ſeniore mox cit. ad an. 993. n. 11. *Fleur.* in hiſt. eccl. t. 12. l. 57. p. 277. *Dupin.* t. 8. ſcriptor. eccleſ. p. 65. quibus mihi tandem favere videtur laud. *Bened.* XIV. adlato teſtimonio *Jo. Alberti Fabricii* e bibliogr. antiquar. c. 8. n. 25. p. m. 270.

Fortaſſis alia prima fuerit; de qua tamen nihil hucuſque apud eruditiores plane conſtitit. Et vero de percelebri Bulla Joannis XV. inter Sanctos ſollemniter referente Udalricum tanquam authentica & legitima conſtat egregie; eam quippe qua talem innuit laud. *Bened.* XIV. l. 1. c. 8. n. 2. p. 62. atque integram retulerunt poſt *Velſerum, Surium* & *Mabillon. Bollandiani* proxime laud. p. 8. & *Carol. Coequelines* in noviſſimo Bullario t. 1. ad an. 993. p. 284.

Quin immo ex eadem Bulla, utpote ante annum Epochae noſtrae Milleſimum exarata, graviſſimum pro ſancto Dogmate documentum eruimus, quod alias inter praeterita Diplomata repoſuiſſe liceret. Haec autem ibi Summus Pontifex §. 11.

Communi conſilio decrevimus, memoriam *Udalrici Epiſcopi adfectu piiſſimo & devotione fideliſſima venerandam: quoniam ſic adoramus & colimus reliquias Martyrum & Confeſſorum, ut eum, cujus Martyres & Confeſſores ſunt, adoremus: honoramus ſervos, ut honor redundet in Dominum, qui dixit, qui vos recipit, me recipit. Ac proinde nos qui fiduciam noſtrae juſtitiae non habemus, illorum precibus & meritis apud clementiſſimum Deum jugiter adjuvemur. Quia divina ſaluberrima praecepta.... inſtabant.... quatenus memoria Udalrici.... divino cultui dicata exſiſtat & in laudibus Dei devotiſſime perſolvendis ſemper valeat proficere.*

En tibi paucis expoſitam a Joanne ſacram intimamque energiam tituli *Sancti* Udalrico conceſſi, qualem Eccleſia quandoque unque ſervos Dei *Sanctos* dixit & qua *Sanctos* coluit, intellexit: hic plane Sanctitati eximiae honor debitus, nec alius ipſi uſpiam ab orthodoxa Eccleſia delatus.

Heinc mirari ſubit, eruditiſſimum *Fabricium* mox laudat. qui Bullam hanc legiſſe ac evolviſſe indicat, noſtram nihil ominus in Eccleſia Romana Sanctorum Canonizationem vehementer ſubſannare tanquam idololatricam, & *geminam plane conſecrationi gentilium*, ut ibidem loquitur cap. 8. n. 25. p. 269. eſto plura & quidem ſelecta de eadem Canonizatione pro inſtituendis Studioſis catholicis eodem in loco pererudite, more ſuo congerat.

Jam vero licet Pontifex noſter Leo III. primus non fuerit qui coelitem ullum univerſali apotheoſi donarit, eum Sanctis adcenſens; at omnium tamen primus (uti ſub initium diſſeruimus) coelitem glorioſum, eumque primum inter Apoſtolos Petrum, in Numis *Sanctum* dixit & coluit; poſteris utique ſacrum, quod paſſim imitarentur, exemplum relinquens.

33



Numus itidem Leonis P. III. ap. Alemannum de Lateran. parietin. cap. 12. *p.* 110.

Profecto Cardin. *Baronius* ad an. 461. n. XII. Numum iſtum, e Muſeo Lelii Paſqualini relatum, tanquam praeſeferentem quamlibet cum antiquitate ſinceritatem, adeo ut ne quidem leviſſimae ſuſpicioni ſubjaceat impoſturae, Leoni I. adjudicavit. Doctiſſimo tamen Viro refragantur vulgo Critici cum *P. Marca* de concord. l. 3. c. 11. *Papebr.* in Paralipomen. ad conat. chronico-hiſt. p. 46. *Pagio* ſeniore ad an. 796. n. VI. adhaerentque ſponte opinioni Alemanni, qui tamen Numum ex Baroniana editione haud penitus adcurate tranſcriptum reddidit.

Contra vero *Vignol.* proxime laudat. Numum Leoni III. abjudicat p. 3. & ejus loco p. 59. alium ex *Scylla* ſubſtituit atque Leoni VIII. Pſeudo-Pontifici adſcribit. Nimirum, inquit *Vignol.*, Baronius & Alemannius notam illam compendiariam D N perperam interpre-

tantur *Domino Noſtro*, quum literas punctum non dividat, ſed linea ſit iis ſuperaddita, quae unicam eſſe vocem demonſtrat : ſic enim tunc temporis, puta Leonis III., titulus *Domni* compendio ſcribi conſuerat ; & quidem non tanquam poteſtatis titulus, quem plane intendere videntur Alemannus & qui ei ſubſcribunt, ſed honoris duntaxat. Haec ferme Author.

Ceterum principio Vignolianus Numus toto coelo diverſus eſt ab Alemannico, ſeu Baroniano: atque adeo poteſt ille quam optime ad unum pertinere Pontificem, iſte vero ad alium. Aut dixerit ſubinde Vignol. ſuum unice verum eſſe, atque alium ſuppoſititium; id vero nullus, quod ſciam, adfirmavit. Deinde qui Vignolianum ſedulo expendat, facile conjectaverit, eum potius ad ſimpliciorem, minuſque comptam Leonis III. aetatem adtinere ; cui propterea ipſum haud incongruenter adtribuerit.

Do inſuper *Domni* titulum honoris cauſſa Leonis III. aetate obtinuiſſe, immo a prioribus retro Seculis, uti alias jam diſſeruimus (p. 204. ſqq.) non eſt autem cur idem idcirco titulus ſit in Numo intelligendus, non autem *Dominus Noſter*, ubi praeſertim elementa D. N. punctum diſcernit.

Et jure quidem *Dominus Noſter* inſcribi potuit Leo III. etiam comparate ad ſummum in Urbe imperium, quo tum potiebatur, quodque pridem vel ante Pippini donationem alii Romani Pontifices obtinuerant, puta Gregorius II. & III. Zacharias, ac Stephanus II., quemadmodum in vitis eorumdem Pontificum nos docet *Anaſt. Biblioth.* & pluribus confirmat *Georgius* ap. editionem Baronii a Clariſſ. *Manſio* procuratam tom. 13. ad an. 796. p. 318. in notis ad calcem. Nihil itaque prohibet quominus Numum illum cum ſacra Inſcriptione SCS PETRVS Leoni III. merito adſcribamus.

Complures iis ſubceſſerunt ad annum uſque milleſimum Pontificii Numi, eadem percuſi ſacra Inſcriptione SCS PETRVS, aut hac alia SCS PAVLVS, aut utraque ſimul. Ex eis quidem nonnullos exhibet atque illuſtrat laudat. *Vignol.* de antiq. RR. PP. denariis, alios itidem *Fontanin.* in diſco Chriſt. p. 42. ſqq. alios denique Clariſſ. Praeſul *Garampius* in diſſ. de numo arg. Bened. III. p. 160. Eos, ſi vacat, conſulas.

34 *E RE NUMARIA IMPERATORIA.*

Numus Theophanonis, quae Ottoni II. Imperatori nupta an. 972. Imperium Germanicum per novennium administravit, ap. Bandur. tom. 2. p. 735. ex Gisberto Cupero.

Quemadmodum Romani Pontifices Apoſtolorum Principem Petrum praecipuo honore in ſuis Numiſmatis coluere, ita & Auguſti, Auguſtaeque Imperatrices Deiparam Virginem; cui nempe a tempore damnatae Neſtorianae haereſeos in ſanctiſſimam Dei Matrem, huic univerſim Eccleſia Graeca ſeſe perpetuis ac ſingularibus tenerrimae pietatis obſequiis devotam profeſſa eſt.

Huic addendus in primis *Numus aureus Nicephori II. Focae exſtincti ſub an. 969.* in cujus antica eſt a dextris Deipara velata cum nimbo circa caput ad pectus cum ſtola, & a ſiniſtris Nicephorus cum ſtemmate crucigero, una tenentes crucem geminam, cum epigraphe in gyro ΣIT ΘEOTOC bHΘ nICHF DES ap. ipſum *Bandur.* t. 2. p. 736. ex *Medioh.*

Deinde addendi *Numi alii Joanni Zimiſcae* Auguſto vulgo tributi cum Ducang. in diſſ. numor. inf. aevi n. 27. de quibus generatim nonnihil differuimus *ſupra* Tom. II. Claſſ. XIII. n. 14. p. 502.) Etenim inter iſtos duo ſunt Numi aerei in quibus vide ſis in parte averſa Deiparae protomen manibus & brachiis expanſis, cum lemate ad latera M͞P Θ͞V *Mater Dei*; & alius inſuper, aereus quoque, ſine epigraphe, ubi in poſtica ſedet Virgo Deipara geſtans brachiis infantem Jeſum, cui tres Magi ſtantes munera offerunt; ſuperius ſtella micat, & inferius duae columbae ex adverſo ſtant. (Videndus cit. *Cang.* & qui eum fideliter exſcripſit *Bandur.* t. 2. p. 738. ſq.)

35 *E RE SIGILLARI.*

Bulla plumbea Sergii Papae ap. Palatium de geſtis Pontif. t. 1. p. 310. e Muſeo Cardin. Franciſci Barberini.

Qua-

Quadrata ejuſmodi Sigilla omnium rariſſima ſunt, non autem penitus ignota, uti obſervat *Heinecc.* de Sigill. par. I. cap. 8. p. 60. Et quidem aliud quadratum omnino ſimile Gregorii II. adfert *Ficoron.* de plumb. antiq. par. I. tab. XXIII. n. 5. Quis autem ille Sergius ſit, qui *Sanctum Petrum* ita invocat & colit, mihi ambiguum. E duobus autem Sergiis, quos Faſti Pontificii recenſent, I. ſedit ab an. 687. ad 701. II. vero ab an. 843. ad 847.

Tantus itaque apud Majores noſtros ſanctis coelitibus delatus honor & cultus, ut eorum ſacra nomina, vel imagines in propria ſtemmata frequenter adſumſerint.

36



Bulla Joannis & Decibilis Viri Patricii ap. Murat. antiq. Ital. t. 3. diſſ. 35. p. 138. n. 1.

Ex iis, quae ibidem differit immortalis Vir *Murat.* p. 137., Decibilis hic an. circ. 875. praeerat Dux Patricius & Hypatus, id eſt Conſul, Cajetae, ubi Sancti Eraſmi, ejus patroni ſacrum corpus quieſcit. Idem ſigillum tradidit laud. *Ficoron.* par. I. tab. & cap. XVIII. n. 2. ſed omnino inexplicatum reliquit.

His protinus adjicienda haec plumbea documenta. Principio quod in antica praefert vultus SS. Petri & Paulli nimbis redimitos, cruce interjecta, & hanc ſuperne epigraphen S PA (*S. Paullus*) S PE (*S. Petrus*); atque in poſtica LEO PP ſcilicet, ut conjicio, vel IV. vel potius VII. Illud debemus laudato *Heinecc.* in tab. II. n. 7.

Alia deinde qua graeca, qua latina, quae exhibet, illuſtratque *Ficoron.* in comment. de plumbis antiq. par. I. Ex iis vero ſunt quae in altera parte repraeſentant Virginem Matrem, geſtantem filium Jeſum, nempe in tab. V. nn. 4. 12. tab. VIII. numeris 1. 3. 5. 6. tab. X. n. 9. tab. XIII. n. 7. tab. XV. n. 9. tab. XVI. n. 1. tab. XX. n. 4., tum quae perhibent vultus Apoſtolorum Petri & Paulli, nimirum in tab. V. n. 11. tab. X. nn. 3. 10. tab XIII. n. 8. tab. XV. n. 11. tab. XX. n. 8., quae demum quoſdam alios coelites referunt, videlicet S. Apollinarium in tab. X. n. 11. S. Nicolaum Barenſem in tab. XIV. n. 7. S. Januarium ibid. n. 8.

CE-

37 CETERA VARII GENERIS MONIMENTA.

HOC . SIGNO . VINCITVR . INIMICVS .
HOC . SIGNO . TVETVR . PIVS .
OB . HONOREM . SANCTI . IACOBI . APOSTOLI ;
OFFERVNT . FAMVLI . DEI . ADEFONSVS .
PRINCEPS . CVM . CONIVGE . SCEMENA .
REGINA . HOC OPVS . PERFECTVM EST
IN ERA . DCCCC. DVO DECIMA . *A. C.* 874.

Compoſtellae apud Baſilicam S. Jacobi in ſacro Hierotecio ap. Morales in Chr. Hiſp. l. 9. cap. 7. fol. verſo 239. *qui exſcripſit .*

Exſtabat olim haec Inſcriptio caracteribus aureis exarata in parte averſa pretioſiſſimae Crucis aureae , quam hi piiſſimi Principes Sancto Apoſtolo conſecrarunt , teſtante eodem *Moraleſio* .

Huic vero complura ſubnecti poſſunt , videlicet 1.° *Diſcus* ille argenteus votivus , Peruſiae olim repertus , Deo ſacer in honorem S. Petri Apoſtoli , quem *Fontaninus* egregio commentario interpretatus eſt . 2.° depicta *Tabula votiva* S. Laurentio Levitae dicata ap. Biblioth. Vallicellan. in codice membranaceo l. 1. num. 25. 2. Hanc autem omnium , reor , primus indicavit *Mabillon.* in Muſeo Ital. p. 66. ad menſem Julium anni 1685. ibique ejuſdem aetatem VII. chriſtiano Seculo adſcripſit . Ipſam deinde commemoravit in Evangeliario quadruplici *Joſ. Blanchin.* tom. 2. p. 599. a tergo ſub §. *Codex hic* . Primus inſuper omnium publicae luci & eruditorum virorum commodo atque utilitati integram expoſuit & illuſtravit Eruditiſſimus *Victorius* meus in diſſ. philolog. p. 88. ſq. Exhibuit poſtremo pauciſque interpretatus eſt incomparabilis Vir *Jo. Bapt. Paſſerius* in Diptych. Gor. tom. 3. ſub fin. p. 27. ſq. ac tab. VIII. Eos conſule ſis .

Tum 3.° *Imagines* vetuſtiſſimae Sanctorum , aut pictae aut effictae in eorundem memoriam & cultum a priſcis fidelibus , quas in fragmentis vitreis , aliiſque materiis obſervare licet apud *Interpretes* Romae ſubterraneae , & *Bonarrot.* in obſervat. 4.° *Imagines* minus veteres , quae in tabulis varii generis pleroſque honoris gratia repraeſentant coelites ſacerrimo *Sancti* titulo adſcripto , prout antiquiora ferebant tempora ſub ſigla *ſcs* , vel etiam quandoque ſub ſigla *S.* Eas propemodum innumeras habes ap. *Aringhum* in Roma ſubt. *Ciampin.* de vet. monim. *Gorium* in tom. 3. Diptychor. ac totidem fere laudatas Clariſſ. *Trombellio* de cultu SS. diſſ. IX. a cap. 61.

Et haec quidem de documentis , quae (complurimis etiam brevitatis ſtudio miſſis) adverſum obgannientes veritatis hoſtes univerſalem ac perpetuam ſancti Dogmatis Traditionem plane ineluctabiliter & ad evidentiam comprobant .

CAPUT TERTIUM.

Conſectaria corporis beatitudo.

§. I.

De gloria corporis generatim.

QUAESTIONES DOGM. SCHOL.

252 QUAESTIO I. Quo ſtatu reſurget corpus perpetuo beandum ? ADSERO. In ſtatu integro cum omni eo, quod pertinet ad nativam perfectionem ejusdem corporis, itemque ad dignitatem ſtatus glorioſi in empyreo, quae porro exigit, ut ibi pulcra & perfecta ſint omnia : puta in aetate florente e. g. triginta trium annorum, cum temperamento ei conſono, atque in eadem menſura Chriſti corporis; tum eadem cum facie, quae ſibi fuit, aut fuiſſet, in aetate juvenili perfecta (*b*). Adde, cum diſtinctione ſexuum, qui cuiquam reſpondeant, nec enim eſt cur ſexus mutetur. Id quod & *Patrum* & *Theologorum* judicium vulgatiſſimum eſt (*i*). Et quidem tum quoad beatos, tum quoad reprobos. *OBJECTIONES.*

253 Obj. Tunc ſexus femineus in virilem mutabitur. Nam 1.° ex Epheſ. 4. 13. *donec occurramus omnes in virum perfectum*. 2.° ſexus femineus ſolum requiritur propter imperfectionem, una excepta Deipara; atqui ab ſtatu beato omnis imperfectio exſulabit. 3.° ſexuum diverſitas objecta oculis, non decet ſtatum, in quo ſumma puritas viget.

254 R. *N. Adſ.* contra Scotum. Ex *Luc.* 20. in coelo *non nubent, neque nubentur*, hoc eſt *qui poſſunt nubere, & non nubunt*, ap. *Hier.* (*k*). Ad 1. prob: vel ibi nomine viri intelliguntur mas, & femina, prout intelligi ſaepe ſolet in Scriptura, vel eatenus viri dicuntur, qui Chriſto occurrent, quatenus feminae etiam fortitudine, ac judicio virili erunt inſtar virorum. Ad 2. *N. Ma.* Ex *Aug.* (*l*) *ſexus femineus non eſt vitium, ſed natura* : at in illo quidem ſtatu *natura ſervabitur*. Ad 3. *N. A.* quia nihilominus aberit tunc ſenſatio omnis, quae pudori nocere poſſit, multo potius ac abfuit ab ſtatu innocentiae, quando primi parentes nudi erant abſque erubeſcentia (*m*).

255 QUAESTIO II. An, & quomodo ex animae beatitudine, corporis beatitas derivetur, vel redundet, ut loquuntur *D. Aug.* (*n*) & *D. Th.*? (*o*) ADSERO. Derivatur, non per phyſicum emanationis influxum,

(*h*) Haec Noſtrates vulgo adſerunt, & pluribus perſequuntur cum *Arria.* d. 56. *Reding* heic q. 2. *Siur.* cit. tr. 14.

(*i*) Lege *Tertull.* de reſurr. carn. c. 60. *Hieron.* epiſt. olim 61. c. 3. & 11. *Hilar.* in Matth. can. 23. *Chryſoſt.* hom. 71. in Matth. *Siur.* cit. a n. 73. *Muzka* de fine act. hum. l. 2. n. 116. *Lauraea* de noviſſim. d. 6. art. 6.

(*k*) Ubi proxime ipſum laudavimus.

(*l*) L. 22. de civ. c. 17.

(*m*) Recolendi *Henaus* cit. exercit. 21. n. 146. *Tourn.* de beat. c. 5. ar. 3. ſ. 1. q. 3. ceterique proxime adlati.

(*n*) Epiſt. olim 56. ad Dioſcor.

(*o*) P. 1. 2. q. 4. ar. 6. O. & alias.

xum, quia non eſt, cur actibus intellectus, & voluntatis tribuamus vim ita phyſice producentem; ſed morali quadam cauſſalitate, quatenus animae beatitudo eam exigit ſupernaturalem perfectionem in corpore, qua reddatur animae glorioſae proportionatum (*p*).

OBJECTIONES.

256 Obj. Dotes corporis derivantur ab anima beata per phyſicum emanationis influxuum. Nam 1.° ex D. Th. (*q*) *ad corpus glorificatum redundat claritas ab anima, ſicut qualitas quaedam permanens corpus adficiens*: quo pacto in Transfiguratione claritas Chriſti corporis derivata eſt ab ejus Divinitate & anima beata, ſcilicet tanquam qualitas tranſiens. Idemque ferme alias repetit Angelicus (*r*). 2.° ex gratia dimanant, tanquam proprietates, virtutes morales infuſae, quae adpetitum ſentientem perficiunt: ergo & ex anima qualitates, quibus corpus glorioſum agat, & ornetur.

257 R. *N. Adſ.* Nulla adparet in anima naturalis potentia ad ejuſmodi influxum, quum nulla ſit connexio claritatis ſpiritalis animae cum materiali claritate corporis. Et gratis fingeretur potentia obedientialis (ut ajunt) ad hunc effectum a Deo elevata. Heinc ad 1. prob: D. Th. loquitur de redundantia morali, & reducta ad redundantiam phyſicam per quamdam adparentem ſimilitudinem, ut quae non videmus percipiamus. Nec aliter in Chriſti Transfiguratione corporis claritas ab claritate animae proceſſit. Ad 2. *N. Con.* quia inter gratiam, & virtutes infuſas maxima adparet connexio, & colligatio, quae inter claritatem ſpiritalem, & corpoream non reperitur (*s*).

258 QUAESTIO III. In quo ſita ſit corporis beatitudo? ASSERO. In quatuor Dotibus, & perfectiſſimo quinque ſenſuum exſercitio (*t*). Dotes autem ſunt Impaſſibilitas, Agilitas, Subtilitas, Claritas. Colliguntur ex variis Scripturae locis; praeprimis ex 3. *Philipp.* 20. *reformavit corpus humilitatis noſtrae, configuratum corpori Claritatis ſuae*. Et ex 2. *Cor.* 15. 43. *ſeminatur corpus in corruptione, ſurget in incorruptione* &c. Heinc trita illa carmina,

Clari, ſubtiles, agiles, impaſſibileſque
Omnes quadruplici pollebunt dote beati.

Haec autem adtributa vocantur Dotes, non autem quae ſenſus ſpectant; quia iſtis intrinſecus nihil ſuperadditur ceu ſupernaturale, ſed tantum perficiuntur, ipſiſque adplicantur extrinſecus objecta, quibus delectentur; Dotes vero elevant intrinſecus corpus ad quemdam ordinem ſibi prorſus indebitum (*u*). Quocirca beatitas corporum eſ-

(*p*) Adcinunt frequenter Scholaſtici contra Granad. de noviſſ. par. 3. tr. 3. d. 1.
(*q*) III. p. q. 45. a. 2. o.
(*r*) L. 4. contra Gent. c. 86.
(*s*) Conf. *Hen.* cit. exercit. 20. a n. 96. *Leſſ.* cit. l. 3. c. 3. n. 21. *Rhod.* de beat. d. 1. q. 3. ſ. 4. §. 2.
(*t*) Vulgo Scholaſtici, duce *Thom.* in 4 diſt. 44. q. 2.
(*u*) Conſule cit. *Arria.* n. 4.

ſentialis Dotibus potius quam ſenſuum actionibus adſcribi poſſet (*x*). De praefatis ſenſuum exſercitationibus plura *Patres* cum *Proſp.* (*y*) *Anſel.* (*z*) *Bonavent.* (*a*).

OBJECTIONES.

259 Obj. Nullum eſt ſenſuum beati corporis exſercitium. Nam 1.° Dei viſio nequit non impedire operationes ſenſuum, exſtaſim in eis cauſſando. 2. ſenſuum exſercitium vel eſt beato liberum, vel non? Si eſt: ergo poteſt beatus ceſſare aeternum ab omni exſercitio, cum potentia otioſa: quod eſt ridiculum. Si non: ergo infelicior eſt beatus, illa neceſſitate oppreſſus.

260 R. *N. Adſ.* Sic enim corpus in coelo pejoris eſſet conditionis, quam in terris. Ad 1. prob. *N. A.* cum *Mol. Suar. Vaz. Sal. Sandaeo* (*b*). Quia quum viſio Dei non pendeat a phantaſmatis, & aliunde fiat ab anima divinitus elevata, & confortata, non eſt cur non maneat aeque facilis, & promta ad operationes alias naturales, ac eſſet abſque viſione. Ad 2: beatus coactus eſt ad aliquod indeterminatum exſercitium ſenſuum, alioqui eſſet illi corpus quaſi mortuum, quod eum ſtatum dedecet nimium: eſt autem liber ad ſuſpendendum determinate operationes ſenſiles, etiam quum ſenſus expediti ſunt, & objecta convenienter adplicata, & objectorum ſpecies immiſſae: illa enim libertas eſt magna perfectio; beatoque ſtatui quam maxime congrua (*c*).

§. II.

De Dotibus corporis glorioſi.

261 QUAESTIO I. Quid de *Impaſſibilitate*? ADSERO 1. Eſt ratio, qua corpus aeternum conſervatur abſque ulla paſſione moleſta, ſive intrinſecus, ſive extrinſecus proveniente. Erui videtur ex *Iſai.* 49. 10. & *Apoc.* 7. 16. ac 21. 4. 11. Sita eſt potiſſimum in extrinſeca Dei protectione, qua beatum munit, & omnem actionem agentis contrarii impedit (*d*). Quia ſub hac protectione, nequit corpus quidquam pati quod ipſum corrumpat, laedat, aut cruciet. Et quidem protectio haec, ex mente *Auguſtini* (*e*) ſublimior eſt quoad effectum, quam quae conceſſa eſt pro ſtatu innocentiae corporum impaſſibilitati; haec enim deperdi poterat per peccatum; tuncque corpus inſtauratione egebat per cibum, potum, ſomnum: haec autem a corpore glorioſo procul abſunt, vi praeadſertae protectionis.

QUAE-

(*x*) Recole cit. *Lauraeam* d. 21. ar. 1. contra Bonae-Sp. ap. Siur. cit. n. 5.

(*y*) De vita contempl. l. 1. c. 4.

(*z*) In vulgato elucidar. & l. de ſimilit. c. 57.

(*a*) In ſoliloq. c. 4. §. *O anima.*

(*b*) Ap. & cum *Siur.* tr. 41. n. 4. contra Recupitum, & alios.

(*c*) Conf. *Henao* cit. exſercit. 32. ſec. 5. per tot. *Arria.* d. 57. n. 4.

(*d*) Favent perplurimi, *Scoto* duce in 4. diſt. 49. q. 13. §. *Dico ergo. Siur.* n. 24. cum *Arria. Rhod. Henao* &c.

(*e*) Epiſt. 118. alias 56. ad Dioſcor.

262 QUAESTIO II. Quid de *Agilitate* ? ADSERO I. Eſt ratio, qua corpus poteſt moveri facillime ſine defatigatione, expeditiſſime ſine obſtaculo, celerrime ſine mora. Ad haec una cum virtute movendi corpora extranea, quantumcumque gravia revocari colligunt hanc dotem *TT.* ex *Sap.* 3. 7. & 1. *Cor.* 15. 42. 11. Sita eſt in decreto Dei impediente ſupernaturaliter omnem corporis gravitatem, & pondus. Quia hoc ipſo, quod corpus non gravitet, poteſt abſque ulla renitentia moveri ab anima celerrime. Nobis favere videntur Patres, prae primis *Auguſt.* (*f*).

263 QUAESTIO III. Quid de *Subtilitate*? ADSERO I. Eſt ratio, qua corpus poteſt aliud pervadere corpus, eique compenetrari (*g*). Subtile enim dicitur ab omnibus corpus illud, quod alii compenetrati capax eſt. II. Conſiſtit in Dei decreto, & omnipotentia adplicata beato ad eam penetrationem, quandocumque voluerit (*h*). Dotem hanc, ei ſimilem, quam Chriſtus Dominus poſt reſurrectionem in ſuo corpore oſtendit, innuit Apoſtolus 1. *Cor.* 15. 44. pluribuſque exponunt *Interpretes* in eum locum, & *Patres* alias cum *Epiphan.* (*i*) *Ambroſ.* (k) *Auguſt.* (*l*) *Damaſc.* (*m*) *Anſelm.* (*n*) Licet autem haec virtus, & aliae ſimiles adſertae ſint extrinſecae, in radice tamen proveniunt intrinſecus, quatenus videlicet eſt ad eas exigentia intrinſeca in ipſis corporibus, proveniens ab animae beatitudine (*o*).

264 QUAESTIO IV. Quid de *Claritate* ? ADSERO I. Eſt ratio, qua corpus redditur pulcerrime lucidum. Omnes ſine lite. II. ſita eſt in corporea quadam luce inhaerente corpori, ipſumque intrinſecus adficiente. Quia enim in Scriptura lux qua juſti fulgebunt in regno Dei comparatur luci ſolis, & ſtellarum & firmamenti. III. Ea lux eſt etiam in intimis partibus corporis, quod ideo eſt inſtar cryſtalli pellucidum. Quod quidem aperte docent *Auguſt.* (*p*) *Gregor.* (*q*) vulgatus *Anſelm.* (*r*) IV. Procedit efficienter a ſolo Deo, non a lumine gloriae. Hoc enim tale dicitur, non eo quod ſit lux aliqua ſimpliciter, ſed quia eſt medium, quo producitur clara viſio (*s*).

(*f*) De civ. l. 13. c. 18. 20. & l. 22. c. 11.

(*g*) Conſentiunt plurimi, & ex antiquis cum *Bonav.* ac *Scoto* in 4. diſt. 49. & ex junioribus cum *Tolet.* in Joan. 20. 19. ac *Siur.* cit. n. 31.

(*h*) Praeluxerunt nobis *Arriaga* cit. n. 19. *Hena.* exſercit. 32. n. 75. *Siur.* n. 38.

(*i*) Haer. 64.

(k) In Luc. c. 24.

(*l*) De agone chriſt. c. 24.

(*m*) De fide orth. l. 4. c. ult.

(*n*) L. de ſimilitud. c. 53.

(*o*) Adeundus *Arria.* mox laudatus.

(*p*) L. 22. civ. c. 30. & l. 2. de Geneſ. contra Manich. c. 21.

(*q*) L. 18. mor. in Job c. 27.

(*r*) In elucidar.

(*s*) Conſentit cit *Arria.* n. 40.

In ejuſmodi dotes plura ſpeculantur adlegati de Schola Doctores, tum ceteri, & veteres, & recentiores ubi de illis ſermonem inſtituunt.

§. III.

De Exſercitio ſenſuum corporis glorioſi.

265 QUAESTIO I. Quid de *Viſu*, *Auditu*, *Olfactu*? ADSERO 1. Viſus ineffabili cum oblectamento perſpicit corpora Chriſti Domini, Deiparae, reliquorum coelitum, empyrei fabricam, cetera objecta pulcra viſui proportionata. Minime vero beati oculus, corporeus quum ſit, Deum, qui ſpiritus ſimpliciſſimus eſt, videt. Id quod jam *ſuperius* (*t*) paucis definivimus, loquuti de viſione naturali. Id ipſum heic adſerimus comparate ad viſionem aliam quomodocumque ſupernam. Eadem quippe heic intercedit urgentiſſima ratio. Quod nempe facultas corporea ſit eſſentia ſua ad objectum corporeum limitata: ergo vel ne quidem divinitus elevari quit oculus ad videndum intuitive Deum. Favere videntur *PP.* alias adducti (*u*) tum rurſum *Orig.* (*x*) & *Ambroſ.* (*y*) cum *Cyrill.* Hieroſ. (*z*) *Theodoret.* (*a*) *Tit. Boſtrenſ.* (*b*) *Cyril.* Alex. (*c*) *Hieron.* (*d*) *Didymo* Alexandr. (*e*) *Claud. Mamerco* (*f*). Quibus adde *C. Forojulienſe* (*g*) ac *Trident.* (*h*). Recole quae *ibidem* diſſeruimus (*i*).

266 II. *Auditus* gaudet voce propria, & aliorum coelitum, qua Deum glorificantem concentu ſuaviſſimo collaudant & ſeſe mutuis colloquiis recreant. Quid enim eſſent in empyreo muti? Porro laudes illas vocales coelitum agnoſcere videntur *ſacrae Paginae* e. c. *Pſal.* 149. 6. & 7. *Job* 13. 22. *Apoc.* 19. 1. ſqq. Necnon *PP.* cum *Iren.* (*k*) *Aug.* (*l*) *Paullin.* (*m*) *Greg.* M. (*n*) Colloquia deinde inter coelites ceu veriſimilia probant *Theologi* complurimi (*o*). Ibi quidem ex 1. *Cor.* 13. 8. *linguae ceſſabunt*, hoc eſt idiomata vocum imperfecta, non autem nova, ſeu vetera more coelico concinnata. III. *Olfactus* odores percipit ſuaviſſimos, & ex corporibus beatis, & ex eadem regione empyrea prodeuntes. Si enim odor peſtilens perpetuus ſit in gehenna, cur fragrans in coelo deſideretur? (*p*)

267 QUAESTIO II. Quid de *Guſtu*, *Tactu*, *Adpetitu ſentiente*? ADSERO 1. *Guſtus* recreatur, non ullo cibo aut potu, ſed melliflua qua-

(*t*) In Tom. II. p. 145. ſqq.
(*u*) In eodem Tom. II. p. 146.
(*x*) L. 7. contra Celſ.
(*y*) In cap. 1. Luc.
(*z*) Catech. 9.
(*a*) Serm. 1. contra Graecos.
(*b*) L. 1. contra Manich.
(*c*) L. 4. in Joan. c. 8.
(*d*) In cap. 6. Iſai.
(*e*) In epiſt. 1. Joan. 4. 12.
(*f*) De ſtatu animae c. 14.
(*g*) In profeſſ. fid.
(*h*) Seſſ. 25. decr. 2.
(*i*) Adſertum pluribus elucidant *Arria.* cit. d. 57. *Henaus* exſercit. 28. ſ. 1. ſqq. *Siurius* tr. 41. c. 3. ſqq. contra Bonae-Sp. Maignan. alios.
(*k*) L. 5. c. 8.
(*l*) L. 1. retract. c. 11. & l. 22. civ. c. 30.
(*m*) Epiſt. 44. quae eſt 4. ad Auguſtin.
(*n*) L. 8. moral. c. 31.
(*o*) Id ipſum ſentiunt qui eorum ſyllabos recenſent *Hena.* exſerc. 29. ſ. 1. & *Siur.* tr. 41. n. 73.
(*p*) Conſentiunt *Anſelm.* in elucid. *Bonav.* in ſoliloq. c. 4. §. *O anima*, & *Petr. Damianus* epiſt. 3. ad Blancam Comitiſſ. c. 15. ſub fin. plerique *Scholaſtici* contra alios.

quadam ſuavitate, linguae & palato coelitus inhaerente, ac per ſtomachum, & membra reliqua interiora diſperſa. Poſtulant quippe partes ejuſmodi humorem aliquem externum, quo lubricae, humidaeque adſerventur. Suffragantur valde plures (*q*).

268 II. *Tactus* ex intimo ſenſu temperamenti corporis etiam prout quatuor dotibus adfecti voluptatem ingentem & caſtiſſimam capit in perceptione tangibilium ſuavium exteriorum; ut puta in mutuis oſculis cum Chriſto Domino, aliiſque coelitibus, atque in adtactu lenioris & ſuaviſſimae aurae empyrei (*r*). Adde, quod coelitum corpora nuda ſunt, & nullo veſtimento contecta. Ibi quippe tegumenta quaelibet ſuperfluunt, atque ad ornatum dos claritatis plane ſufficit. Id quod vulgo tenuerunt *PP.* cum *Nyſſeno* (*s*) *Chryſoſt.* (*t*) *Chryſolog.* (*u*) *Alcim.* (*x*) *Caeſar.* Arelat. (*y*) & aliis (*z*). III. *Adpetitus ſentiens* ex perceptione objectorum ſenſibilium jucundorum delectationem materialem comparat, non ſecus ac uſu venit in via. Eccur enim ſenſus interni confingendi perpetuo ſint otioſi in patria, quum animus & ſenſus externi tam proſpere beentur? (*a*)

COROLLARIUM.

269 Quae de Felicitate hominis in empyreo hocce Libro diſſeruimus, exinde liquido, ſolideque fluere videntur, quod Deus O. M. praeter omnem ſpem & cogitationem noſtram, munificentiſſimum ultra modum ſe gerat erga coelites, quod ſaepe inculcant Scripturarum ſacra oracula, ut puta per *Iſaiam* 64. 4. ſub illis verbis, *a ſeculo non audierunt, neque auribus perceperunt, oculus non vidit, Deus abſque te quae praeparaſti exſpectantibus te: occurriſti laetanti & facienti juſtitiam*; tum per Apoſtolum 1. *Cor.* 2. 9. ſic loquutum, *ſcriptum eſt, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis adſcendit quae praeparavit Deus iis qui diligunt illum*, ac rurſum 2. *Cor.* 4. 17. *id enim quod in praeſenti eſt momentaneum & leve tribulationis noſtrae, ſupra modum in ſublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis.*

270 Nec aliunde, reor, *Drexelius* noſter (*b*) illum depromſit canonem, quo adpetentem quemlibet de rebus empyrei dicere vel perſcribere ſic inſtituit, *ut quantum poteſt tantum audeat, quia paradiſus major eſt excellentiorque omni laude noſtra; quin immo quum de coelo ſermo eſt, vix ullae, ut in rebus aliis, exaggerationes metuendae ſunt: quidquid heic dicitur minus dicitur*; quem porro Scholaſtici noſtrates mox adlegati, nec non alii plures cum *Petro Matthia Montenſi* in comment. de paradiſo coeleſti, viſi ſunt adprime tenuiſſe atque exſequutioni mandaſſe. Ni-

(*q*) Eorum cenſum praeſtat cit. *Hena.* exſerc. 31 n. 3. ſqq. adverſus pauciores ſecus opinantes. Eum conſulas.

(*r*) Conf. *Leſſ.* de ſummo bono l. 3. c. 8. n. 103. & *Bellarm.* de felic. SS. l. 4. c. 8.

(*s*) Orat. in funere Magni Meletii.

(*t*) Hom. 1. de reſurrect. & orat. de S. Philogonio.

(*u*) Serm. 82. in Marc. cap. 16. 5.

(*x*) L. 2. de pecc. orig.

(*y*) Hom. 1.

(*z*) Eos cum ingenti *Theologorum* caterva recenſuit cit. *Hena.* exſercit. 27. n. 1. ſqq.

(*a*) Recole *Henaum* exſerc. 34. ſect. 1. & 2.

(*b*) In celebri tract. de coelo l. 1. c. 1. n. 4. & alias.

271 Nihilo tamen ſecius quum ex ſacris oraculis generatim tantummodo habeamus ineffabilem coelitum beatitatem, dum ſubinde ad eam particulatim enucleandam deſcendimus, eo par eſt delectu quaeſtionum & ſententiarum uti, qui & rei dignitati proſpiciat, & in curioſam inutilemque ſpeculationem non abeat, & quandocumque priſca traditio deficiat, a veriſimili non abhorreat: ne videlicet ſcripta noſtra cachinnis & morſibus Proteſtantium pateant, duce *Gisberto Voëtio*, Theol. olim in Academia Ultrajectenſi Profeſſore (*c*).

272 Heinc autem conſulto nos ea ſub hoc poſtremo Paragrapho ventilanda & definienda duximus (praetermiſſis pluribus, apud praecitatos Doctores diſputatis) quae in elucidationem dogmatis de beatitudine corporis coelitum minime importuna videntur, nec item ad rem ſcholaſticam prorſus inutilia; illa quippe ſelegimus, quae opinione noſtra veri ſunt ſimiliora, & teſtimoniis Patrum potiſſimum confirmata.

273 Ad extremum vero ne CONCORDIAM FIDEI ET RATIONIS pro dogmate pluribus jam expoſito & illuſtrato indiligenter praeteriiſſe incuſemur, eam coronidis loco heic ſubjicere lubuit.

274 Porro quam maxima Ethnicorum Sapientum cohors ſanctum dogma de immortali quadam beatitudine piorum animis donanda, profeſſa eſt; eſto de loco poſſidendae beatitudinis haud parva fuerit inter ipſos diſſenſio. Itaque quod praefatam beatitatem ſpectat, nihil eo dogmate tritius apud aſſertores Immortalitatis animorum, quemadmodum expendunt priſci Scriptores orthodoxi cum *Clem. Al.* (*d*) *Theophilo* (*e*) *Auguſt.* (*f*).

275 Hoc deinde dogma diſerte tenuerunt creditus vulgo *Triſmegiſtus* (*g*) pervetuſti *Aegyptii*, e quibus idem didicit graecus *Orpheus* (*h*) *Perſae* veteres (*i*) *Pythagoras*, & *Pythagorei* (*k*) *Stoici* (*l*) *Plato* (*m*) *Empedocles* (*n*) *Socrates* (*o*) *Zeno* (*p*) *Plotinus* (*q*) *Porphyrius* (*r*) *Proclus* (*s*) *Lucianus* Samoſatenus vel author alius dialogi *Philopatris* (*t*). E Poëtis vero *Epicharmus*, *Pindarus*, *Euripides* (*u*) *Homerus* (*x*) *Virgilius* (*y*).

Coele-

(*c*) In diatriba de coelo beatorum ſparſim ap. faſcicul. alias cit rarior. ac curioſior. ſcriptor. theologicor. de an. 1692.

(*d*) Strom. 5.

(*e*) L. 2. ad Autol.

(*f*) Lib. 22. civ. c. 25.

(*g*) In Poemand. c. 1. & in Aſclepio c. 6.

(*h*) Ap. *Diodor. Siculum* in bibliotheca hiſtorica l. 1. ſub fin.

(*i*) Ap. *Hyde* de relig. vet. Perſarum c. 10. p. m. 175. & alias.

(*k*) Ap. *Cl. Al.* ſtrom. 4.

(*l*) Ap. *Tertull.* l. de anima c. 54. & *Lactant.* inſt. l. 7. c. 20. At de ipſorum dogmate ſecus ſentire videtur *Epiph.* haer. 5.

(*m*) In Phoedon., in Phoedro, in Axiocho, in Timaeo, in ſympoſ. de repub. l. 6. de legib. l. 10. & alias. Ipſum late exponuut *Plotin.* ennead. 5. l. 8. c. 4. *Gataeus* in philoſ. gener. l. 3. c. 3. ſect. 1. §. 2. & alii.

(*n*) Ap. *Tertull.* proxime laud.

(*o*) Ap. *Tullium* 1. Tuſcul.

(*p*) Ap. *Lactant.* inſt. l. 7. c. 7. ſub fin.

(*q*) Ubi eum proxime laudavimus & alias.

(*r*) In vita Plotini cap. 17.

(*s*) Ex *Cenſorino* de die natali c. 18.

(*t*) Ap. *Dominic. de Colonia* ubi de Chriſtiana Religione, teſtimoniis Paganorum illuſtrata, tom. 2. c. 5. §. 10.

(*u*) Ap. *Cl. Al.* ſtrom. 4. ferme ſub fin.

(*x*) Odyſſ. l. λ.

(*y*) Aenead. 6. v. 744.

276 Coeleſtem beatitatem in dogmatis habuiſſe feruntur inſuper *Aethiopes*, *Perſae Mahumedani*, *Guebri*, *Brachmanes* veteres, recenteſque, *Siamenſes*, *Peguani*, permulti *Sinae* ex vetuſtiſſimis (z) ipſorumque ſurculi *Tunquinenſes*, *Formoſenſes*, *Japones*, priſci *Hyperborei*, *Americani* plerique, ut puta *Braſiliani*, *Caraibae*, *Hiſpaniolenſes*, *Mexicani*, *Peruviani*, *Virginienſes* (*a*). Plura in hanc rem pro uberiore confirmatione *Concordiae fidei & rationis* congerere liceret; ſed plurimi nobis otium fecerunt (*b*).

LIBER TERTIUS

De Infelicitate Hominis.

277 PORro haec Infelicitas in temporariam & aeternam diſpeſcitur: illa animos olim in Limbo Patrum adfecit, ac etiamnum adficit in Purgatorio; iſta vero decedentes in culpa cum originali, tum lethali certa ratione perpetuo cruciat. Rurſum aeterna tribuitur 1.° in completam, quae corpus & animum premit, & incompletam, quae animum duntaxat: 2.° in poſitivam, quae importat damna exſtantia, quae vocant poſitiva, & cognitionem de privatione beatitudinis, e. c. in adcolis gehennae; & negativam, ſeu privativam, quam ſubeunt limborum pueri abſque ullo exſtanti damno, & quin ſe unquam noverint beatitate privatos. Haec infelicitatis genera poſt expoſitam felicitatem pertractare, & doctrinae & methodi ratio expoſcit.

278 At non modo haec. Sub eodem quippe titulo, methodi opportunitatem nacti, agere inſtituimus de praecipuis capitibus, quibus *Theologia* de *Noviſſimis* continetur, ut puta de Prooemialibus vitae aeternae, ac de Receptaculis degentium extra viam; quae quidem bina & ferme potiſſima chriſtianae Religionis capita & erroribus pene innumeris impetita, & monumentis ſacrae vetuſtatis adſerta, & CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS, quum documenta ſuppetant, illuſtrata ordine demonſtrabimus.

CA-

(z) Uti perſpicue depromitur e lib. claſſico carminum & lib annalium Imperialium Sinenſium ap. *Noël* in philoſophia Sinica de an. 1711. p. 2.

(*a*) Ita laud. *Huet.* l. 2. c. 24. loquitur tamen abſque teſtibus, quos quidem mihi conferendos indicaſſet optarem.

(*b*) Conferendi itaque *Tertull.* laud. & in Apologet. c. 47. *Nazianz.* orat. 20. n. 44. *Euſeb.* pr. ev. l. 11. c. 27. *Eugub.* de per. philoſ. l. 10. c. 18. ſqq. *Raynaud.* de theol. nat. diſt. 8. q. 4. ar. 5. a n. 267. *VVindet* de vita functorum ſtatu ſect. 7. *Herbertus de Cherbury* de religione Gentilium, cap. 15. art. *praemium vel poena*, a p. m. 203. *Daniel Claſenius* in Theol. gentili l. 1. c. 15. ſqq. & l. 2. c. 11. in vol. 7. ap. theſaurum Gronovianum, *Gabr. Henao* in Empyreolog. l. 1. exſercit. 2. ſect 5. n. 81. ſqq. *Huet.* in qq. aln. l. 2. c. 24. *Stackouſius* in Theol. tom. 4. ſect. 1. de coelo, a p. m. 683.

CAPUT PRIMUM

De Prooemialibus vitae aeternae.

279 Haec plane illa ſunt, quae plerumque hominis ſtatum extra viam proxime praecedunt; videlicet Mors, Judicium privatum, Reſurrectio communis corporum, Judicium univerſale. Nimirum animum a corpore ſeparat Mors. Hanc excipit Judicium privatum, quo unuſquiſque judicatur privato examine. Quicumque praeterea mortui fuerint, ad vitam immortalem revocandi ſunt, & quidem vel privatim, ut puta qui cum Chriſto Domino e ſepulcro ſurrexerunt, vel ad diem Reſurrectionis communis. Omnes demum ſuſcitati Examine publico & univerſali judicabuntur, vel felicitate, vel infelicitate perpetua donandi.

280 Jam vero antequam haec placita orthodoxa dogmatice atque ſcholaſtice exponere adgredior, quidquid in ſingula peccatum eſt a neſcientibus veritatem, ſub uno capite hiſtorico, in plura membra tributo, ex inſtituto noſtro ob oculos ponere juvat.

PROLUSIO POLEMICA HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in Prooemialia aeternae vitae.

HISTORIA POLEMICA.

281 PRaetermiſſis Atheis, ac illis Irreligioſis, qui aut animae Immortalitatem, aut ſacrae Paginae certitudinem, aut aeternam quamlibet vitam neſcire impie adfectarunt, eos duntaxat heic praelibamus, qui circa prooemialia aeternae vitae a vero enormiter aberrarunt.

Itaque principio circa Mortem corporis

I. *Menander* Samaritanus, Simonis Magi diſcipulus, homo inſanienti ſimilis, quoddam confinxit gregalibus ſuis baptiſma, quo qui tingerentur promiſit illico futuros eſſe immortales & incorruptibiles, hoc eſt ſublatam fore ex eo baptiſmate omnem corruptionis, mortiſque cauſſam & modum; adeo ut intinctum corpus aeternum ſine morte perennaturum eſſet. Delirantis Magi veſaniam credere par eſt ex *Juſtino*, ajente (*c*) de Menandro „ Is ſectatoribus ſuis illud „ etiam perſuaſit, nunquam ipſos eſſe morituros „ Tum ex *Irenaeo* ſic effato (*d*), dixit Menander „ dare quoque per eam, quae a ſe „ doceatur, magiam, ſcientiam ad id, ut & ipſos qui mundum fe„ cerunt, vincat Angelos: reſurrectionem enim per id, quod eſt in „ eum baptiſma adcipere ejus diſcipulos, & ultra non poſſe mori, „ ſed perſeverare non ſeneſcentes & immortales „.

Sed & *Tertullianus* idem, ut credatur, enarrat, perſtringitque deli-

(*c*) In Apol. 1. n. 26. (*d*) Lib. 1, c. 23. n. 5. ſub fin.

delirium in haec verba (*e*) „ Publica totius generis humani ſenten-
„ tia mortem naturae debitum pronunciamus . Hoc ſtipulata Dei
„ vox , hoc ſpopondit omne quod naſcitur , ut jam heinc non Epicu-
„ ri ſtupor ſuffundatur , negantis debitum illud ad nos pertinere ,
„ ſed haeretici magi Menandri Samaritani furor conſpuatur , dicen-
„ tis , mortem ad ſuos non modo non pertinere , verum nec perve-
„ nire . In hoc ſcilicet ſe a ſuprema & arcana poteſtate legatum ,
„ ut immortales & incorruptibiles & ſtatim reſurrectionis compotes
„ fiant qui baptiſma ejus induerint „ Statim ut fatuitatis dogma
evincat , ad eos lepide quoque provocat inſanae magiae ſectarios ,
quos Menander in ſtygem merſit ſuam , ut immortales ſe ſiſtant .
Quin etiam Juſtino & Irenaeo diſertiſſimis verbis ſubſcribit *Euſeb.* (*f*)
& ſubdit „ Fuit hoc diabolicae calliditatis commentum , ut per ma-
„ leficos homines Chriſtianorum nomen falſo ſibi vindicantes ma-
„ gnum illud religionis noſtrae ſacramentum (Baptiſmum ſcilicet)
„ magicae artis infamia adſpergeret & eccleſiaſtica dogmata de ani-
„ morum immortalitate ac de mortuorum reſurrectione ludibrio ex-
„ ponere omnibus modis conaretur „ Sic retegit , exponitque Hiſto-
ricus fraudulentum Haereſiarchis placitum (*).

(*e*) Lib. de anima c. 50. & alias . (*f*) Hiſt. eccl. l. 3. c. 26.

ADNOTATIO.

(*) HAec quidem apud Juſtinum , Irenaeum , Tertullianum Menandriani dogmatis explicatio , quam amplexi ſunt *Nicephor.* hiſt. l. 3. c. 12. *Coccius* in theſ. t. 2. ubi de Noviſſimis , l. 10. ar. 1. *J. B. Coteler.* in recognitiones S. Clementi tributas ad lib. 3. p. 527. in nota. *Nourryus* in adpar. t. 1. diſſ. 1. c. 4. col. 3. *Cozza* in lib. S. Auguſtini de haereſ. ad haereſim 2. Sunt enim vero pereruditi ac ingenioſi Scriptores , qui ſecus illud intelligendum cenſent , rati utique non adeo uſque inſaniiſſe Menandrum , ut ſtatuerit ſuos confecto luſtratos baptiſmate morte naturali nunquam adfectum iri ; ita enim perpaucis ſuorum exemplis omnem prorſus fidem amiſiſſet , ſibilis ſummoque ludibrio exagitatus : immo vero Gnoſticorum more intenderit ſpondere baptiſmo ſuo initiatis adlegoricam animorum reſurrectionem , ſitam in agnitione ignoti Dei , arcanorumque haereticorum .

Quaſi vero impoſtoris dogma id praeferret : quiſquis meo initiabitur baptiſmate , illico ignorantiae morte diſcuſſa , velut de ſepulcro veteris hominis erumpet . In quem porro ſenſum dixit *Iren.* l. 2. c. 31. n. 2. ſub fin. apud Gnoſticos „ eſſe reſurrectionem a mor-
„ tuis (quam identidem venditabant) agni-
„ tionem ejus, quae ab eis dicitur, veritatis „ .

Tum explicatius *Tertull.* l. de reſ. carn. c. 29. in haec verba „ Nacti quidam ſollem-
„ niſſimam eloquii prophetici formam , ad-
„ legorici & figurati plerumque , non tamen
„ ſemper , reſurrectionem quoque mortuo-
„ rum manifeſte adnuntiatam , in imagina-
„ riam ſignificationem diſtorquent , adleve-
„ rantes ipſam etiam mortem ſpiritaliter in-
„ telligendam . Non enim hanc eſſe in ve-
„ ro , quae ſit in medio , diſcidium corporis
„ & animae , ſed ignorantiam Dei , per
„ quam homo mortuus Deo non minus in er-
„ rore jacuerit , quam in ſepulcro . Itaque
„ & reſurrectionem eam vindicandam , qua
„ quis adita veritate redanimatus & revifica-
„ tus Deo , ignorantiae morte diſcuſſa , ve-
„ lut de ſepulcro veteris hominis eruperit „ .

Iis igitur documentis , aliiſque conjecturis ſuffulti , in eam , quam indicavimus , Menandriani dogmatis expoſitionem deſcenderunt *Renat. Maſſuet.* diſſ. 1. in Iren. art. 3. §. 2. ubi de Menandro , n. 107. ſub fin. *Moſheim.* inſt. hiſt. chr. major. Sec. I. par. 1. c. 5.

§. 2.

II. *Flavius Joſephus* cenſuit, propter lapſum Protoparentum vitam breviorem fore, adcelerandamque ſenectutem ac mortem, ſic enim ille depinxit Deum adloquentem Protoparentes, vix lapſi ſunt (*g*), *Ex quibus citius adveniet ſenectus, & vita in longum vobis non producetur*. Inde vero male ſibi hebraeus Doctor perſuaſus videtur, Patribus illis noſtris non delinquentibus, vitam longiorem dumtaxat, tardioremque mortem eſſe futuram; quaſi vero eis Deus mortalitatem non promiſerit, ſi perduraſſent innocentes.

III. *Coeleſtius*, *Pelagius*, ceterique *gregales* explicatius Joſephi ſententiam tradiderunt. Sollemne quippe iis dogma fuit, primum parentem, etſi non peccaſſet, nihilo ſecius moriturum fuiſſe; atque adeo mortem in ejus poſteris non eſſe peccati poenam; quidquid oppoſitum ſaepius inculcarit *Apoſtolus* Romanos fidem erudiens, e. c. *Rom.* c. 5. 12. *per peccatum mors*, & 17. *unius delicto mors regnavit*, & c. 6. 21. *ſtipendia peccati mors* (*h*).

IV. *Pelagiani novi Anglicani* ſub an. circ. 1358. tum ſerius *Hebraei quidam* apud & cum *Mercero* Calviniano Symmiſta (*i*) antiquum,

§. 2. *Brucker.* hiſt. phil. t. 2. p. 681. ſqq.

Dicendum ne ergo Juſtinum, Irenaeum ac Tertullianum heic imperite caecutiiſſe, ac Menandri dogmatis ſenſum minime calluiſſe? Ego quidem melioribus deſtitutus documentis nec auſim, nec ullo adducar pacto, eis ut hanc dicam adpingam. Et vel idem Bruckerus eam erubeſcit adpingere, quippe qui ſic diſſertationem abſolvit „ Ceterum in „ tanta obſcuriſſimarum nugarum incertitu„ dine & veterum diſſenſu conjecturis uti, „ & res ipſa quaſi poſtulat, & aequitas ve„ niam promittit. Quare hanc quoque con„ jecturam noſtram lectoris relinquimus judi„ cio„ Bene eſt, ut virum prudentem decuit. Praeterquam quod idem Author paullo ante, nempe p. 665. adſeruerat, Menandrum ſuam revocaſſe philoſophiam ad immortalitatem vitae ex reſurrectione ſperandam.

Ecquis autem lector, qui nolit deſipere, judicarit ex animo Patres illos heinc doctiſſimos, illeinc vero haereticorum, quibuſcum quotidianis pugnis conflictabantur, dogmatum, vefaniarum, fraudum ſcientiſſimos, hac perſpicua in re miſere hallucinatos fuiſſe; quapropter jure veniant corrigendi oculatioribus poſteris?

Quod ſi in ſenſu adlegorico dogma effutiiſſent Menandriani, quemadmodum ſua jactitabant Gnoſtici; non ſecus illud Juſtinus, Irenaeus ac Tertullianus aperuiſſent, ac iſta ſaepe pervulgarunt in ſcriptis. Ac noverant iidem ſine dubio penitiſſime tam Menandri, quam Gnoſticorum haereſeos indolem & caracteres qua communes, qua diverſos. Menander itaque veram a morte immunitatem fictitio ſuo baptiſmate initiatis ſpopondit ſciens, prudens.

At cur ita? Dolo peſſimo, ſummaque injuria, quam egregie paucis expoſuit praelaudatus *Euſebius*, ferme ab cit. *Nicephoro* ſillabatim exſcriptus. Adquieviſſent, ſuſpicor, Euſebio, quos poſtremo loco dedimus, Authores, ſi eum pro re decidenda conſuluiſſent, ac potius in haeretico inſano & vaferrimo dolum timuiſſent, quam acutiſſimis Patribus ignorantiam imputaſſent.

Dogma itaque callidiſſimi praeſtigiatoris ii Patres vere, ſapienter, ac ſimpliciter enarrarunt; penitiorem ejus ſenſum retexit Euſebius.

Ex iis vero impiiſſimus hic ſycophanta inter veros circa articulum mortis Errones non videtur recenſendus; immo potius inter Errones circa ſacrum Baptiſmum, immortalitatem animorum, & corporum reſurrectionem; quae nempe ſancta dogmata fraudulento placito infidelis homo ludibrio exponere auſus eſt.

(*g*) Antiq. Judaic. l. 1. c. 1.

(*h*) Conf. *Auguſt.* haer. 88. & reliqua quae in hanc rem diſſeruimus *ſupra* in Tom. III. p. 127. art. VI.

(*i*) Hunc *ſupra* in citato loco adpellavimus.

quum, diuque obſoletum errorem ſuſcitarunt & palam profeſſi ſunt. Anne vero idem ulterius apud profanam aliquam ſectam obtinuerit, mihi prorſus inexploratum (*).

Deinde circa Judicium, cum privatum, tum univerſale liquet erraſſe qui nullum generatim Dei judicium poſt hominis mortem peragendum admiſerunt. Videlicet

Sadocaei ... Samaritani ... Barboriani, aliis *Borboriani*, & *Barboritae*, Gnoſticorum ſurculus ... pluresque ejuſdem furfuris Acatholici, quos poſtmodum ubi de Judicio univerſali ſermo erit, ne id ipſum ſaepius ingeminemus, recenſendos duximus.

Inſuper nominatim circa Judicium privatum

I. *Armeni Novatores* illud plerumque rejiciunt: immo erroris incuſant Latinos aliud adſerentes judicium praeter univerſale, quo, ex ſacro Codice, meritorum omnium facienda eſt retributio. Cenſent quippe cum ceteris vulgo Orientalibus, defunctorum animas in locis quibuſdam minime judicatas detineri abſque praemio vel poena uſque ad poſtremum judicium. Ita quidem ſignanter ex Ar-

ADNOTATIO.

(*) HUC fortaſſe non nemo ex ſententia *Catharini* inter errores hoc Prolufionis membrum concernentes illud reponat placitum, quod aliquibus palam propugnatum eſt, videlicet non omnes omnino homines mortem eſſe ſubituros; immo a generali mortis lege quam plures poſſe jure excipi. Quia enim abſque ulla exceptione loquitur *Paullus* quum decretum proponit generaliſſimum de morte ad *Hebraeos* 9. 27. *ſtatutum eſt hominibus ſemel mori*, tum de reſurrectione, quam non niſi mortuis obtinere licet, 1. ad *Corinth.* 15. 51. *omnes quidem reſurgemus*.

Inde vero quis illico ſubinferat, praefatum placitum ad ea, quae temeraria, erronea, contra fidem pugnantia dicuntur, hoc loci revocandum eſſe.

Ceterum ſi ejuſmodi ſcitum tale ſit, enormiter erraſſe dicendi ſunt perplurimi, & ii quidem graviſſimi, Eccleſiae Patres & Doctores, qui in ipſum conſpirarunt.

Exempli gratia, plurium inſtar, *Pſeudo-Juſtinus* in qq. ad orthodox. q. 109. *Tertullian.* de reſurrect. carn. cap. 41. 42. *Origen.* l. 2. contra Celſ. §. 65. *Chryſoſt.* hom. 42. in 1. Cor. n 2. & hom. 7. in 1. ad Theſſal, n 1. *Theodorus Heracleotes*, *Diodorus* Tarſenſ. Epiſc. & *Apollinarius* quidam ap. Hieron. ep iſt. ad Minervium & Alexandrum, 119. n. 2. & 8. in edit. Vallarſiana, olim 152. tum idem *Hieron.* epiſt. 59. ad Marcellam n. 3. alias 148. ferme *Auguſtin.* de 8. Dulcitii quaeſtionib. q. 3. ac diſerte l. 20. civ. cap. 20. *Anonymi*, *catholici & eruditi viri*, uti eos vocat vulgatus *Gennad.* de dogmat. eccl. c. 7. *Theodoret.* in 1. Cor. 15. 51. cum ceteris qui textum adlatum e 1. Cor. 15. 51. cum verſione graeca & Syriaca legunt „non omnes dormiemus„ quam quidem pluribus adprobari poſſe perdocte oſtendit *Eſtius* in eum locum.

Jam iſtos reliqui vulgo Doctores nulla propterea erroris nota inurere conſueverunt. Oppoſitam porro de univerſali omnium, qui in Adam peccaverunt, morte opinionem ceu probabiliorem tenent communius, & nos ipſam ſubſtinebimus, cum *Suar.* t. 2. in 3. par. diſp. 50 ſect. 2. *Eſtio* mox cit. & aliis: illam vero, de qua nihil ab Eccleſia definitum, vel ne quidem ut improbabilem carpunt. Nec in ea demum, ut fert communis noſtratum expoſitio, quidquam periculi eſt.

Atque adeo *Catharinus* ſubinde, qui in commentario ad laudatum e graeco codice Paulli locum eam temeritatis ac proterviae adcuſavit, ipſe potius tanquam temerarius ac protervus hac in re citato *Eſtio* traducitur.

menis Magiſtris *Joan. Orodnienſis* (k) *Vartanus* (l) *Vanachanus* (m) *Dattievenſis* (n) (*).

Patres itidem nonnulli privatum illud judicium pene ignoraſſe viſi ſunt. Nimirum

II. *Lactantius* haec effatur (o). *Nec tamen quiſquam putet, animas poſt mortem protinus judicari: nam omnes in una communique cuſtodia detinentur, donec tempus adveniat, quo maximus Judex meritorum faciat examen.*

III. *Ambroſius* idem ſentire videtur ubi ait (p). *Solvitur corpore anima, & poſt finem vitae hujus adhuc tamen futuri judicii ambiguo ſuſpenditur: ita finis nullus ubi finis putatur.* Iis praeterea concinunt, quae alias adſerit, confirmatque ex lib. 4. Eſdrae 7. 32. (q).

IV. *Pſeudo-Juſtinus*, qui IV. Chriſtiano Seculo ſcripſiſſe traditur, in eundem propendet ſenſum, inquiens ubi de judicio Dei ſermonem inſtituit (r). *Neque ante reſurrectionem vitae anteactae merces unicuique rependitur.*

V. *Theodoretus* Cyrenſis Antiſtes, egregius ſacri codicis Interpres (s). V. illum 39. *Et ii omnes teſtimonio fidei probati non adceperunt repromiſſionem*, hac exornat paraphraſi, *Expectat enim univerſorum Deus aliorum certamina, ut ſoluto ſtadio ſimul omnes qui vicerint victores renuntiet* (**). Prae-

(k) In lib. de haereſibus n. 7.
(l) In monitis ad Armenos cap. 5.
(m) In tract. de loc. animar.
(n) In lib. interrogationum.

ADNOTATIO.

(*) Iis porro *Galanus*, e quo dicta excepimus, reponit (in conciliatione eccl. Armenae eum Romana par. 2. tom. 2. quaeſt. 5 p. 102.) opponitque reliquos Armenos catholicos cum unanimi Eccleſiae adſenſu oppoſitum adfirmantes. Verum quod ſpectat dogma de privato judicio, nullo, quod optarem, id probat teſtimonio, ab aliquo ex Armenis Doctoribus orthodoxis petito.

Dogma nihilominus, alias urgentibus probationibus haud nimis obvium, adverſus eos Armenos ſolide ſatis vindicat argumentis e ſacro codice & ex Patribus qua occidentalibus, qua orientalibus, depromtis; tum ex pleriſque ſummorum Pontificum hac de re definitionibus, ad Armenos miſſis, & ab eiſdem olim reverenter adceptis. Eum conferas.

(o) Lib. 7. inſt. cap. 21. ſub fin.
(p) Lib. 2. de Cain & Abel c. 2. n. 9. ex editione Maurina.
(q) Lib. de bono mortis c. 10. n. 45. ex ipſa editione.
(r) In lib. quaeſtionum orthodoxis poſitarum a gentibus, q. 60.
(s) In caput 11. epiſtolae ad Hebraeos.

ADNOTATIO.

(**) Iis fortaſſe merito reliquos ex priſcis Doctoribus adjeceris, qui beatitatis procraſtinationem uſque ad extremum judicium tenuiſſe vidimus *ſupra* Proluſione proxima.

Qui nempe, ubi ferunt juſtorum animas in quibuſdam interea ignotis ſedibus, manſionibus, atriis, aut cuſtodiis diſtentas exſpectare extremum cum reſurrectione judicium, quo ipſis poſſidenda beatitas decernatur, aut privatum judicium praevium mihi denegarunt, aut illud non noverunt, ſed in eo penitus perſiterunt ſenſu, quo advocatos ſapientes mox loquutos audivimus.

Nec

Praeterea circa generalem corporum Reſurrectionem complurimi ferme omni ex claſſe homines variis ex capitibus miſere caecutiiſſe deprehenduntur, aut utcumque incuſantur. Videlicet

E Paganis

I. *Philoſophi veteres* anaſtaſim corporum ut immane commentum vulgo rejecerunt & exſibilarunt; quod diſcimus ex *Tertull.* ajente (*t*) *& ut carnis reſtitutio negetur, de una omnium Philoſophorum ſchola ſumitur*. Porro generale hoc Tertullianeum effatum ſuas patitur exceptiones; quia enim ex *Athenagora* (*u*) *reſurrecturos quidem mortuos, non noſtra tantum, aut nova perſuaſio eſt, ſed philoſophis etiam multis adprobata*, e. c. Stoicis, aliiſque mox producendis (*x*). At ex perpetuis ſapientum documentis conſtat, Paganos maximam partem in oppoſitam cum injuria dogmatis iviſſe ſententiam.

II. En tibi unum aut alterum e veteribus teſtimonium. Id autem ſibi ſtatuendum duxit *Aeſchylus* (*y*).

Semel mortuis nulla eſt reſurrectio.

III. Sic *Theocritus* cecinit (*z*).

Sperandum eſt vivis, non eſt ſpes ulla ſepultis.

IV. Idem *Catullus* ſub alio occinuit metro (*a*).

Soles occidere & redire poſſunt:
Nobis quum ſemel occidit brevis lux
Nox eſt perpetua una dormienda.

V. Eodem recidunt quae, licet obſcuriore ac minus grato carmine modulatus eſt *Lucretius Carus* (*b*).

Nec ſi materiam noſtram conlegerit aetas
Poſt obitum, rurſumque redegerit, ut ſita nunc eſt;
Atque iterum nobis fuerint data lumina vitae,
Pertineat quidquam tamen ad nos id quod factum,
Interrupta ſemel quum ſit repetentia noſtra (*c*).

Iis

Nec inſuper quid abſimile putaverim de iis, qui ex eadem Prolusione commentitium illud millenium ante poſtremum aeterni Judicis examen peragendum adlegoriis deluſi exſiſtimarunt.

Enim vero qui ex iis Patribus cenſuerunt cum reliquis orthodoxis Doctoribus, impiorum animos ſtatim poſt mortem corporis poenas luituros in bararhrum proruere, tenuerunt animo ſine dubio, praevium intercedere judicium, quo aequiſſima pro meritis ſententia, eiſque notiſſima proferatur. Quid enim naturae rei magis conſonum effingi poſſit?

Inde tamen e converſo colligere fas eſt, eos qui gehennale ſupplicium ad extremum uſque judicium differendum eſſe autumant, in proxima Prolusione recenſendi, quodlibet pro impiis examen praevium ceu penitus ſuperfluum ſerio repudiare, aut conſulto praeterire.

(*t*) De praeſcript. c. 7.
(*u*) In apolog. pro chriſtian. ſub fin.
(*x*) In Concordia fidei & rationis in iſtud dogma.
(*y*) In Eumenide.
(*z*) Idyllio 4.
(*a*) Ad Lesbiam.
(*b*) De rerum nat. l. 3. verſ. 859. ſqq.
(*c*) Vide ſub obſcuri carminis expoſitionem in rem noſtram ap. Interpretes Lucretii *Lambinum*, *Giſanium*, *Preigerum*, *Pium*, *Havercampum*.

Iis vero Stoicus hic ſtatuiſſe videtur, reſurrectionem non plane impoſſibilem eſſe, ſed tamen non exſpectandam (*d*).

VI. Quid ſimile perſuaſum erat *Plinio* hiſtorico, haec diſſerenti (*e*). *Nec magis a morte ſenſus ullus aut corpori, aut animae, quam ante natalem . . . Similis de adſervandis corporibus & reviviſcendis promiſſa a Democrito vanitas, qui & ipſe non revixit. Quae (malum) eſt iſta dementia, iterari vitam morte?* Quaſi nempe dixerit, dementiae eſt exiſtimare, mortem, quae vitae finis eſt, vitae alterius eſſe principium (*f*).

VII. Arabes demum *Harbaniſtae* ex Zabiorum ſecta commenti ſunt, *poſt periodum* 36425. *annorum abſolutam omnes animantium ſpecies interituras, ac deinde renovatum iri, natura univerſi in ſingulis terrae climatibus bina uniuſcujuſque ſpeciei paria de novo producente, atque ita ſeculum ſeculo continuo ſubcedere; nec aliam dari reſurrectionem* (*g*).

Quod autem in prioribus Eccleſiae Seculis *Pagani* quaſi agmine facto ſanctum dogma ab Apoſtolis, eorumque ſubceſſoribus pervulgatum in dubium verterint, pluribuſque ſarcaſmis & argumentis impetiverint, liquido conſtat ex iis bene multis documentis, quibus primores Patres, ut illorum dubiis & rationibus facerent ſatis, futuram anaſtaſim univerſalem urgebant ceu poſſibilem, decentem Deo, ab eodem diſerte revelatam, ſuae providentiae & aequitati ſumme conſonam.

Sic enim agentes adverſus Antidogmaticos Philoſophos *Athenagoras* (*h*) *Tertullian.* (*i*) *Origen.* (*k*) *Lactantius* (*l*) *Minutius Felix* (*m*) *Cyrill.* Hieroſol. (*n*) *Auguſtin.* (*o*) Sic & multo plures, quos brevitatis ſtudio miſſos facimus.

E Judaeis

I. *Judaei* quidem univerſalem aliquam carnis reſurrectionem ceu praecipuum ſuae fidei articulum (*p*) vulgo crediderunt, & permultis in commentariis urgere conati ſunt Rabbini Doctores ex Lege, Prophetis, & Hagiographis (*q*) ſed pleriſque tamen craſſis erroribus, foediſque naeniis permixtam: & quidem vel ex communi totius gentis, vel ex peculiari alicujus ſectae, ſeu privatorum aliquot Rabbinorum adſenſu. Itaque

II. *Phariſaei veteres* univerſalem reſurrectionem negarunt, ſeu mini-

(*d*) Conf. *Baelius* in lex. art. *Lucrece*.

(*e*) Hiſt. nat. l. 7. c. 55.

(*f*) Conf. *Harduinus* in hunc Plinii locum.

(*g*) Haec totidem verbis *Brucker.* in hiſt. phil. t. 1. p. 225. ubi de philoſophia veterum Arabum, ex *Shareſtanio*.

(*h*) In lib. de reſurrect.

(*i*) In lib. de reſurrect. carnis & ſaepe alias.

(*k*) Lib. 5. n. 14. ſqq. contra Celſum oppugnatorem anaſtaſis.

(*l*) Lib. 7. inſt. c. 22. 23.

(*m*) In Octavio n. 16.

(*n*) Catecheſi 18.

(*o*) Civit. l. 22. c. 5. & 25. & alias.

(*p*) Ex *R. Menaſſe* l. 11. de reſurrect. c. 15. & ex articulo 13. confeſſionis fidei judaicae ap. *buxtorf.* in Synag. jud. c. 3 p.m. 14.

(*q*) Plures ex iis ſparſim citatos habes ap. Bibliothecam Rabbinicam *Bartoloccianam*.

minime agnoverunt ; quatenus nempe ab Orientalibus edocti metempſychoſis cujuſdam genus adoptarunt , juſtorum animas de uno in aliud corpus tranſmigrare autumantes ; quum interim impii tenebricoſo carcere damnentur , quin iſtorum animae corpora unquam reſumant. Haec enim de dogmatibus ſuae Phariſaeorum ſectae literis conſignavit *Joſephus* (*r*) dicunt „ animam omnem quidem incorruptam „ eſſe , tranſire autem in alia corpora ſolas bonorum , improborum „ vero interminabili ſupplicio cruciari „ Subinde Phariſaei quidam Chriſtum Dominum Joannem Baptiſtam , ſive Eliam , ſive Hieremiam , aut aliquem ex antiquis Prophetis eſſe ſuſpicati ſunt (*s*) : tum Herodes Galileae Tetrarcha delata ad ſe fama miraculorum Chriſti Domini , Joannem ad vivos rediiſſe ſub aliis mortalis corporis exſuviis ſuſpicatus eſt (*t*).

Admiſſa vero hac in diverſa corpora unius animae tranſmigratione , haud facile dijudices quocum ex iis corporibus beanda reſurget anima ; & reliqua deinceps , uno adſumto , corpora reſurrectionis expertia jaceant oportet : quo plane rurſum univerſalis reſurrectio prorſus evertitur . Aut porro quum unum corpus plures induerit juſtorum animas , comminiſcendum eſt , multas animas nova penitus corpora reſumturas: quo ſaltem verum ſit omnes omnino homines reſurgere , eſto multa corpora in fumum abierint (*).

III. *Sa-*

(*r*) De bello jud. l. 2. c. 7. p. m. 685.
(*s*) Ex *Matth.* 16. 14.
(*t*) Ex *Marc.* 6. 16. & 17. ac *Luc.* 9. 9. & 10.

ADNOTATIO.

(*) AEthiopem dealbant , me judice , qui ut metempſychoſim ſectae Phariſaeorum abjudicent , producta Joſephi verba in alienum ſenſum violente nimis detorquent , adfingendo ſimplici hiſtorico quae plures interpretationum ambages poſtulant.

Metempſychoſim ſane Pythagorico-Platonicam Phariſaeis adtribuunt *Calmet* diſſ. de ſectis Judaeor. commentario in S. Marcum praemiſſa, *Baſnag.* t. 1. l. 2. c. 11. §. 1. ſqq. *Brucker.* hiſt. phil. t. 2. ubi de philoſ. judaica p. 754. ſq. *Serar.* in trihaereſio c. 4. *Pridaeus* in hiſt. Jud. t. 5. par. 2. l. 13. ad. an. 107. ante Chriſt. p. m. 68. *Jo. Schmid* diſſ. de ſecta Phariſaeor. c. 2. §. 3. & 4. *Paull. Slevogtius* in diſp. de metempſyc. Judaeor. a §. 10. *Henr. Opitius* exſercit. phil. de Phariſaeis §. 4. *Blaſius Ugolin.* in theſauro t. 22. diſſ. de trihaereſio §. 4. *Thom. Goodevinus* diſſ. de theocratia Iſraelitar. cap. 10. *Stackouſius* in theol. t. 3. c. 7. ſect. 2. *Budde.* introd. in hiſt. phil. hebr. §. 19.

Exinde vero fulciri poteſt documentum a Joſepho petitum; tum quod ex ſcriptis Judaeorum notiſſimum eſt , tranſmigrationis animarum dogma eſſe inter Judaeos receptiſſimum, quod pluribus oſtendit *VVindetus* de ſtatu vita functorum ſect. 5. p. m. 80. ſqq. tum quod Rabbanitae genuini Phariſaeorum diſcipuli & adſeclae quum ſint , credibile omnino eſt , eos a Phariſaeis hanc , quam enixe tuiti ſunt, tranſmigrationem excepiſſe .

Nihil porro nobis de iſto Phariſaeorum placito innoteſcit ex Evangelio , ſi excipias textum illum e Matthaeo petitum , qui ſecus etiam exponi poſſet percommode , quod nempe ſuſpicarentur illi Phariſaei , ſub ſpecie Chriſti Domini aliquem , qui ſurrexiſſet , Prophetam deliteſcere ; id quod confirmare poſſis ex *Luc.* 9. 18. nihil item ex *Epiphanio* ubi eorum errores exagitat , haer. 16. vel ex alio veteri ſcriptore .

At non omnia referre debuit Evangelium eorum placita . Ac eſto textus ille

Mat-

III. *Sadocaei* ſanctum dogma penitus abjecerunt, quod impiiſſime contra Phariſaeos pugnarent, animam una cum corpore interire ac

Matthaei expoſitionem praefatam excipere poſſit, huic nihilo ſecius neganti argumento, e ſilentio Evangelii, priſcorumque authorum petito, praeſtet quam maxime par eſt adfirmans noſtrum argumentum, diſerto Joſephi Phariſaei teſtimonio, ceteriſque vero ſimillimis conjecturis innixum. Recolendi *Authores* mox citt. abunde ſatis & praeclare de argumento iſto pertractantes. Sed ii tamen pleraque in probationem adjiciunt Judaeorum teſtimonia, quae quidem vereor ne Phariſaeos non ſpectent, ſed alias ſectas.

Et vero, inquis, utrumque, licet minus cohaerenter, placuiſſe potuit Phariſaeis admittere, & metempſychoſim & reſurrectionem, Cabbaliſtas aliquot imitatis. Praeterquam quod eos ſimpliciter tenuiſſe reſurrectionem adverſum Sadocaeos, liquet ex *Act. Apoſt.* 23. 8. ubi legere eſt „ Sadocaei „ enim dicunt non eſſe reſurrectionem, ne„ que Angelum, neque Spiritum; Phari„ ſaei autem utraque confitentur „.

Cetcrum, uti mox diſſeruimus, metempſychoſis illa aegerrime, ac ne vix quidem univerſali cum reſurrectione valet conſiſtere. Lucas vero non ait, quam Phariſaei confiterentur diſerte reſurrectionem, an univerſalem, an quamdam duntaxat peculiarem, eamque Pythagoricam, vel media metempſychoſi pro ſolis juſtorum animabus, qualem ſubinde aliquot poſt annos, ceu antiquam ſuae ſectae traditionem dogmaticam expoſuit Joſephus.

Ac ejuſmodi quidem reſurrectio ſufficienti erat Lucae argumento, ut Phariſaeos cum laude opponeret impiis Sadocaeis, qui per ſummum nefas quamlibet abjiciebant reſurrectionem, immo immortalitatem animorum, una cum futuro praemio atque ſupplicio.

In hunc ergo ſenſum intelligendus Lucas, & in eundem porro loqui debuerunt, ne minoris peritiae arguantur, ii omnes, qui cum citt. *Epiphan.* & *Serar. Calmeto* in dictionar. biblico art. *Phariſaei.* aliis, Phariſaeis dogma reſurrectionis ſimpliciter nulla adjecta limitatione adtribuunt. Conferendus *Jo. Druſius* in comment. de ſect. Judaeor. contra Serar. l. 2. c. 14. de dogmat. Phar. ubi de reſurrect.

Et haec quidem de erronea hujus ſectae ſententia ſub Seculum Apoſtolicum. Anne vero illam ſenſim ad amuſſim correxerit, vix Chriſtus Dominus de univerſali reſurrectione doctrinam in optimo lumine collocavit? Silent ceteri, quos viderim, Scriptores. Unus vero incunctanter adfirmat laudatus *Pridaeus* p. m. 69. ex edit. italica 1738.

Immo idem de omnibus generatim Hebraeis adſerere non dubitat in haec verba „ Hebraei eam de reſurrectione doctrinam a „ Chriſto elucidatam paullo poſt a Chriſtia„ nis didicerunt, ac deinceps ſemper ut iſti „ docuerunt. Omnes Hebraeorum libri, „ nullo demto, ubi agunt de dogmate reſur„ rectionis, idem quantum ad rei eſſentiam „ docent, quod Chriſtiani „.

Haec autem quo ſenſu adſeruerit Pridaeus, plane non adſequor. Quandoquidem apud adcuratiores rerum judaicarum Interpretes hucuſque laudatos occurrunt ſaepenumero poſteriores Rabbinorum libri, variis circa ſubſtantiam univerſalis reſurrectionis adſperſi erroribus, quos Chriſtiani Doctores cane pejus & angue oderunt, pluribuſque confutarunt.

Porro *Galatinus* de arcan. cath. verit. l. 12. c. 2. & 3. probandam ſuſcepit ex teſtimoniis Rabbinicis generalem mortuorum reſurrectionem virtute Meſſiae futuram. Verum praeterquam quod ea teſtimonia pauciſſima ſunt, rem minime conficiunt ut plurimum pro dogmate chriſtiano, quod tamen valde plura, ab Scriptoribus hoc capite memoratis congeſta, manifeſte corrodunt, immo evertunt.

Quod ſi Pridaeus loqui pertenderit de privata ſingillatim Phariſaeorum ſecta, eorumque libris Joſephi aetatem ſubſequutis, id exſerte admoniſſe par erat, ſimulque aperta teſtimonia e libris aliquot *poſteriorum Phariſaeorum* indicaſſe, quo noſtram ſibi fidem conciliaret.

Ego vero donec clariora eluceant documenta, adduci aegre potero ut credam, Judaeos chriſtianam univerſae carnis reſurrectionem vulgo tenuiſſe poſt praedicationem Servatoris noſtri.

ac in nihilum evaneſcere (*u*).

IV. *Samaritani* in crimen etiam vocantur quod carnis reſurrectionem abjecerint (*).

(*u*) Liquet ex *Matt.* 22. 23. *Marc.* 12. 18. *Luc.* 20. 27. *Act.* 23. 8. De hac Sadocaeorum inſania plura ap. *Philaſtr.* c. 5. *Epiph.* haer. 14. *Serar.* in trihaeres. l. 2. a. c. 18. *Druſ.* de ſect. Jud. l. 3. c. 12. n. 149. *Baſnag.* hiſt. Jud. l. 2. c. 6. §. 13. ſq. *Calmet* in diction. art. *Saducaei*. *Ugolin.* in theſauro t. 22. diſſ. de trihaereſio c. 10. §. 6. *Samuel Barthel* in ſchediaſmate hiſt. de Sadocaeis §. 4.

ADNOTATIO.

(*) ITA quidem *Philaſtr.* c. 7. *Epiph.* haer. 9. *Leont.* Byzant. de ſectis actione 2. *Gregor.* M. l. 1. in Job c. 15. edit. Maurin. *Damaſcen.* de haereſib. haer. 9. & 13. *Iccar* ſerm. 4. c. 31. ſub init. ap. & cum *Druſ.* de ſect. Jud. l. 3. in additione ad cap. 10. quibus adcedunt *Prateol.* & cit. *Calmet* art. *Samaritani*, necnon *Lequienius* in cit. haereſim 9. Damaſceni nota 2.

Ardenter tamen alii refragantur. Puta Cl. V. ille Britannus *Brianus VValtonus* prolegom. XI. in Biblia polyglotta n. 7. p. m. 76. col. 2. *Joſ. Scaliger* & *Anonymus* quidam ab eodem *VValtono* laudati, *Jo. Henr. Hottingerus* in exſercit. anti-morinianis §. 33. p. m. 39. ſq. *Hadrian. Relandus* in diſſ. de Samaritanis §. 11. p. m. 567. ap. theſaur. *Ugolini* vol. 22. *Jac. Baſnag.* hiſt. Jud. t. 1. l. 2. c. 4. §. 4. ſqq. *Brucker.* cit. t. 2. hiſt. phil. p. 665. quibus, citato VValtono, adſtipulari videtur *Nat. Alex.* in hiſt. vet. teſt. ad aetat. 6. mundi c. 1. art. 9. §. 1. ubi de Samaritanis.

Et ii quidem non uno fundamento ſubnixi. Nam ſi audias VValtonum, prima opinio calumnia eſt Samaritis a Judaeis infenſis hoſtibus inter alias adficta; illi enim ex *Joan.* 4. 25. & *Juſtin.* in dial. cum Tryph. expectabant Meſſiam; cum hac autem exſpectatione minime cohaeret reſurrectionis abjectio. Addit *Scaliger*, ex Chronico Samaritano ſatis probari eos tenuiſſe ſanctum dogma. Tum id ipſum Anonymus exinde concludit, quod Scriba ejus Chronici precetur a Deo remiſſionem peccatorum, ad calcem Chronici.

Hottingerus rurſum ad eandem ſcribae illius deprecationem provocat: contenditque errorem dolo eis impactum a Judaeis, ac vulgo perperam cum Sadocaeis confundi quoad hunc errorem & quoad alios, praeſertim ab Epiphanio, quem proinde §. 21. notaverat.

Relandus praeterea id ipſum urget. Ait non poſſe oſtendi hujus falſae adcuſationis fundamentum. Ut autem probet, eos non negaſſe dogma ſaltem ab eo tempore, quo habuerunt Chronicon Samaritanum (conſcriptum poſt Conſtantinum ſub chriſtianis Imperatoribus ap. *Calmet.* in dict. art. *Samaritani.* ex Hottingero) ex eo laudat caput 6. ubi vocatur dies ultimus *dies vindictae & praemii*, alias *dies reſurrectionis*; tum caput 7. quod habet, mortuos aliquos Moſen virtute Dei ſuſcitaſſe. His Hottingerum adjicit, qui Samaritas in Chronico Bibl. Mazarinianae ita loquentes inducit „ Reſurrectio „ unum eſt ac praecipuum ex religionis fun„ damentis, & una ex ejus baſibus „ in„ diſſert. philolog. theol. diſ. 1. par. 2. Quibus ſubnecti poſſent ſimilia teſtimonia e tribus epiſtolis, quas recentiores Samaritae conſcripſerunt, habenturque latio donatae ap. *Ugolin.* in theſ. t. 22. col. 649. ſqq.

Baſnagius vero carpit veteres primae ſententiae Authores, quod eam alii ex aliis abſque delectu & critice exſcriptam amplexi ſint; prae ceteris autem primores Philaſtrium ac Epiphanium, quod Samaritas cum Sadocaeis confuderint, ea nempe, quae ſunt iſtorum dogmata adverſum reſurrectionem, ſpirituum exſiſtentiam, animorum immortalitatem, illis inepte adjudicantes; quoniam, inquit rotunde, nullo adjecto documento „ Samaritae reſurrectionem crediderunt „.

Bruckerus denique, more ſuo modeſtior, ab ſententia Epiphanii diſcedit, quod Menander, qui ex gremio Samaritarum prodiit, ad immortalitatem vitae ex reſurrectione ſperandam totam pene philoſophiam ſuam revocarit. Provocat deinde ad eundem Epiphanium, fatentem haer. 14. Doſitheos ſecta Samaritanos ſanctum dogma propugnaſſe.

Conjectat praeterea inde forſan Samaritis falſo impactum eſſe hunc errorem, quatenus

V. *Talmudici* ſic olim opinati ſunt . 1.° Reaedificabitur futuro tempore corpus ex officulo ipſius (id vocant *Lus*) quod in ſepulcro ſuper-

tenus Sadocaei reſurrectionem abjicientes a Phariſaeis Chuttim, ſeu Chuttaei (quod alias nomen erat quaſi proprium Samaritarum) hoc eſt haeretici , more ſuo vocati fuerint ; ſubinde pronum erat Samaritis pariter adſcribi Sadocaeorum opinionem ; quibus nempe nomen commune erat.

Innuit demum ſuſpicari , anne Epiphanius hac in re Samaritas confuderit cum Sadocaeis , quum conſtet , ait , Epiphanium veterum ſectarum doctrinas inter ſe ſaepiſſime confudiſſe . Haec Samaritarum vindices .

Verum haud tanti ponderis ea ſunt & acuminis , ut Epiphanii praeſertim , qui accuratior habetur prae Philaſtrio , authoritatem prorſus elevent . Eam quippe nec infringit *VValtonus* : omnes enim Judaei Meſſiam exſpectant , & ex eiſdem pene innumeri in dogma univerſalis reſurrectionis enormiter peccant, quemadmodum & plerique Heterodoxi , qui in Chriſtum crediderant . Quid ? quod novum non eſt , pugnantia ab haereticis adſeri .

Nec *Scaliger* , quia teſtimonia , quae ait contineri in Chronico , non producit , nobis expendenda . Nec *Anonymus* ille , qui nec VValtono quidem probatur , quum nempe potuerit ſcriba Chronici remiſſionem petere comparate ad poenam temporalem hujus vitae , peccatis debitam . Ignotum deinde nobis eſt , an author ille Samarita fuerit , ac tum loquutus ex ſenſu & ſententia primaevorum Samaritarum , vel ex propria in melius commutata .

Nec inſuper *Hottingerus*, ad eaſdem preces incaſſum provocans ; nec certo documento ſuadens , hunc ſingillatim naevum eis , perperam confuſis cum Sadocaeis , per calumniam adpingi a Judaeis & Epiphanio . Alias quidem quaecumque iſti mala & improba de Samaritanis enarrant pro falſis & ſuppoſitis habenda erunt ; & eo tibi Samaritas Palaeſtinae Angelos .

Nec item *Relandus* , cui pariter urgenti parem committimus ſolutionem . Profecto ſi Epiphanius documentum adnotaſſet , quo fretus ſuam in Samaritas criminationem inſtituit , omnis diremta eſſet lis , immo nulla in hanc rem inchoata . Dum vero S. Doctor nullum adfert teſtem , jure utique credendus vera loqui e certo teſtimonio, quod praeterit , excepta , donec alio ex capite falſitatis convincatur . Dic autem quaeſo teſtem unum antiquiorem Epiphanio , ajentem Samaritas credidiſſe reſurrectionem dogmaticam ?

Et hoc quidem commune ſit oportet cum ceteris Patribus , aliiſque priſcis Doctoribus apud ſapientes fide dignis , qui plerumque nullo adnotato teſte , quae reſcire non poterant ſine teſte , adſerunt geſta eſſe . Sic enim in materia haereſum plurima adſeruerunt Irenaeus , Origenes , Tertullianus , Clemens Stromateus , Baſilius , Hieronymus , Theodoretus , alii , quibus porro incunctanter fidem praeſtamus , dummodo oppoſitum urgens ratio non evincat .

Chronicon illud Samaritanum , alias inſcriptum *Liber Joſue* , Arabicis caracteribus exaratum , a Joſeph Scaligero qui a Samaritis idem adceperat , Bibliothecae Leydenſi olim legatum , a pluribus exſcriptum , at neſcio an hodieque typis editum , ſine dubio (quidquid ſecus exſiſtimet *Reland.* §. 5.) valde recentius Epiphanio eſt , cui propterea de veterrimis Samaritis loquuto nihil omnino derogat .

Agit illud quidem de geſtis judaicis & Samaritanis „ ab exceſſu Moſis ad tempora „ Antoninorum Auguſtorum „ uti narrat *Joſ. Scaliger* epiſtolar. l. 4. ep. 362. Et vero multa in eo ſunt „ commentis Samaritanis „ incruſtata „ ipſo teſte *Scalig.* l. 7. de emend. temp. p. *669.* tum „ falſa continet , nec „ tanti eſt , uti a quibuſdam fit „ ajebant *Conſtantin. L'Empereur* & *Ludov. Cappellus* in literis datis ad *Hottingerum* , haec referentem in exſercit. anti-morin. ad calcem p. 107.

Plura itidem *Reland.* in cit. diſſ. a §. 12. ſpongia valde digna in eo reperit . E quibus , ut alia taceam , commentarius ille perquam dubiae atque ſuſpectae mihi fidei eſt , nec ſubinde dignus , cui circa dogmata Samaritarum deferatur authoritas adverſus Epiphanium . Quae demum proferuntur ex ſcriptis Samaritarum petita , noviſſima ſunt , nec hilum feriunt adſertum Epiphanianum in veterrimos Samaritas . Ceu verifimillimum plane credideris , juniores eorum abnepotes avitum mutaſſe dogma , quod in praeſentiarum apud ſectas heterodoxas quaslibet *monſtrum horrendum ingens* eſt .

Nec

ſuperſtes manet, nec unquam putreſcit. Hoc videlicet os, quod magnitudine ciceris in ſpina dorſi infimum eſt, principium illi conſtituunt producens corporis ſuſcitandi (*x*). 2.° ſoli Iſraelitae, neutiquam

Nec praeterea *Baſnagius*, qui ea facilitate, qua ſuam definitionem, vel ne quidem uno adminiculo fultam jactitat, exploditur. Millies porro varias haereticorum ſectas in eundem errorem conſpirare novimus & proferimus, quin propterea eas confundere jure arguamur. Quid autem mirum, Samaritas plane impios in eodem hoc anti-dogmate in odium Phariſaeorum cum Sadocaeis conveniſſe?

Non equidem laudo exſcribentes abſque examine ac delectu quidquid hiſtoriae majores noſtri tradiderunt. At vero quum Scriptor vetus alias fide dignus ac venerandae authoritatis rem enarrat ſimpliciter ut certam, aequitatis ratio poſtulat ut ei adquieſcamus, dummodo re diligenter expenſa, ratio urgens aliud non ſuadeat. Mihi vero nuda ſine probatione Baſnagii authoritas adverſus Epiphanium, ſuadebit nunquam.

Nec *Bruckerus* denique Epiphanianum adſertum labefactat. Menander, inquit, Samarita ſanctum dogma pro virili defendit: ſed & enixe oppugnavit Simon Magus, & idem Samarita: quid ergo potius illius, quam hujus opinio apud Samaritas tum temporis obtinuerit? Immo quod ii in dogmata quaeque Simonis abierint, ex eo conjecerit quiſpiam, quod ex *Juſtino* in dial. cum Triph. n. 120. ſub fin. Samaritae Simonem „ Deum ſupra omnem principatum & po„ teſtatem & virtutem eſſe dicunt„ quidni vero dogma illud libenter exceperint, quod ab ejuſmodi Deo ſuo profectum ſcirent?

Sed apage illationem Bruckero minus dignam. Quippe exploratiſſimum eſt apud Eruditos, paſſim ſectarum alumnos majorum placita repudiare, ac ſyſtemata nova, interdum antiquis quae imbiberant, prorſus adverſa procudere. Exemplo plurium inſtar idem eſto Menander, quem nempe Simonis diſcipulum vulgo habitum a priſcis Patribus cum *Juſtino*, adpellat jure Brucker. t. 2. p. 680. „ magis doctrinae & diſciplinae Simonianae „ aemulum quam ſectatorem „.

His adde, quod, eſto Menander animi immortalitatem & ſimul corporum reſurrectionem profeſſus ſit, quod poſtremum non omnibus certum eſt, non ita vero Menandri diſcipuli, qui utique, ſi fides *Nicephoro* hiſt. eccl. l. 3. c. 12. ſub fin. „ eccleſiaſtica de „ immortalitate animarum & reſurrectione „ mortuorum dogmata traducere atque „ evertere ſatagebant „.

Male deinde ſuae proſpicit cauſſae Bruckerus, quum provocat ad Epiphanium. Hic ſiquidem ubi citatur, conſtituta Samaritarum diſtinctione in quatuor ſectas, ubi quartam explicat de Doſitheis, hos ait ab aliis multipliciter diſcrepare, ac praeter alia reſurrectionem fateri, quam reliqui Samaritae rejiciunt. Quid vero haec aut adſertis Epiphanianis noceant, aut Bruckerianis faveant?

Conjectura alia a nomine *Cutthaei* peraeque Samaritis ac Sadocaeis adjecto petita, falſa utique Epiphanii criminatione ſubnixa, ſe ipſa cadit.

Fateor equidem, alias Epiphanium doctrinas veterum ſectarum inter ſe confundere, ſic enim ex aliis documentis aperte colligi conſtat; quod autem Samaritae ſanctum dogma tenuerint contra effatum Epiphanii, nullo adhuc vidimus firmo documento comprobatum.

Quod ſi haec Authoris ratio vel ſuſpicio conficiat quidquam, ſane nuſpiam fidem mereatur oportet Epiphanius, differens in Panario, ex quo S. Auguſtin. ſuum de haereſibus catalogum maximam partem mutuatus eſt, quod inſuper ille idem tanti nominis vir in ſchola Proteſtantium *Joſ. Scaliger* de emendat. temp. l. 6. p. 66. vocavit *eximium*, in elencho trihaereſ. p. 259. *divinum opus*, ibidemque p. 283. *ſcrinium antiquitatis chriſtianae*. Abeat igitur ab eruditiſſimo juxta ac cordatiſſimo Bruckero ſuſpicio, quae nullo heic poteſt documento fulciri.

Itaque quum tot tantorumque hoſtium argumenta ad trutinam librata nihil ſolidi deprehendantur conficere adverſus adſertum Epiphanii, alias pluribus probatum, ex regula mox praeſcripta ratum fixumque ſit oportet illud verum eſſe comparate ad ſectam aliquam veterum Samaritarum, quae ſubinde univerſae carnis reſurrectionem certo abnegarit. Hactenus Epiphanianae vindiciae.

(*x*) Lege *Baſnag.* in hiſt. Jud. t. 3. l. 4. c. 32. §. 17. p. 490.

Gentiles reſurgent ; nec enim niſi illis mortuorum reſurrectio & vivificatio promiſſa eſt (*y*).

Tum 3.° „ Tres reſurgent Hebraeorum claſſes & ſiſtent ſe ad „ diem judicii futuri. Prima eorum, qui perfecte ſunt juſti ; ſecunda improborum perfectorum ; tertia intermediorum, quorum iniquitates & juſtitiae pares ſunt. Perfecte juſti illico adſcribentur „ & obſignabuntur ad vitam aeternam : impii perfecti ſcribentur & „ obſignabuntur illico ad gehennam (*z*) . . . 4.° Intermedii deſcendent in gehennam & ibi per duodecim menſes plectentur. Elapſis „ duodecim menſibus corpus eorum conſumetur & anima comburetur, cinereſque diſperget ventus ſub plantis pedum juſtorum (*a*).

5.° „ Hebraei juſti, qui in captivitate mortui ſunt, reviviſcent „ quando Redemtor (id eſt Meſſias) veniet . . . poſtea morientur „ vice ſecunda & reviviſcent in vivificationem mortuorum, & quum „ fuerint in ſeculo venturo neque edent, neque bibent, ſed Majeſtatis divinae ſplendore fruentur „ (*b*). Apud alios vero ex Talmude & Gemara (*c*) duplex iſta reſurrectio juſtis ſaltem omnibus Hebraeis communis erit . . . 6.° Qui reſurgent, certis induti veſtibus adparebunt (*d*).

7.° „ Hebraei mortui & ſepulti in terra Canaam primi omnium „ in diebus Meſſiae reviviſcent (*e*) „ ; iis vero, qui extra terram Canaan ſepulti ſint „ Deus fecit ipſis profundas cavernas in terra, „ per quas tamdiu ſeſe volvunt, donec in terram Iſraël perveniant, „ quo poſtquam pervenerint naribus illorum Deus ſpiraculum vitae „ inſpirabit, ita ut reſurgant „ Plura de iis lepidis volutationibus ferunt alii libri judaici (*f*).

Nimirum ſollemnia haec apud Hebraeos uſurpantur proverbia „ Longe praeſtantior ac dignior habetur is, quem vivum colligit „ terra Iſraëlis, quam is quem colligit poſt mortem „ Tum illud praecipue „ Sepultus in terra Iſraëlis eſt quaſi ſepultus eſſet ſub altari „ Qua de cauſſa Judaeorum plerique (*g*) hoc ſolo nomine terram Iſraëlis, ſibi cariſſimam adire conſuerunt, ut poſt mortem corporibus ſuis quietem concilient & de ſua reſurrectione tanto ſint certiores. Vide hominum coecitatem.

VI. *Cabbaliſtae* praememoratis deliriis haec adjiciunt. 1.° Juſti duntaxat ex gente Iſraelitica reſurgent, minime impii. Ita plures *Rab-*

(*y*) Ita ex Talmude, aliiſque libris Hagiographis plerique Rabbini, quorum hebraicos textus producit ac latine vertit *Buxtorfius* in Synagoga judaica cap. 3.

(*z*) *R. Bechai* ex Talmude ibidem.

(*a*) Haec ibidem *Bechai* Talmudem interpretans. Alii vero cum *Aben Ezra* & *R Saadia* tenuerunt, eos impios aeternum in gehenna plectendos.

(*b*) *Aben Ezra* in Daniel. 12. 2. & Iſai. 65. 22. ap. cit. *Buxtorf.*

(*c*) Referente laudato *Baſnag.*

(*d*) Ap. cit. *Baſnag.* ex eiſdem documentis.

(*e*) *R. Chelbo* ap. librum Tanchuma, qui eſt commentarius in Pentateuchum.

(*f*) Ap. cit. *Buxtorf.*

(*g*) Ut teſtis auritus eſt idem *Buxtorf.*

Rabbini (*h*) quibus adſtipulatur *R. David Kimchi* (*i*) ſic quaſi ex tripode rem definiens „ Impiis non erit reſurrectio ; immo peribit „ anima ipſorum ſimul cum corpore in die mortis „ . . . 2.° Homo per revolutionem tria corpora adcipiet ; in uno vero is reſurget , cetera in nihilum redigentur (*k*) (*).

Ex Heterodoxis chriſtianum nomen jactantibus

I. *Simon Magus* dogmaticam univerſae carnis reſurrectionem penitus rejecit (*l*) (**). II. *Co-*

(*h*) Cum *Majemonide* & *Iſaaco Abarbanel* ap. Bergerum in Cabbaliſmo judaico-chriſt. cap. 3. §. 35. tum *Joſeph Albo* ap. Baſnag. cit.

(*i*) In Pſal. 1. ap. praecit. *Buxtorf.*

(*k*) Ex lib. Sohar tit. 11. de porta retrib. §. 40. ap. eundem Berger. Conferendus famoſus ille Cabbaliſta *R. Loria* in comment. de revolutionibus animarum cap. 15. §. 15. Exſtat ap. Henr. Morum in Cabbala denudata.

ADNOTATIO.

(*) Celeberrima quidem eſt apud Talmudicas traditiones pompa illa , qua reſurgentes Hebraei , ex omnibus nationibus & mundi partibus congregati , in terra Canaam tum melle & lacte fluente , magnificentiſſimo quodam adparato convivio recipiendi ſunt a Meſſia .

Tunc vero , inquiunt , feliciſſimum ducent ſtatum Judaei in patria ſua ſub Meſſia , qui matrimonium cum ſpecioſiſſima e numero puellarum Iſraëlitidum inibit . Nullum amplius bellum in terra erit , ſed inter homines & feras ſumma pax . Terra ſponte dabit fructus ſuos , & aër ſaluberrimus adſpirabit , quin ullam elementa moleſtiam inferant . Nec ullus peccati fomes .

Dominabitur populus Iſraël uniuerſo orbi , totuſque ipſe ad Creatorem converſus ejus juri , legibuſque ſubjicietur . Inſtaurabit Dominus templum Hieruſalem ſub ea forma quam Ezechiel viderat , ac Hebraei pretioſis amicti veſtibus inſtar ſacerdotum unctorum , Domino conſecratorum, cunctis adſpectabiles gentibus ambulabunt .

Haec ſumma fabuloſae traditionis , & variis Teſtamenti veteris locis ad ſuum palatum prave detortis confictae , quam inter alia judaica documenta praefert libellus quidam hebraicus , cui titulus *Pulvis aromatarius* , apud cit. *Buxtorf.* cap. 50. a p. m. 721.

Et hoc procul dubio millenarium illud Chriſti , ſeu Meſſiae regnum , a Judaeis pro ſua duntaxat gente ineptiſſime tamdiu excogitatum & invectum , ex adſertis in ſuperiore Proluſione p. 101. ubi de Chiliaſtis . Ex hoc autem ſyſtemate, opinantur Eruditorum nonnulli cum cit. *Baſnagio* l. 4. c. 32. §. 18. , ſuapte natura conſequi dogma illud , quod impia Judaei non reſurgent , quippe qui millenium in illud beatiſſimum nulla ratione admittendi ſint .

At mea tamen ſententia , minime illud conſequitur ; valde ſiquidem inconnexa ſunt beatitas judaici millenii non niſi ab hebraeis juſtis digniſque obtinenda , & non reſurrectio impiorum hebraeorum . Quid enim prohiberet quominus , dignis millenio potientibus , indigni reſurgerent in oſtenſionem divinae juſtitiae & aequitatis , mox poenas daturi apud inferos corpore ſimul & animo , quemadmodum & juſti in effecto illo millenio meritorum praemium adſequerentur ?

Luculento demum hujuſce craſſae inconſequentiae argumento ſunt Patres , ceterique orthodoxi ſcriptores , conſimilis millenii pro juſtis duntaxat futuri olim adſertores ; nullus quippe eorum ſomniavit , ex eo adſerto ſuapte natura conſequi, non fore reſurrecturos impios , utpote ab ea conficta beatitate alienos : utriſque nempe ceu rationi ac divinae aequitati valde conſonam reſurrectionem conſignarunt , & juſtis videlicet millenio beandis , & impiis apud inferos contorquendis .

(*l*) Ex *Philaſtr.* c. 19, *Epiph.* haer. 21. *Aug.* haer. 1.

ADNOTATIO.

(**) Zamorenſis *Caſtrus* in comment. adverſus haereſ. art. *Reſurrectio.* haer. 1. videtur Simonem ab eo antidogmate vindicare , quod hoc ſilens ei non adpingat *Tertullianus* in libro de haereſibus , ubi reliquos Simonis errores percenſet . Quinam vero

II. *Corinthii quidam* dixerunt, *quoniam resurrectio mortuorum non est*, teste Apostolo *Paullo*, qui (*m*) ex resurrectione Christi Domini, aliis-

vero hic Tertulliani liber? Porro non alium esse puto quam *Indiculum haeresum* Tertulliano olim vulgo, sed falso inscriptum.

Haec sane non ita pridem de isto Indiculo fama apud Editores & Interpretes operum Tertullianeorum cum *Quintino*, *Rhenano*, *Renato Laurentio*, *Lacerda*, *Pamelio*, qui nempe illum plerumque libro de praescriptionibus adversus haereticos sub initium capitis 45. adjectum exhibuerunt, ceu praecedentibus omnino consentaneum: quoniam hucusque Author differuerat generatim de praescriptionibus, aut exceptionibus quibus catholici valeant calumniosas haereticorum intentiones depellere; deinceps vero speciatim jam singulos proponit haereseon authores, qui quasi judicio contendere non verebantur in Ecclesiam Christi.

Ita quidem explicat *Pamel.* ea Tertulliani verba sub cap. 45. „ Sed nunc quidem „ generaliter actum est a nobis adversus haereses omnes, certis & justis & necessariis „ praescriptionibus repellendas a conlatione „ scripturarum. De reliquo, si Dei gratia „ adnuerit, etiam specialiter quibusdam „ respondebimus „ Et iis tandem, quibus desinit Author, adnectunt Interpretes Indiculum, qui etiam in plerisque mss. ab hoc tractatu sejunctus erat ac in aliis operi de praescriptionib. praefixus, praeferentem adusque caput 53. veteres haereticos a Simone ad Praxeam, praemissis quatuor Judaeorum sectis.

Ceterum apud recentiores Eruditos ferme una omnium vox est, adjectum indiculum foetum non esse Tertulliani, sed Anonymi pene aequalis. Sic enim ex junioribus Interpretibus *Rigaltius*, *Ambianate*. Ex alia vero Eruditorum classe *Labbeus* in diss. sup. script. eccl. in Tertulliano, *Caveus* hist. lit. etiam in Tertulliano, *Pagius senior* in critice Baron. ad an. 171. n. 4. *Nourrysus* in adpar. t. 1. col. 821. sq. *Dupin.* in biblioth. *Tillem.* & *Fleur.* in hist. eccl. ubi de Tertulliano.

Quoniam, inquiunt, esto Catalogi stilus non absimilis Tertulliano sit, uti Rigaltio, una cum reliquis antiquioribus Interpretibus jure visum est, quidquid contra censeat *Caveus*, nihilo secius in Catalogo narratur haeresis Montanistarum sub cap. 52. dicentium „ Paracletum plura in Montano „ dixisse, quam Christum in Evangelio „ protulisse, nec tantum plura, sed etiam „ meliora atque majora „ Haec autem Tertulliani absdubio non sunt, qui Montanistis adhaerebat. Nisi forte ante discessum ab orthodoxa ecclesia illum exaraſſet una cum tractatu de praescriptionibus, aliisque quos vide sis apud *Bellarmin.* de script. eccl. in Tertulliano.

Quod insuper addebat Tertullian. ad finem libri de praescript. „ se se specialiter „ quibusdam responsurum haeresibus, ad„ nuente Deo „ illud porro praestitit libris adversus Valentinianos, Praxeam, Marcionem & alios, minime vero illo, de quo differimus, opusculo; in quo videlicet indicantur duntaxat haereses, non confutantur.

Addunt, opusculum illud in antiquo exemplari Agobardi, quod adservatur in bibliotheca regia Francorum, desiderari, in quo nempe liber de praescriptionibus sic desinit „ Contra haereticos explicit „.

Non adeo quidem haec urgent, me judice, ut rem conficiant; at verosimiliorem satis ostendunt, ubi praesertim pars opposita, quod nempe Indiculus sit genuinus Septimii foetus, nullo potest adserenti comprobari argumento, quod litem dirimat. Dignus sane ille Septimio est, id vero ut ipsi certo adjudicetur esse satis quis dixerit?

Jam vero quod obscuri & incerti scriptoris silentium adserentium Philastrii, Epiphanii, Augustini authoritati praestet, nullus, reor, sani judicii homo disputaverit. Parcendum tamen doctissimo Castro, tum temporis haec scribenti, quum nondum super illum indiculum Critices lumen adfulserat.

Exinde nihilominus jure revincendus, quod in eodem articulo refert & ponit errorem adversus Resurrectionem nonnullis haereticis adsertum ab aliquibus Patribus, ab aliis vero silentio obvolutum. Nec enim Patres quilibet singulos omnium haereticorum retulerunt errores, sed ii aliquos duntaxat, illi alios, e quibus deinceps una congestis integram excipimus errorum ferme omnium historiam.

Nihil itaque prudentem Castrum movere debuit exsistimati Septimii silentium circa haeresim Simonis, quam alii a se adducti Patres testabantur.

(*m*) 1. *Cor.* 15. 12. sqq.

aliisque verisimillimis conjecturis Corinthiis veritatem dogmatis ceu solide ac prudentissime credibilem commonstrat . Iis subnectendi *Hymenaeus* & *Philetus*, *qui* itidem, eodem teste *Apostolo* (*n*) *a veritate exciderunt, dicentes resurrectionem esse jam factam, & subverterunt quorundam fidem* (*).

III. *Grex* deinde haereticorum multiplex (ut plures uno fasce colligatos notemus) cum veterum, tum recentiorum adversum dogma resurrectionis communi quasi adsensu conspirasse fertur apud Interpretes nostros Haereseologos . Nimirum e veteribus illud nominatim rejecerunt *Basilidiani* (*o*) *Valentiniani* (*p*) *Gnostici* (*q*) *Cajani* (*r*) *Marcionitae* (*s*) *Apelles* (*t*) *Cerdoniani* (*u*) *Carpocratiani* (*x*) *Archontici* (*y*) *Severiani* (*z*) *Origenes* (*a*) ejusque sectatores, qui *Origenistae* audiunt (*b*) *Ophitae* (*c*) *Manichaei* (*d*) *Proclianitae* (*e*) *Hierachitae* (*f*) *Seleucus* & *Hermias* (*g*) *Burdesanes* (*h*) *Priscillianistae* (*i*) *Marcus* quidam (*k*). Anne hic Marcus ille Marcosiorum dux, cujus naenias late explicat *Irenaeus* (*l*) quem recitat *Epiphan.* (*m*)? Et vero tot inter nugas ineptissimas dogma nostro adversum desidero . *Colorbosii* denique (*n*). E re-

(*n*) 2. ad *Timoth.* 2. 18.

ADNOTATIO.

(*) ANne iis adnumerandus insimul *Alexander* ille *aerarius* opifex, qui ex 1. *Timoth.* 1. 20. una cum *Hymenaeo* circa fidem naufragavit, & ex 2. *Tim.* 4. 14. multa mala Paullo ostendit? Sunt ex sacris Interpretibus qui ajunt, eosque sequitur *Prateol.* in Alexandro aerario.

Quippe exsistimant, unum eumdemque esse Alexandrum, de quo in utralibet mox citata ad Timoth. epistola loquitur Paullus: tum esse in eadem haeresi socium Hymenaei ejusdem, quem primum produximus.

At me tamen judice, ominantur omnes; nihil enim ex adductis ab Apostolo locis certi sive satis probabilis extundi posse censemus. Quis enim exinde satis adposite eruerit, de uno utrobique Alexandro sermonem instituisse Paullum? Tum eundem esse Hymenaeum, de quo in utraque epistola idem Apostolus loquitur? Tum denique Alexandrum aerarium fabrum in eundem certo abiisse errorem adversus resurrectionem, quem vidimus Paullum Hymenaeo adtribuisse?

Inde vero in albo Erronum hujus capitis minime Alexander ille aerarius, esto alias flagitiosissimus, & sanctae fidei infensus hostis, conscribendus. Plura, nec vulgaria quidem in hanc rem *VValchius* in miscellaneis sacr. l. 1. exercit. 4. de Hymenaeo & Phileto, quem conferas.

(*o*) Ap. *Theodoret.* haer. fabul. l. 1, c. 4.
(*p*) Ap. *Augustin.* haeresi 11.
(*q*) Ap. *Tertull.* l. de resur. carn. c. 29. ubi detegit fraudulentos sermones, quibus quam non credebant resurrectionem venditabant.
(*r*) Ap. *Aug.* her. 18.
(*s*) Ap. *Theod.* l. 1. c 24. ac *Tertulliau.* de carne Christi c. 1. de resurrectione carnis c. 2. & alias.
(*t*) Ap. *Tertull.* proxime cit.
(*u*) Ap. *Aug.* haer. 21
(*x*) Ap. *Philastr.* c. 35. & *Aug.* haer. 7.
(*y*) Ap. *Aug.* haer. 20.
(*z*) Ap. ipsum *Aug.* haer. 24.
(*a*) Ap. *Epiphan.* haer. 64. n. 4.
(*b*) Ap. *Aug.* haer. 43.
(*c*) Ap. Indiculum haeres. proxime citandum c. 47.
(*d*) Ap. *Theodoret.* l. 1. c. 24.
(*e*) Ap. *Philastr.* c. 56.
(*f*) Ap. *Aug.* haer. 47.
(*g*) Ap. *Philastr.* c. 55.
(*h*) Ap. *Epiphan.* haer. 56. n. 2.
(*i*) Ap. *Leon.* P. I. epist. ad Turibium 15. edit. Quesnellianae cap. 8.
(*k*) Ap. *Aug.* haer. 14.
(*l*) L. 1. c. 9 sqq.
(*m*) Haer. 34.
(*n*) Ap. Indiculum haeresum libro Tertulliani de praescript. adjecto, cap. 50.

E recentioribus vero in cenſum Anti-dogmaticorum turmatim referri poſſunt *Albigenſes* (*o*) & *Valdenſes*, quos plures e veteribus cum Manichaeis & Albigenſibus confundunt, quantum ad aliquas ex perpluribus factionibus in quas haec infanda haereſis diſſecta eſt : nimirum Valdenſes *Patareni*, alias *Paterini*, *Patrini*, *Publicani*, *novi Cathari* (*p*) *Albigenſes Bagnolenſes*, *Concoretiani* (*q*) *Ortlibenſes* (*r*) *Pedemontani* (*s*).

Tum praeterea *Almaricani*, diſcipuli Almarici (*t*) *Davidici*, alias *David-georgiani*, a duce *Davide Georgio* nomen ſortiti (*u*) *Homines intelligentiae* (*x*) *Calvinus* ſub aliquo ſenſu (*y*) *Libertini recentiores* (*z*). Sed & alios ſingillatim decurſu hujuſce capitis adtingemus (*).

IV. *Ano-*

(*o*) Ap. *Petrum* monachum Vallis Cernai in hiſt. Albigenſium cap. 2. quem ferme ceteri exſcripſerunt, quidquid de hoc eorum errore dubitare adfectet *Georg. Calixtus* in l. de immor. an. & reſurrect. carn. c. 4. §. 21.

(*p*) Apud *Anonymum* Authorem diſputationis inter catholicum & Paterinum haereticum cap. 10. Exſtat ap. *Marten.* t. 5. anecdotor. col. 1705. ſqq. Et conſtat ex *Bonacurſu*, illorum olim Magiſtro Mediolani, in confeſſione haereſis Catharorum edita ab *Acher.* in ſpicileg. t. 13. p. 63. & ex aliis documentis mox indicandis.

(*q*) Ap. *Peregrinum Priſcianum* in cod. mſs. quem edidit *Murator.* in antiq. ital. t. 5. diſſ. 60. a col. 93.

(*r*) Ap. *Reiner.* in tr. contra Valdenſ. c. 6. ad tom. 25. bibl. PP. Lugd. p. 267.

(*s*) Ita nonnulli ap. *Thuanum* hiſt. l. 5. ad an. 1550.

(*t*) Ap. *Caeſari. Heiſterbachenſ.* in hiſt. mirac. illuſtr. l. 5. c. 22.

(*u*) Ap. *Lindan.* in dubitantio dial. 2.

(*x*) Ap. noſtram *Hiſt. D. P.* pag. nunc 451. ex Haereſeologis junioribus.

(*y*) Uti videtur ex epiſtola Farelli ad ipſum, quae eſt 78. inter Calvinianas menſis April. 1549. ap. *Gaulter.* p. 784.

(*z*) Ap. eundem *Calvin.* in inſtruct. adverſus ſectam Libertinorum c. 22. ubi eos ſtrenue inſectatur, ap. t. 8. ejus oper. p. 395. ſqq.

ADNOTATIONES.

(*) I. DE ſenſu Origenis circa reſurrectionem corporum famoſiſſima eſt jam ab aetate Hieronymi, immo ejuſdem Origenis, diſceptatio, iis eam negaſſe, illis adſeruiſſe pro virili contendentibus. Eum nempe incuſant erroris, una cum cit. *Epiphan.*, *Hieron.* epiſt. olim 59. ad Avit. c. 1. *Theoph. Alexandr.* epiſt. paſchali 2. *Damaſcen.* de haereſ. *Photius* in libello de ſynodis, *Harmenopul.* de ſectis, alii.

Ipſum contra vindicat *Pamphilus* Mart. in apol. pro Origene ſub titulo, quomodo ſentiebat Origenes de reſurrectione ex primo eius lib. de reſurrect. (qui periit) ubi manifeſtiſſima exhibet documenta pro ſana ejus fide in ſanctum dogma ; ipſique deinde Pamphilo adſtipulantur *Huet.* in Origenianis l. 2. q. 9. §. 4. ſqq. a p. 131. *Halloix* in Origene defenſo l. 4. q. 4. §. 5. in reſponſione ad object. 4. a p. 283. alii.

Ego vero, perpenſis adcurate Origenianis documentis pro utraque parte adferri ſolitis, nonnihil utrique lubens concederem. Aperte ſiquidem ſeſe prodit Authoris inconſtantia & fluctuatio in ejuſmodi argumento, praeſertim ſi pro certo habeatur ejus de animae creatione & corporatione ſyſtema, quocum nempe debuerit ſapientiſſimus alias & acutiſſimus vir ceteras ſuae doctrinae definitiones ſyſtematice connectere atque ad unguem conformare.

Videtur quippe ſine dubio haud raro ſibi inconſtans Origenes & utrinque ſalebroſarum difficultatum pondere oppreſſus heic cum infidelibus reſpuere quae illeic cum orthodoxis ſaepe adprobat. Recole cit. *Huet.*

II. Circa Manichaeos opportune monemur a cit. *Beauſobrio* in hiſt. Manich. t. 2. l. 8. c. 5. n. 6. errorem contra reſurrectionem & nomen *impiorum*, & mala graviſſima ſectae adtuliſſe apud Perſas, immo Haereſiarchae Manetis extremum mortis ſupplicium. Haec

fuſius

IV. *Anonymi Arabes*, Auguſtino (*a*) *Arabici*, ſub an. circ. 246. contenderunt hominum animos una cum corpore mori ac deinceps reſurgere. Ii tamen Novatores, inſtituta in eam doctrinam diſputa-

fuſius idem author explicat in t. 1. l. 2. c. 4. n. 4. p. 204. ſq.

III. Albigenſes, hoc titulo nuncupati ab Alba civitate Galliae, ubi ſecta dicitur ſumſiſſe exordium, uti enarrat *Matth. Paris* in hiſt. Anglicana p. 231. n. 4. hoc eſt, ut proſequitur *D'argentr.* proxime adducendus, in Alba Auguſta, quae civitas non longe a Toloſa ſita eſt in Aquitaniae regione juxta ripam Tarnis fluvii, & Albium vulgo vocatur; iſti inquam Albigenſes eo ſenſu proprie dici poſſunt Manichaei, quod plura ex iis placita cooptarint, ac illud prae primis famoſum de duobus principiis ap. *Caeſar. Heiſterbachenſem* in hiſt. illuſtr. mirac. l. 5. c. 21. ubi errores Albigenſium exponit.

Merito exinde novi, & veri Manichaei habentur vulgo & declamantur apud noſtrates ſcriptores cum veteres, tum recentiores; quidquid injuria & dolo malo repugnent Proteſtantes cum *Baſnagio*. Lege *Pluchetum* in hiſt. haereſum, errorum & ſchiſmatum art. *Albigenſes*.

Anne vero iidem perinde confundi poſſint cum Valdenſibus? Adfirmant quidem vulgo Proteſtantes cum *Pleſſaeo* in ſuo myſterio iniquitatis, ac e noſtratibus aliqui cum *Matth. Paris* ad an. 1223. *Mariana* in praefat. ad commentarios Lucae Tudenſis §. *Locus*. *Gretſero* in prolegomenis in ſcriptores contra ſectam Valdenſium cap. 1. ap. biblioth. PP. Lugd. t. 25. p. 252. col. 1.

Immerito tamen; quandoquidem, eſto Valdenſes Manichaeae etiam ſectae propagines fuerint, atque adeo jure *Manichaei novi* adpellati ap. cit. *Ricchin.* diſſ. 1. c. 1. & 2., tum in nonnullis quantum ad dogmata & mores cum Valdenſibus illi convenerint, at in perpluribus tamen ab eiſdem diſcreparunt, uti perſpicuum eſt apud ſcriptores utrique ſectae ſumme vigenti ſynchronos, aut valde vicinos; qui propterea de eiſdem ceu de ſectis valde diverſis, etſi alias impietate agnatis, orationem inſtituunt. Ac eos quidem noſtrates in tabulis haereſeologicis vulgo & jure imitantur.

Porro Albigenſes primum *haeretici* nude, authore incerto, vocitabantur, alii vero nunquam non *Valdenſes* a parente Petro Valdo ab oppido Valden cognominato habiti ſunt & apud vulgus & doctos adpellati.

Illud denique diſcimus ex *Guilielmo de Podio Laurentii*, ſynchrono, in Chron. ap. *Duckeſn.* de ſcriptor. Francor. t. 5., quod nempe Valdenſes per provinciam Occitaniae diſperſi, cum aliis haereticis, quos Manichaeos adpellat, hoc eſt Albigenſes, haud raro ceu cum adverſariis diſputarent. Quid ergo utroſque unius ejuſdemque factionis ſocios confinxeris?

Plura in rem noſtram exhibet quamfideliter documenta *D'argentr.* in collect. judic. de nov. error. t. 1. ad an. circ. 1160. p. 64. col. 2. ſqq. & ad an. circ. 1170. a p. 82.

IV. *Prateolus* art. *Bagnolenſes*. haec habet „Bagnolenſes ſive Bajolenſes, & Con„cordenſes vel Cozorenſes haeretici exorti „ſunt Conſtantini VI. Imperatoris & Leo„nis III. Papae temporibus circa an. Do„mini 796. „ Haec autem epocha a vero nimis aberrat; nam teſte *Reinero* mox citato, qui olim id genus ſectarum Epiſcopus fuit, iſti de haereſi & ſecta Valdenſium fuerunt, quae, eodem *Prateolo* authore in VValdenſibus, emerſit an. circ. 1160.

V. Sollicitos admodum video ſcriptores aliquos in diſquirendo etymon cognominum, quibus memoratas Valdenſium ſectas inſignitas vidimus. At mea tamen opinione, parvula quaeſtio; ex qua nempe ad diſciplinam hiſtorico polemicam aut nihil, aut parum commodi extundas. Quid? quod ejus generis diſputatio, ubi ſolidum documentum non ſuppetit, in nudam inſulſamque divinationem deſinit. Qui hujuſcemodi reculis delectaris, adeas *Gretſerum* in citatis prolegomenis, quae alii, ſuppreſſo Authoris nomine, in hanc rem haud raro defloraruntur.

VI. Injuria quidem Pedemontani Valdenſes in iſto Erronum albo ab anonymis reponuntur. Conſtat enim ex pluribus documentis, quae protulit *Jo. Leger* in hiſt. gener. eccleſ Valdenſium Pedemontanorum, eos integra recepiſſe quatuor vulgatiſſima orthodoxae fidei ſymbola, atque adeo reſurrectionem mortuorum, quae in ſingulis continetur. Confer ibi *Legerum* lib. 1. pagg. 106.

(*a*) Haer. 83.

tione, ita a doctiſſimo Origene convicti ſunt, ut ſeſe erroris arguerent, poenaſque a ſe ipſis exigerent (*b*).

Impiam & jam tum abolitam opinionem ſuſcitarunt horridi *Anabaptiſtae*, in eo ſtatuentes immortalitatem animorum, quod potquam cum corporibus interierint, reſurgent denuo cum ipſis aeternum victuri. Heinc iidem in theſibus Cracoviae editis an. 1568. in theſi x. ſic ajebant „Negamus aliquam animam poſt mortem ma„nere, ſed illud dicimus excogitatum ab Antichriſto ad ſtabilien„dam ſuam culinam per fictum Purgatorium & invocationem San„ctorum „ Haec urbaniſſimi ſycophantae. Tum eorum quidam *Demanowsky* in diſputatione publice habita Polociae an. 1589. adfirmavit pariter „animam cum corpore interire„ Num vero id ipſum cen-

106. 107. 110. 117. 125.

Adde, inter capita plurium haereſum, ab eodem *Legero* adducta, quorum iidem Valdenſes ſaepius adcuſati ſunt, nuſpiam, ni fallor, haereſim adverſus reſurrectionem adparere.

Ex iis vero & ex variis eorum fidei confeſſionibus in ipſo *Legeri* libro expoſitis, ſatis prudenter conjicere licet, Pedemontanos iſtos nuda excepiſſe ac retinuiſſe dogmata primaevorum Valdenſium, alias Leoniſtarum, de quorum videlicet ſecta haec laudatus *Reinerus* cap. 4. „magnam habet ſpe„ciem pietatis, eo quod coram hominibus „juſte vivant, bene omnia de Deo credant, „& omnes articulos, qui in ſymbolo con„tinentur, ſolummodo Romanam Eccle„ſiam blaſphemant & Clerum „ quod quidem teſtimonium pro ſua Pedemontana factione avide adripit, totidemque fere verbis ingeminat ibidem *Leger* p. 125.

VII. Profecto Calvinum tenuiſſe aliquando carnis reſurrectionem, Catechiſmus ab eo vulgatus comprobat, ubi ad Dominicam XVI. adſeruit „mortnos ſua corpo„ra reſumturos „ Tum eundem ratum habuiſſe, animas in reſurrectione propria corpora fore reſumturas perſpicuum reddit illud ejuſdem effatum in lib. 3. inſt. c. 25. ſect. 7. ſub init. „Atque prodigioſus eſt eorum er„ror, qui animas non recepturas quibus „nunc indutae ſunt corpora, ſed novis & „aliis praeditas fore imaginantur „ ac illud item penes ſuum catechiſmum eccleſiae Genevenſis ap. t. 8. ejus oper. p. 16. col. 2. „qui ante mortui fuerint, recipient ſua „corpora, eadem ſcilicet, quae geſtarunt „ Nihilo tamen ſecius quod eam in propriis eiſdemque priſtinis corporibus futuram ex *Job* 19. 25. ſqq. aliquando negarit, aut de ea ſaltem vehementer dubitarit, certum omnino eſt ex citata *Farelli* ad eum epiſtola, quae ſic habet,

„Quod res tibi incredibilis videtur „hujus carnis reſurrectio, nihil mirum. „Quod autem hac ratione permotus ſuffi„cere ſtatuis, ſi credas novis corporibus „aliquando nos eſſe induendos, hoc a „ſcripturae doctrina alienum eſt „ Et poſt longam hujus erroris confutationem tandem ſubjungit,

„Atque tibi ſatisfactura ſpero, niſi „mentem tuam nimis occupatam reperiant... „Sed tamen leniter pro noſtra amicitia mo„nendum te cenſui, quia nuper quum te „audirem, ſubverebar ne altiores apud te „radices egiſſet haec opinio, quam ut fa„cile eam abjiceres „.

Hanc ſane ſingularem epiſtolam reperire non eſt datum inter multas Farelli ad Calvinum, quae exſtant in collectione epiſtolarum Calvini & aliorum ad Calvinum in tomo ejuſdem operum 9. edit. Amſtel. 1667. De ipſa tamen, cui initium *Literas tuas*, tanquam edita Genevae ap. Petrum Sanctandreanum numero 78. inter Calvinianas Menſis Aprilis 1549, fidem indubiam facit laudatus *Gaulterus*, rurſum in hanc rem conſulendus in anatome Calviniſmi par. 1. dilem. 118.

(*b*) Conf. *Auguſt.* cit. *Euſeb.* hiſt. l. 6. c. 37. *Niceph.* l. 5. c. 23. *Tillem.* in Origene art. 24. *Dupin* in bibl. ubi de Origene tom. 1. par. 1. p. m. 338. ſq. *Pluchet* cit. art. *Arabi*.

cenſuerint poſtea *Photiniani novi*? Ajunt plerique. Fatendum tamen, rem non uſque adeo liquidam eſſe (*cd*) (*).

V. *Anonymi* alii in eam devenerunt perridiculam ſententiam, ut putarent omnes olim in ſexu virili reſurrecturos, nullumque deinceps fore ſexum femineum. Eos qui retulit *Auguſtinus*, & oppugnavit (*e*) fuſius vero, acriuſque *Caſtrus* (*f*). In eodem luto haeſiſſe priſcos *Judaeos*, & *Armenos* antiquiores, enarrat *Guido* Perpinianus (*g*) at fine teſte, quem ſane optarem produxiſſet; quoniam nondum licuit videre eum errorem Judaeis tributum ab hiſtoricis adcuratioribus rerum judaicarum, nec Armenis a Galano, Armeniorum errorum inveſtigatore diligentiſſimo (*h*).

VI. *Joannes Philoponus*, genere Alexandrinus, ſummus philoſophus, in Platone ac Ariſtotele verſatiſſimus, Tritheitarum dux, qui floruit ſub initium Seculi VII. Phoca imperante, ſcripſit librum de reſurrectione, in quo corporum reſurrectionem rejecit (*i*). Joannis in ſanctum dogma deliramenta graviter inſectati ſunt *Theodoſius* monachus elaborata quadam confutatione, ac *Conon*, *Eugenius* & *Themiſtius* certis editis invectivis (*k*) Addit *Nicephorus* (*l*) Philoponum

(*cd*) Conferendus *Jo. Meiſnerus* in diſp. de ſtatu animar. ſeparatar. §. 5. ap. faſciculum alias laudat.

ADNOTATIO.

(*) MErito heic notandus venit *Contin* in editione Italica Galli Pluchetti in animadverſione ſuper iis, quae *Pluchetus* diſſerit in hunc articulum *Arabi*. Heic autem ut Pluchetum convellat, ajentem, Origenem eos Arabes ratione ſuavioris manſuetudinis, qua cum illis egit, ad viam veritatis traduxiſſe, reponit, opinionem de ea blanda ſuavitate, qua Origenes actutum Arabes converterit ab haereſi in viam ſalutis, falſo aut incerto niti fundamento.

Quandoquidem, inquit „ permulti, „ inter quos *Lambertus Danaeus*, malignus „ heterodoxus, ſi quis alius, volunt immo „ potius, Arabes illos ſuam haereſim diu„ tiſſime retinuiſſe „ Citatque in adnotatione *Danaeum* in haereſ. 83. Auguſtini; at ex eo paucula verba. Nolim equidem inquirere in eam rationem agendi Origenis, de qua porro nihil apud ſcriptores mox laudatos reperias. At vero *Danaeum* quod ſpectat, is ſuiſmet verbis Continii hallucinationem ſatis evincit.

Audi ipſum loquentem ubi citatur Continio, p. m. 234. edit. Genev. 1595. „ Quidam tamen ſentiunt, hos ipſos diutiſſime „ permanſiſſe, nimirum uſque ad Conſtan„ tis, qui fuit Heraclii nepos, imperium, „ quod incidit in an. a paſſo Chriſto 710. „ quos ſe latiſſime in Syriam & Perſidem „ ipſam poſtea diffudiſſe ajunt, & ſuo de „ animorum mortalitate errori Monophyſi„ tarum delirium addidiſſe „.

„ Denique hos ipſos, qui a Paullo „ Diacono l. 19. hiſtoriar. Charurgitae no„ minantur, mutata jam nota & odioſa illa „ Arabicorum adpellatione. Sed repugnat „ cum ratio temporis, tum meliorum Au„ thorum, nempe Euſebii & Nicephori au„ thoritas, qui hos ſtatim eradicatos ſcri„ bunt „. En ergo eruditionem maligno heterodoxo debitam, ejuſdemque perperam traducti ſententiam longe prudentem. Et vero SEMPER ET UBIQUE VERITATI LITANDUM.

(*e*) Civ. l. 22. c. 17.

(*f*) Art. *Reſurrectio.* haer. 5.

(*g*) In ſumma de haereſ. ubi de Judaeis errore 8. & ubi de Armenis errore 29.

(*h*) De obſervandis circa errores olim vulgo a noſtratibus impactos Armenis plura generatim diſſeruimus *ſupra* Tom. II. a p. 475. Vide etiam *Pluchetum* in hiſt. haereſum art. *Armeni.* §. 1. cum notis *Continii*.

(*i*) Author eſt *Photius* in cod. 21.

(*k*) Ap. cit. *Phot.* codd. 22. & 23.

(*l*) Hiſt. l. 18. c. 47.

propugnaſſe, quod in reſurrectione futura animi haud propriis & priſtinis ſuperinduendi ſint corporibus, ſed aliis ex nihilo denuo creatis; quippe quod corpora noſtra etiam ſecundum materiam ex integro corrumpantur & in nihilum abeant. Anne hoc duntaxat ſenſu tenebrio hic reſurrectionem corporum rejecit? Hoc autem excogitato ſyſtemate praeluxit ille *Socinianis* jamjam adpellandis.

VII. *Bogomili* docuerunt, non aliam eſſe reſurrectionem, niſi poenitentiam & vitam Evangelicam (*).

VIII. *Almaricus* Carnotenſis inter negantes generalem reſurrectionem ab *Haereſeologis* vulgo adnumeratur cum *Lutzemburgo*, *Prateolo*, *Gaultero*, *Sandero*, *Sianda*, *Bernino*, ejuſque noviſſimo Epitomatore *Lanciſio* (*m*) quibus adde e Proteſtantibus *Georgium Calixtum*, olim in Academia Julia Theol. Profeſſorem (*no*) qui & impudenter & temere-

ADNOTATIO.

(*) TOtidem verbis primus omnium, ut arbitror, *Sanderus* haereſi 138. ſub finem & poſt eum *Baronius* Ad an. 1118. n. 27. cui conſentire videntur *Pagius* & *Manſius*, quum nihil ad eum locum adnotent: tum Gaultherus Sec. XII. in collat. error. c. 3. §. 13. *Ederus* In Claſſe 12. n. 17 *Greg. de Valentia* in 3. p. diſp. 11. q. 3. punc. 1. *Petreus* art. *Bohomiles. Malvaſia* ad an. 1118. *Berninus* Sec. XII. c. 1. cum ſuo Epitomatore *Lanciſio* Sec. item XII. c. 1. *Porter* Sec. XII. c. 1. §. 3. errore 13.

Verum, ni fallor ego, ipſi omnes egregie falluntur. Etenim ſi Bogomilorum dogmata recte perpendamus apud Euthymium Monachum Zigabenum, qui ea vix nata confutavit, poſteritatique perſpripſit in Panoplia p. 2. tit. 23. per tot illi omnium Reſurrectionem nunquam aperte negarunt. Quoniam in primis adſeruerunt, corpora ſuorum omnium, in quibus Spiritus ſanctus habitabat, in cinerem pulveremque diſſolvenda fore, nunquam amplius ſurrectura, ibid. n. 22. adfirmarunt deinde, daemones quibuſque aliis, qui ſuae ſectae non darent nomen, hominibus inhabitare, & ad flagitia perducere; quum vero mortui fuerint, ipſorum reliquiis inſidere, ſepulcris adſiſtere, atque reſurrectionem exſpectare, ut una cum illis puniantur, ibid. n. 13. Tenebant igitur, pravorum hominum corpora reſurrectura, non item Sanctorum.

Neque vero docuerunt unquam adſerendo, non aliam eſſe Reſurrectionem niſi poenitentiam & vitam Evangelicam; ſed, ut habetur ibid. n. 39. confirmare intendentes ſuae alperioris vitae, ac praemaxime caelibatus rationem, adferebant ſermonem Domini ex Matt. 22. 30. *in reſurrectione neque nubent, neque ducent uxores*, Reſurrectionemque, de qua ibi Dominus loquebatur, poenitentiam & Evangelicam vitam interpretabantur. Inde tamen minime colligitur eos veram reſurrectionem penitus rejeciſſe. Conf. *Euthym.* in locis citt.

Porro haec meridiana luce clariora ſunt; nec ipſa quidem aliunde legitime repeti poſſent, quam a laudato Euthymio; ceteri enim Byzantinae Hiſtoriae Scriptores, vel Bogomilianae Sectae, Conſtantinopoli exortae, aequales, aut paullo poſteriores, ut *Anna Comnena in Alexiade l.* 15. *Glycas*, *Pachymeres*, *Nicetas Acominates Coniates*, *Theophanes*, *Joannes Zonaras*, *Gregoras*, & alii, quos viderim, non niſi obiter & generatim ejus errores perſtrinxerunt. Heinc non poſſum vehementer non mirari, quod primi illi Authores, in quorum fide reliqui abs dubio rem retulerunt, ita ſegniter Euthymium, jam ab an. 1556. a Petro Franciſco Zino latinitate donatum, editumque evolverint, ut ex eo male intellecto falſum Bogomilis errorem adpingendum deduxerint.

(*m*) In ſuis Catalogis haereſeologicis.

(*no*) In l. de Immort. an. & reſurr. carn. c. 4. n. 21. p. m. 116. ap. cit. faſcic. rarior. & curioſiorum ſcript. theol. edit. Francof. 1692.

Et vero citatus Georg. Calixti liber prodiit rurſum an. 1661. emendatus & auctus opera nepotis *Frider. Ulrici Calixti*, cui ſubinde pleraque inſcite adjecta fortaſſe imputanda ſunt, non Georgio.

mere unus eundem errorem, una cum alio de mortalitate animorum *Joanni* P. XXIII. adpinxit (*p*) (*).

IX. *Andreas* quidam, Ugolini filius, Italus, *qui fuit de Civitella Comitatus Aretii & erat Caſtellanus, die Jovis 26. exeunte Januario 1244. . . Prati . . . dixit interrogatus, quod ipſe eſt haereticus Conſolatus . . . Item dixit interrogatus, quod non credit reſurrectionem corporum, & quod corpus ſuum non reſurget, & quod tantum revertuntur in terram, & non vult ſuum corpus reſurgere* (**).

Huic

(*p*) Ibidem.

ADNOTATIO.

(*) Sed & ipſos vulgo errare eodem jure comprobare poſſumus, quo *ſupra* in Prolus. de Erronibus in Viſionem beatam pag. 56. eundem Almaricum errore alio immunem oſtendimus. *Almaricanis* quidem, ſeu Almarici diſcipulis, qui poſt Magiſtri obitum novas haereſes procuderunt, error ille Sadocaeorum tribuendus eſt, non Almarico; cui porro nec tribuit adcuratus *Pluchetus* in Hiſt. haereſ. art. *Almaricus*.

Eum plane *Lutzemburgus* primus omnium, ut conjicio, Almarico vendicavit, adducta fretus authoritate *Caeſarii* Ciſtercienſis Monachi Vallis-Sancti Petri, qui fl. 1227. in Dialogis miraculorum diſt. 5. c. 22., ubi eum ita loquentem profert: *eodem tempore, quo manifeſtatae ſunt haereſes Albigenſium in Pariſienſi Civitate . . . quibuſdam viris literatis perſuaſio diabolica perverſum inſtillabat intellectum, quorum Almaricus magiſter pravitatis fuit . . . negabant reſurrectionem corporum.*

Ceterum principio in caſtigata Caeſarii editione, quam *Bertrandus Tiſſier* apud tomum II. ſuae Bibliothecae Patrum Ciſtercienſium ſub an. 1662. procuravit, ad ſignatum caput 22. *quorum Almaricus magiſter pravitatis fuit* plane deſideratur. Deinde modica fulget authoritate quoad iſtos Dialogos Caeſarius apud Criticos & emunctae naris Authores. En de ipſis *Oudini* judicium in comment. de Script. eccl. an. 1220. *hoc in opere quam ſimplex fuerit Caeſarius in credendo, quam facilis in fabulis ſcripto conſignandis, nullus negabit qui ejuſmodi farraginem legerit*. Similia, & fortaſe duriora lege ſis apud *Dupinii* criticen in Hiſt. Sec. XIII. in Caeſario.

ADNOTATIO.

(**) Haec habemus ap. Clariſſ. Praefulem *Garampium* in monumentis ſpectantibus hiſtoriam & cultum B. Clarae Riminenſis diſſ. 4. p. 175. ex eod. mſ. biblioth. Barberinae n. 1228. quo variae continentur ſententiae a Rogerio Ord. Praed. in Tuſcia Quaeſitore, atque Ardingo Florentiae Epiſcopo latae in pleroſque illarum partium haereticos.

Jam vero Andreas hic ſecta ſine dubio Patarenus fuit; nam ultimum ejuſdem actionis caput haec habet „ Item dixit, quod „ nemo ſalvari poteſt niſi recipiat peccato„ rum remiſſionem per manuum impoſitio„ nem ab illis hominibus, qui dicuntur Pa„ tareni „ Quid autem eam manuum impoſitionem tanto in pretio haberet, niſi dogma impium ex animo una cum Patarenis profiteretur, quibuſcum pariter reſurrectionem corporum diffitebatur?

Quin etiam ex hoc eodem capite ſuae confeſſionis intelligi datur, cur nuncupetur Andreas noſter *haereticus Conſolatus*, quia nempe donatus fuerat benedictione, aut ſollemni manuum impoſitione, quae inſtar ſacramenti tum obtinebat apud Patarenos, Catharos, aliaſque id genus peſtes. Quid? quod Patareni, dicti *boni-homines* in Theutonia, apud Lombardos adpellabantur *Conſolati*, ut author eſt proxime citandus *Reinerus*, cap. 6. quem innominatum exſcripſit *Cangius* in gloſſ. lat. art. *Conſolati*. Audienda cum riſu ineptiſſimi ritus hiſtoriola ex *Reinero* in lib. contra Valdenſes, ap. bibl. PP. Lugd. t. 25. a p. 262., alias ſepe citato.

„ Manus impoſitio vocatur ab eis (Ca„ tharis) *Conſolamentum*, & ſpirituale „ baptiſma, ſive baptiſma Spiritus ſancti, „ ſine quo ſecundum eos nec peccatum mor„ tale dimmittitur, nec Spiritus ſanctus ali„ cui

Huic nominatim merito ſubnectendi *Patareni* alii, qui in examine de eorum dogmatis diſcuſſo a praelaudato Quaeſitore Rogerio ſub an. 1268. incuſati ſeu convicti ſunt inter alia tenuiſſe corporum reſurrectionem non eſſe futuram (*pp*).

X. *Sociniani* de ſancto dogmate varie ac interdum ſubobſcure differuerunt, uti diſcimus e ſuo jurato hoſte *Abrahamo Calovio*, qui eorum dubia certoque conſtituta adſerta recitat & pluribus convellit (*q*). Ut plurimum vero haec illi adfirmant. Principio corpus hominis poſt mortem in nihilum redigitur, atque anima in reſurrectione penitus novum induet corpus. Deinde juſtorum corpora poſt reſurrectionem ſpiritalia, quin carne & ſanguine conſtent, futura

„ cui datur, ſed per eam ſolummodo ab eis „ factam utrumque confertur . . . .

„ Eſt etiam communis opinio omnium „ Catharorum, quod per illam impoſitionem manus & orationem Dominicam non „ fiat aliqua remiſſio peccatorum, ſi illi quibus tunc manus imponunt ſunt tunc in „ aliquo mortali peccato. Fit autem haec „ manus impoſitio a duobus ad minus, & „ non ſolum a Praelatis eorum, ſed etiam „ a ſubditis & in neceſſitate a (feminis) *Catharabus* „

Ridiculam ipſam ceremoniam ceu valde antiquiorem & apud ſectas haereticorum vulgo obtinentem nobis tradidit antea *Abaelardus* in lib. adv. haereſes, c. 14. p. m. 481. ad tom. 1. oper. in haec verba.

„ Haeretici manuum impoſitionem, „ quod *conſolamentum* vocant, contra domi„ nica praecepta & Apoſtolorum conſtituta „ agere uſurpant . . . Quando volunt face„ re conſolamentum alicui viro vel mulieri, „ ille qui Major & Ordinatus dicitur ablutis „ manibus, & omnes ſimiliter illi, qui ibi „ adeſſe volunt, lotis manibus, librum „ Evangeliorum in manibus ſuis tenens, „ eum vel eos, qui ad recipiendum conſola„ mentum veniunt, admonet ut in eo con„ ſolamento omnem ſuam fidem & ſpem ſa„ lutis animarum ſuarum in Deo & in illo „ conſolamento ponant.

„ Et ſic ſuper capita eorum libro poſi„ to, orationem Dominicam ſepties di„ cunt. Et deinde beati Joannis Evange„ lium ab *In principio* incipientes, uſque „ ad hunc locum Evangelii, *gratia & veri„ tas per Jeſum Chriſtum facta eſt*, omnibus „ audientibus dicit, & ſic nititur illud con„ ſolamentum.

„ A quibus perſonis ſit, dicamus, ſci„ licet ab illis, qui inter eos ordinati dicun„ tur. Si ipſi defuerint, ab aliis, qui *Conſo„ lati* dicuntur ſuppletur & ſi viri non ad„ ſint, mulieres tantum infirmis faciunt „ Hucuſque *Abaelardus*, qui ea inſuper adjecit, quae audivimus ex *Reinero*, ineptamque ceremoniam ac ſuperſtitioſam fidem in ipſam pluribus perſtringit.

Exempla de ridiculis ejuſmodi *Conſolatis* Andrea noſtro aliquanto recentioribus plura exſtant ap. *Peregrinum Priſcianum* in ms. proceſſu vel examine tertio contra Armannum Pungilupum haereticum Ferrarienſem ab an. 1270. ad uſque 1288. quod *Muratorius* in lucem protulit in t. 5. antiq. Italic. med. aevi diſ. 60. a col. 117.

Ac inter eos quidem facile eminet ille idem famoſus Pungilupus, olim reapſe *Catharus Conſolatus*, ut ajunt teſtes in laudato examine cap. 3. 6. & alias, Catharus deinde obmortuus, poſt mortem praeterea ut beatus & miraculorum inſignis patrator a plebe civiumque ordine cultus, uti ferunt inquiſitiones ſuper ejus miraculis ap. cit *Murat.* col. 97. ſqq. cauſſa tandem ad amuſſim diſcuſſa, ſub an. 1301. a Bonifacio P. VIII. damnatus ceu haereticus, juſſuſque extumulari, extra Eccleſiam projici, & flammis addici ap. eundem *Murat.* col. 146. Iis ergo, perplurimiſque ejuſdem furfuris acatholicis *Conſolatus* Andreas noſter exemplum imitandum reliquit.

Plura de ejuſmodi conſolamento & conſolatis cupienti ſuggerent *Ermengard.* in tr. cont. Valdenſ. c. 14. *Liber* ſententt. Inquiſit. Toloſanae p. 5. 6. 14. *Cang.* cit. art. *Conſolamentum*. Cl. *Kicchinius* in edit. Vener. Monetae diſſ. 1. cap. 6.

(*pp*) Haec idem Ill. Praeſul *Garampius* obſervaſſe in mss. codicibus ap. archivum ſecretum Orbitelli enarrat loco cit. p. 175.

(*q*) In anti-ſociniauis par. 2. ſect. 10. de noviſſimis art. 1. 2. 3. a p. 318.

tura ſunt quoad eſſentiam. Inſuper non reſurgent impii, eorum quippe diſſolutio animae a corpore perpetua erit.

Haec quidem potiſſima impiae doctrinae Socinianorum capita, quorum poſtremum, quod *Fauſto Socino* jure tribuitur, corrodere videtur dogma de aeternitate poenarum gehennalium, quod ſuo loco mox nobis tractandum eſt. Interim conſulas qui plura velis laudatum *Calovium* (*r*).

Cum Socinianis quoad ſecundum errorum caput lubentiſſime conſentiunt cit. *Windetus* de ſtatu vita funct. ſect. 7. p. m. 116. & *Beauſobr.* de Manich. t. 2. l. 8. c. 5. n. 1. Adductis ille documentis ex Homero & Anacreonte, ac praeprimis ex Apoſtolo, ajente 1. Cor. 15. 44. *ſeminatur corpus animale, ſurget corpus ſpiritale*, quod ad literam intelligendum jubet, Judaeos adverſum tenentes placitum ceu miſeros Errones ridet.

Iſte vero in patrocinium commenti pleroſque advocat Patres, prae ceteris *Auguſtinum*, contra Adimant. c. 12. n. 5. in haec verba differentem, *Heinc adparet quia caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt, quia quum induerit incorruptionem & immortalitatem, jam non caro & ſanguis erit, ſed in corpus coeleſte mutabitur*. Rurſumque lectorem remittit ad lib. 11. Auguſtini cont. Fauſt. c. 3. (*).

Plura aliarum ſectarum Novatores commenti ſunt fabuloſa ſyſte-

(*r*) Art. 3. controv. 3. a p. 349. & epiſt. 45. ad Ruarum in centuria 1. epiſtolar. Ruari: adde *Zeltnerum* in hiſt. arcana Crypto-Socinianiſmi Altorphini p. m. 630. ed. 1729.

ADNOTATIO.

(*) CEterum malae cauſſae pejus patrocinium. Principio enim quod paullina ſententia ſit ad literam intelligenda, rarus fortaſſe aut nullus erit inter orthodoxos Interpretes, qui conſentiat. Sic in eum locum *Theodoret.* „ animale autem vocat quod „ ab anima gubernetur, ſpiritale autem, „ quod a ſpiritu regitur „

Ceteri vero quaſi ad unum per τὸ *animale* intelligunt durum, craſſum, impenetrabile, indigens cibo & potu, ac per τὸ *ſpiritale* ſpiritui ſimile, puta inſtar ſpiritus, non egens cibo vel potu, leve, ſubtile, penetrabile, gloriae ornatum dotibus; minime tamen re ſpiritum aut ſpiritale. Neque heic quidem, ſi recte memini, diſſentiunt Heterodoxi inter *Criticos ſacros* relati. Quorum omnium porro authoritas uni VVindeto millenis titulis praeponenda.

Quid vero inſuper *Beauſobrius* objicere audet Auguſtini verba, quae Auguſtinus idem retract. l. 1. c. 22. n. 3. diſerte revocat, memorans eandem cum Adimanto diſputationem?

Eum audi „ Quod autem dixi, *quum* „ *induerit incorruptionem & immortalitatem*, „ *non jam caro & ſanguis erit*, ſecundum „ corruptionem carnalem dictum eſt carnem „ non futuram, non ſecundum ſubſtantiam, „ ſecundum quam Domini corpus etiam poſt „ reſurrectionem caro adpellata eſt. „

Idem omnino ſentit & aſſerit ſub eiſdem pene verbis *Auguſtinus* in l. de fide & Symbolo c. 6. & 10. n. 23. ac de civ. l. 22. c. 21. Aliud autem vel ne quidem per umbram (contra quod indicare voluit hic Author) innuit S. Doctor l. 11 cont. Fauſt. c. 3., uti hoc ipſum legenti ad evidentiam patet.

Abeat ergo Criticus ille, ac deſinat praeſidium ab Auguſtino jactare adverſus orthodoxum dogma, quo credimus cum *Jobo* 19. 26. ac profitemur „ Et rurſum circumda„ bor pelle mea & in carne mea videbo „ Deum meum, quem viſurus ſum ego ip„ ſe, & oculi mei conſpecturi ſunt & non „ alius. „

De antiquitate hujus haereſeos, utpote jam olim cooptatae a *piuribus* ſub Clemente P. I. ac deinceps a *Bardeſane*, *Valentinianis* ac ferme ab *Origene*, plura *Walchius* in miſcell. ſacr. l. 1. exercit. 4. §. 12. ex *Buddeo*, *Caveo*, *Huetio*.

ſtemata circa corpora in noviſſimo die reſurrectura, quae heic recenſere nihil adtinet. Ea curioſo adpetenti dabit *Walchius* (*s*).

XI. *Millenarii* Britanni noviſſimi ut quoſque etiam Paganos media Evangelii cognitione ad veram ſalutis viam deducendos commonſtrent, hoc ſibi propugnandum ſyſtema confinxerunt. Triplex futura eſt reſurrectio: prima quidem fidelium, qui pro Chriſto martyrium ſubierunt, aut ejus legem, vitam agentes ad amuſſim obſervarunt; & iis porro paratum eſt millene cum Chriſto regnum interris, quo feliciter emenſo, in coelum cumeodem Chriſto rege convolabunt.

Altera eorum, quibus in mundo degentibus Evangelium Chriſti minime innotuit. Tum vero iſtud adfatim docebuntur. Quod ſi perfecte in Chriſtum crediderint, ejuſque praecepta rite obſervaverint, nulla intercedente umbra mortis, in coelum migrabunt; ſi autem increduli fuerint, quin male actae vitae eos poeniteat, in tertiam pro reprobis peragendam reſurrectionem deſtinabuntur, & cum iis in gehennam detrudentur, criminum poenas aeternum luituri. Hoc tamen commentum, non niſi perobſcuris Capitis xx. Apocalypſeos aenigmatis innixum & quaſi per luſum conſarcinatum, apud ſapientes Britannos generatim receptum non eſt, immo exploditur (*t*).

XII. *Mahumedani* adpendicis loco iis ſubnectendi; nam etſi credant communem reſurrectionem apud Alcoranum adſertam (*u*) at non niſi ſexcentis, more ſuo, admixtam fabulis. Fingunt enim, ut alia mittam, bruta etiam animantia, volucres, feras & alia fore reſuſcitanda, & ubi noxarum aliis illatarum poenas dederint, in pulverem convertenda, nec ſuperfutura, quibuſdam exceptis, nempe aſino Ezrae, camelo Mahumedis, & aliis perpaucis, quae Mahumedicum coelum meruerunt ingredi (*x*).

Et haec quidem fabula originem fortaſſe duxit ex perantiquo illo apud nonnullos Arabes Mahumede vetuſtiores more, quo, quum mortuorum reſurrectionem profiterentur, ad ſepulcra defunctorum camelum abſque cibo & potu adligabant, ut quum equites reſurgerent, camelum pariter reſurgentem Arabum more inequitarent (*y*). Et vero fatendum eſt, & iſtos Arabes & eis poſteriores Mahumedanos quod ſpectat ſubſtantiam ſancti dogmatis, ſecus ac recenſiti Acatholici, recte tenuiſſe.

Ex Orthodoxis

I. *Anonymi* producti ab ethnico *Celſo* (*z*) ubi differit adverſus myſte-

(*s*) In cit. miſc. ſacr. l. 2. exſerc. 2. §. 13. p. 283. ſqq.

(*t*) Haec excepimus ex *Th. Stackouſe* in Theol. t. 3. cap. 8. ſect. 2. ſub fin. p. m. 630. ſq. edit. Lauſanenſ. 1760.

(*u*) Ex. gr. in Sura 17. 18. 23. 50. 78.

(*x*) Lege *Hadr. Reland.* de relig. Mahumedica l. 1. p. 53. ſqq. edit. 2. 1717. In ejuſmodi nugas ſaepius offendes ap. Alcoranum a *Marraccio* confutatum.

(*y*) Haec narrat *Spanhemius* introduct. ad hiſt. novi teſtam. Sec. VII. ex commentis. *Levini Varneri* de moribus Arabum ante Mahumedem.

(*z*) Ap. *Origen.* l. 5. cont. Celſ. n. 14.

myſterium reſurrectionis in haec verba, *ſtulta & haec eorum opinio* (de reſurrectione) . . . *Quae ſpes plane dicam, digna vermibus eſt? ecquae enim humana anima in corpus putrefactum remeare concupiſcat? Atque etiam inter vos Chriſtianos non deſunt, qui turpe, abominandum, impoſſibile iſtud judicent, nedum adprobent.*

Hos tamen laudatus *Origenes* in ſolutione ad ea quae objicit Celſus (*a*) pro chriſtianis nomine habet, non fide, haec illi reponens, *Neque vero quiſquam ſuſpicetur, nos quum haec diſputamus, ex eorum eſſe numero, qui licet Chriſtiani vocentur, rejiciunt nihilominus comprobatum a ſcripturis de reſurrectione dogma.*

II. *Syneſius* natione Aegyptius, genere Pentapolitanus, urbe Cyrenaeus, e gentili philoſopho Platonico Chriſtianus ac Ptolemaidis Epiſcopus a Theophilo Alexandrino Patriarcha ſub an. 410. ordinatus, & fato functus an. circ. 430., in crimen negatae reſurrectionis vocatur ubi haec ſcripſit (*b*): *Nunquam profecto mihi perſuaſero animum originis eſſe poſteriorem corpore: mundum ceteraſque ejus partes una interire nunquam dixero: tritam illam atque decantatam reſurrectionem, ſacrum quidpiam atque arcanum arbitror, longeque abſum ab vulgi opinionibus comprobandis.*

Et paucis interjectis quanta haec placita tenacitate animo retineat, ſic explicat, *Neque arguere, neque argui ſapientis eſſe duco. Sed ſi ad epiſcopale munus vocer, nolo ementiri dogmata. Horum Deum, horum homines teſtes facio.* Ac rurſum, *Dogmata porro mea nequaquam obtegam, neque mihi ab animo lingua diſſidebit.* Haec Syneſius in epiſtola tum ſcripta, quum ad epiſcopale faſtigium poſtulatus ejurare illud omni ope contendit, ubi de vitae ſuae inſtituto ac fide rationem reddit. Inde vero permultis ſapientibus Semipaganus audit.

„ Cererum, ut author eſt *Photius* (*c*) ita ſentiens, noſtris tamen eſt dogmatibus initiatus, immo etiam ſummo ſacerdotio dignus habitus, cum ad aliam viri probitatem pariterque actam vitam reſpectu habito, tum quod non poſſet non qui ſic homo vitam inſtituiſſet, reſurrectionis lumine illuſtrari. Nec ea ſpes fefellit. Facillime enim ſimul atque Epiſcopus creatus eſt, reſurrectionis etiam doctrinam credidit „. Id quod praeclaro exemplo confirmat *Jo. Moſchus* (*d*) quod adoptare videtur *Dupinius* (*e*) (*).

(*a*) Ad num. 22.
(*b*) In epiſt. 104. ad Evoptium fratrem, interprete *Petavio*, p. m. 149.
(*c*) Cod. 26.
(*d*) In prato ſpir. cap. 195.
(*e*) In biblioth. ad Sec. v. ubi de noſtro Syneſio.

ADNOTATIO.

(*) QUod Platonicus Syneſius heic reum malae fidei in dogma reſurrectionis ſeſe prodiderit, conſtans & indubia eſt ferme omnium ſapientum vox cum cit. *Photio* cod. 26. *Evagrio* hiſt. l. 1. c. 15. quem Photius exſcripſiſſe videtur, *Niceph.* l. 14.

III. *Anonymus Presbyter* Eccleſiae Turonenſis ſub an. circ. 550. palam anti-dogma, de quo diſſerimus, tueri adgreſſus eſt, ducto inter alia teſtimonio Pſalmi 1. 5. *non reſurgunt impii in judicio*. At hic tamen incredulus nebulo fortunata ſorte permultis aliis a Gregorio Turonenſi

l. 14. c. 55. *Petavio* in notis ſub init. ubi de vita ſcriptiſque Syneſii p. m. 4. *Holſten.* diſ. de Syneſio & de fuga Epiſcopatus, quam *Valeſius*, qui & idem ſentit in notis ad cit. Evagr., tomo 2. ad calcem notarum adjecit, *Pagio* ſen. ad an. 410. n. 37. ſqq. *Caveo* hiſt. lit. in Syneſio, *Dupin.* mox cit *Brucker.* hiſt. phil. t. 3. p. 514. ſq. & 519. *Beauſobr.* hiſt. Manich. t. 2. l. 8. c. 5. n. 5.

Contra vero *Baron.* ad an. 410. n. 73. maximo, inquit, errore eos labi, qui ſerio iſta a Syneſio inculcata eſſe exiſtimant; quando quidem haec arte ad declinandum Epiſcopi munus in medium protulit, ut Theophilum portentoſis conteſtationibus eluderet. Quid enim abſurdum magis & ab Eccleſiae pietate ac diſciplina alienum, quam in fidelium, immo Epiſcoporum numerum admittere non adquieſcentem dogmatis fidei? Eas vero artes & conteſtationum machinas idem Syneſius conteſtari diſerte videtur in epiſt. 11. inquiens, ſe onus Epiſcopi *totis viribus & omnibus machinis* declinaſſe.

Sic ille, cui adſtipulantur *Scottus* in nota marginali ad codicem 26. Photii & *Du meſnil* in hiſt. ad an. 410. l. 19. §. 20. Sed hanc tamen ſententiam alii Baronio recentiores, quos mox laudavimus, validiſſime, ac jure quidem, explodunt. Quippe citatae Syneſii conteſtationes adeo ſanctis & religioſis formulis conceptae ſunt, ut qui eis ludere, ſive alios eludere voluerit, is & conſcientiam & fidem profligaſſe, & veritatem Deumque veritatis teſtem ludibrio habuiſſe credendus ſit. Vindicias Syneſianae fidei a Baronio impetitae pluribus exſequuntur iidem Authores, & prae primis *Holſten.* cit. quem conferas.

Ratum ergo ſit ac indubium, tum Syneſium, quum praefatam ſcriberet ad fratrem epiſtolam, diſſenſum animo foviſſe erga catholicum dogma reſurrectionis. Anne vero priuſquam Epiſcopatu, aut ſaltem baptiſmate initiaretur, errorem depoſuit, ſanctoque adquievit dogmati? Diffitentur vulgo adlati Eruditi poſt *Evagrium*. Ait cum *Baron.* cit. *Orſius* hiſt. eccl. ad an. 412. n. 54.

Et vero ſecundam iſtorum opinionem convellere funditus illud videtur quod in medium profert Syneſius in laudata epiſt. „ Mihi „ igitur & Deus ipſe & lex & ſacra Theo„ phili manus uxorem dedit „ ubi haec adpoſite cit. *Petav.* „ Niſi chriſtianus eſſet, „ quum uxorem duceret, non opinor, de „ Epiſcopi manu eam adcepiſſet. Non enim „ gentilium nuptias conciliaret Sacerdos, „ quippe chriſtianorum proprium illud eſt „ matrimonium, *quod Eccleſia conciliat, & confirmat oblatio, & obſignatum Angeli renuntiant*, ait Tertullian. l. 2. ad uxor. „ c. 9. „

Baptiſmo itaque jam luſtratus, donatuſque ſacramento matrimonii, quum haec ſcriberet Syneſius, animo adhuc dogma rejiciebat, non verae, ſed cuidam duntaxat myſticae reſurrectioni adſentiens, retinens fortaſſe de Pythagorico-Platonica metempſychoſi opinionem. Ergo jam orthodoxus erravit. Quocirca jure nobis orthodoxos inter Errones recenſitus.

Quod autem eum fovens errorem ad Epiſcopatum evectus ſit, nullo video comprobari argumento, vel ex commentariis Syneſii, vel ex ſcriptore, qui Evagrio vetuſtior fuerit, petito. Veri ſimilius eſt (ſi liceat tamen Evagrii manifeſto teſtimonio refragari) illum paullo antequam Epiſcopus crearetur, ab Theophilo, aliiſve doctis viris perſuaſum veritati ceſſiſſe. Quo partim convenire fas eſt cum Baronio.

Si tamen oppoſitum defendendum ſuſcipias, uberem tibi eruditionis & probabilium rationum ſegetem, quibus Baronianas conjecturas eludas, ſubminiſtrat adverſariorum phalanx, *Holſtenio* duce. De iis autem, uti & de pluribus circa Syneſium controverſis apud eoſdem Authores quaeſtionibus, nihil in praeſentiarum nos adtinet dicere.

Eos conſule. Nec praetereas Cl. *Moshemium* in Cudvvorth. t. 1. c. 4. §. 34 p. 629. nota 23. ubi ab impoſtura quadam Joan. Tolandi Philoſophi Britanni circa verba quaedam adductae epiſtolae 105. Syneſium egregie vindicat. Cave tamen ab importunis illis ac virulentis animadverſionibus, quibus cit. *Beauſobrius* hiſtoriolam de erroribus Syneſii Epiſcopi adornat, impio ſuo, nimiumque Eccleſiae orthodoxae adverſo ingenio plus ſatis indulgens.

nenſi Antiſtite ineluctabiliter ope Dei convictus, ſacrae veritati manus dedit atque illico reſurrectionem credere pollicitus eſt (*f*).

IV. *S. Eutychius*, Patriarcha CPnus, vir alioqui ſanctimonia, miraculis, doctrina clariſſimus, & fidei vindex acerrimus, in commentario, quo adverſus gentiles & haereticos carnis reſurrectionem firmiter adſtruxit, morem Origeniſtis gerens, eam fore abſque carne palpabili, ſeu cum corpore impalpabili, ventis aëreque ſubtiliori adſeruit, idque cum S. Gregorio M. eo temporis CPni pontificio Apocriſiario diſputans, acriter propugnavit; donec a Gregorio convictus, in catholicam ſententiam deſcendit, & eam uſque ad mortem aperte, piiſſimeque retinuit (*g*) (*).

(*f*) Conf. idem *Grgor.* in hiſt. Francor. l. 10. n. 13.

(*g*) Ita S. *Greg.* mor. l. 14. c. 56. in cap. 19. Job, nu. 72. editionis Maurinae de an. 1705. tametſi rem iſtam in ejus vita praetermittat *Euſtathius* Presb. S. Eutychii domeſticus & familiaris, ac qui vitam ipſam exſcripſit *Henſchenius* ad diem 6. April.

ADNOTATIO.

(*) HEine merito nonnulli corrigendi ſunt, qui ob ignorantiam laudatae eruditionis a S. Gregorio depromtae, S. Eutychii errorem Eutycheti, vel Eutychio CPno Archimandritae, & Eutychianae haereſeos Authori perperam adpinxerunt.

Videlicet *Prateolus* in Eutychianis, ubi chronologiam & hiſtoriam confundens, ſiniſtre intellexit quae de S. Eutychio narravit ex Gregorio *Caſtrus* art. *Reſurrectio*, haer. 2. ipſaque Eutychio CPno Abbati, non Epiſcopo, adjudicavit; *Damianus Roſcius*, *Gaulterus* deceptus a Prateolo, quem laudatum exſcripſit, *Bonavent. Malvaſia*, *Theodorus Petreus*, *Berninus*, ejuſque Epitomator *Lanciſius* in hiſt. Haereſeum Sec. v. cap. 6. in hiſt. Eutych. (qui rurſum egregie hallucinantur, ubi pro ſuo adſerto laudant *Sanderum* haer. 103., ibi enim Sanderus ſolum commemorat quaſdam Eutychianorum ſectas, de eiſdem poſtea ex inſtituto acturus) *Sianda* demum in Eutychete n. 3. & alii forte *Haereſeologi*, quos conſulere non licuit. Porro, ſi mea me non fallit opinio, primus omnium Prateolus ſcribens 1569. in lectione Caſtri aequivocationem paſſus, alioqui nec ipſe quidem nimis adcuratus, erravit, & ab ipſo errorem poſteri deduxerunt.

Plane ex Authoribus Prateolo antiquioribus, qui Eutychetis Haereſiarchis errores ex profeſſo literis prodiderunt, una omnes errorem, de quo in praeſentia diſceptamus, praetermiſere. Sic plane *Gennadius* in Appendice trium haereſum ad libr. S. Aug. de haereſibus, haereſi 91: ſic *Flavianus* Arch. CPnus in Epiſt. ad Leon. P. de haereſi Eutychetis: ſic *Theodoretus* haeret. fab. l. 4. c. ult: ſic *Vigilius Tridentinus* l. 4. contra Eutyche ſic *Evagrius* in hiſt. l. 1. c. 9. & l. 2. c. 4: ſic *Nicephorus Calliſtus* hiſt. l. 14. c. 47. & l. 18. c. 48: ſic prolixiora *Concilii Chalcedonenſis Acta* ſub an. 448. ap. *Conciliographos*, ſuper error. 6. Eutychetis: ſic *Guido* ubi de Eutychianis, quos ipſe *Euticianos* vocat: ſic *Lutzemburgus* in catalogo primum edito 1522. art. *Euticiani* vel *Euticetae*.

Et eos quidem alii Prateolo poſteriores, ubi haereſes Eutychetis recitant, aemulati ſunt: e. g. *Baron. Pagius* ſenior, *Nat. Alexand. Graveſon.* hiſt. eccleſ. ad. Sec. v. tum *Nicol. Sanderus* de viſib. monarch. eccl. l. 7. haer. 102. *Georg. Ederus* in metaeologia haeretic. edit. Ingolſtadii 1581., art. *Reſurrectio*, *Sebaſtian. Medice* in ſum. omnium haereſ. edita Florentiae eodem an. 1581. art. *Reſurrectio*, & ibid. in catal. haereticor. art. *Eutychiani*. *Author* hiſtoriae gallicae haereſum & haereticorum, edit. Pariſiis 1697. ad an. 448. Seculi v. in Eutyche, *Alexander Roſi.* de mundi religionib. & haereſib. par. 2. diviſ. 7. n. 16. ſub ha. *Franc. Porter* in ſyſtem. decretor. dogmat. Sec. v. c. 4. §. 1. *Pluchet* in Eutyche.

Ad extremum quid cenſendum de cit. *Caſtro*, adcurato quidem Authore, ſed in alios tamen haud raro ultra modum acerbo? Profecto ipſe rectiſſime unum Eutychium CPnum Epiſcopum erroris, de quo agimus, autho-

Poſtremo circa univerſale Judicium

I. Haud exigua male feriatorum hominum turba illud diſerte repudiaruut, aut minime agnoverunt. Nimirum *Doſitheani* duce *Doſitheo* quodam, genere Judaeo (*b*) . . . *Valentiniani* (*i*) . . . *Proclianitae* a *Proclino* quodam ſuborti (*k*) atque adeo diverſi hi a Montaniſtis Kata Proclum, de quibus mentio injicitur apud *Euſeb.* (*l*) & apud Authorem adpendicis ad Tertullianum de praeſcript. (*m*) . . . *Floriani*, authore *Florino* Presbytero Romae ſub an. cir. 182. (*n*) . . . *Manichaei* (*o*) . . . *Symmachiani* (*p*) quos nonnulli cum *Philaſtrio* enatos volunt a Patricio quodam, alii vero cum *Valeſio* (*q*) a *Symmacho* Ebionita graeco, librorum veteris Teſtamenti interprete . . . *Barboriani* (*r*) quo nomine Gnoſticorum aliqui adpellati ſunt a foeda vitae turpitudine (*s*) omnem cogitationem ſupergreſſa (*t*) . . . *Albanenſes* (*u*) . . .

Ca-

authorem voluit; ceterum orationis decurſu bis peccaſſe videtur. Primum enim tanquam ex tripode definiit, Eutychii haereſeos cauſſa B. Gregorium a Sede Apoſtolica miſſum fuiſſe Legatum CPim.

Verum peculiaris haec & quaſi unica, ſeu praecipua cauſſa ceteros Gregorii hiſtoricos & biographos penitus fugit; una enim omnes ea generatim & communi de cauſſa dicunt, Gregorium CPim a Pelagio P. II. miſſum, ut in ea urbe negotiis eccleſiaſticis curam & ſollicitudinem impenderet, ibique Apocriſiarii (quod latine *Reſponſalem* ſonat) munere fungeretur.

Quid? Quod Gregorius ad id muneris delectus a Pelagio eſt ſub an. 583. ac Eutychii error nec propalam editus, nec a Gregorio confutatus & ſuppreſſus dicitur, quam paullo ante obitum Eutychii, cui ex computo Theophanis annus 592. conſignatur. Ergo undecumque inverosimile ſit, quod Pelagius Gregorium in eum praecipue finem CPim mitteret, ut Eutychii haereſim ſibi ignotam convelleret ac oppugnaret.

Conf. *Baronianam Manſi* editionem ab an. 583. Vitam S. Gregorii, Authore *Joanne Diac.* l. 1. c. 4., tum aliam conſcriptam ab authore *Anonymo* ſed ſynchrono, quam cum adnotatis recitant *Bollandiani* ad d. 12. Martii a pag. 130., necnon quam *Sanmaurazus* editor operum S. Gregorii tomo IV. praefixit, l. 1. c. 5., quibus adde ipſum *S. Gregor.* proxime laud.

Deinde idem *Caſtrus* nuper laudatus acerbe invehitur in Lutzemburgum, quod in ſuo haereticorum catalogo duos inconſideranter ſcripſerit fuiſſe Euticios, aut Eutychios, quorum unus ſenſerit, alium hominem mori & alium reſurgere; alter vero docuerit, corpora noſtra reſurrectura impalpabilia & inviſibilia. Plane ſi res ita ſe habet in aliqua citati catalogi editione, jure carpitur Lutzemburgus; verum in duabus ejus editionibus, quibus utor, de an. 1524. & 1529., ab Authore quidem recognitis & auctis, haec de uno Euticio lego: *Euticius dogmatizavit, quod alius homo moritur & alius reſurget; & quod inviſibile & impalpabile corpus futurum ſit*: quocirca ſi quando Author erravit, ut fere indignabundus voluit Caſtrus, his errorem plane revocavit doctior; atque adeo venia donandus.

(*h*) Ap. *Philaſtr.* c. 4. Vide notas *Galeardi* in iſtud caput nota *b*, ubi plures adfert ſcriptores de hoc Doſitheo agentes, ac *Epiphan.* haer. 13. ubi eum ſecta Samaritanum voluit.

(*i*) Conf. *Tertull.* l. cont. Valentinian. c. 32.

(*k*) *Philaſtr.* c. 56. cui adcinit *Auguſt.* haer. 60.

(*l*) Hiſt. l. 6. c. 20.

(*m*) Cap. 52.

(*n*) *Philaſtr.* c. 57.

(*o*) Idem *Phil.* c. 61.

(*p*) Idem c. 63.

(*q*) In hiſt. Euſeb. l. 6. c. 17.

(*r*) Ap. ipſum *Philaſtr.* c. 73.

(*s*) Author eſt *Epiphan.* haer. 26. n. 3.

(*t*) Addit *Theodoret.* haeret. fab. l. 1. c. 3.

(*u*) *Guido* Perpinian. ubi de Albanenſibus cap. 7. quem vulgo poſteriores *Haereſeologi* exſcripſerunt.

Cathari Albigenſes, *Bagnolenſes*, *Concoretiani* (x) (*).

II. *Anti-dogmatici* in ſanctum de Judicio extremo dogma mihi illi omnes habendi, qui ei prout ab orthodoxa Eccleſia creditur ac docetur pervicaciter adverſari deprehenduntur. Ejuſmodi ſunt 1.° *Judaei* omnes, quippe qui fruſtranea, fallacique ſpe Meſſiam adhuc exſpectantes, ſecundum hunc fore Chriſti glorioſi Judicis adventum obſtinate inficiantur. 2.° qui reſurrectionem univerſae carnis vel prorſus

(x) *Peregrin. Priſcianus* ap. *Murator.* in antiquit. Ital. t. 5. diſſ. 60. col. 95.

ADNOTATIONES.

(*) I. IN dubium jure verti poteſt, num Manichaei certo quodlibet univerſale Judicium reſpuerint. Profecto cit. *Philaſtr.* eos vocat „ reſurrectionem negantes, „ judicium non ſperantes „ nec abſimiliter plerique, eum ſequuti, e recentioribus Haereſeologis cum *Prateolo*, qui ſub art. *Manichaei.* n. 10. haec pronuntiare non dubitat, „ Nullum judicium futurum eſſe fatebantur, „ quo facilius in quodlibet vitium ferrentur „ & ruerent, quanto minus poenam propter „ illud infligendam crederent „ quaſi vero iiſdem perſuaſum eſſet nulla impiis ſuperfutura Gehennae ſupplicia.

Et vero palmarem hunc ſpeciatim errorem apud *Auguſtinum*, & ipſum olim Manichaeum, nondum reperire licuit. Quin immo ſi fides ſit vulgatis illis Manetis cum Archelao diſputationibus, iſto ſciſcitante, num quoddam eſſet extremum judicium ap. Act. diſp. n. 54. „ Manes dixit „ eſt Judicium „ Fortunatus item Manichaeus ap. *Aug.* diſp. 2. ſic diſſeruit „ Bonorum Deus tantummodo „ creator, ultor vero malorum habeatur, „ eo quod mala ex ipſo non ſunt . . . merito „ ergo hoc cenſeo, & ulciſci Deum mala „. Quid autem crediderit Fortunatus ultorem malorum Deum, non autem in eadem mala examinatorem & Judicem?

Ex iis ſubinfert *Beauſobrius* in hiſt. Manich. t. 2. l. 8. c. 5. n. 6. p. 569. Manichaeos univerſim extremum judicium profeſſos eſſe. Mea tamen opinione, quod ita nominatim Manes ac Fortunatus habuerint, non tollit quominus aliqua ſaltem exceptionem patiatur Manichaeorum portio, de qua ſiquidem *Philaſtr.* ſcienter & vere oppoſitum tenuiſſe affirmaverit. Paſſim quippe novimus in una eademque Novatorum ſecta, nova pene quotidie ſyſtemata exſurgere ſuorum metAuthorum commentis adverſa.

Laudatus *Galeardus* ea Philaſtrii verba „ Judicium non ſperantes „ in hunc modum interpretatur „ Reſpectu corporum intellige „ nam animabus ſpiritalem reſurrectionem „ tribuiſſe non dubium eſt, & fatetur Auguſtinus IV. 2. contra Fauſtum „ quaſi vero extremum credidiſſent judicium penes animas, quas ex Auguſtino in die noviſſimo reſurrecturas arbitrarentur.

Ceterum in primis potuit Auguſtinus ſermonem ibi inſtituere de hac ſingillatim Manichaeorum factione; de illa vero Philaſtrius. Deinde ubi citatur Auguſtinus id unum habetur, eos, quibuſcum tum verſabatur, Manichaeos „ adſerere reſurrectionem animarum per praedicationem veritatis, corporum vero, quam praedicarunt Apoſtoli, negare „.

Sed ejuſmodi tamen animarum reſurrectio, ſi nolis rem in ſenſum alienum nimium violenter detorquere, non illa debet inielligi, quae facienda putetur in die noviſſimo; immo potius ea, quam ipſi putarent evenire quotidie per praedicationem veritatis, qua nimirum adfulgente, anima quae in peccati barathrum inciderat, ex eo in ſtatum gratiae reſurgit: quo quidem adlegorico ſenſu Gnoſticos intellexiſſe reſurrectionem, quam venditabant, alias expoſuimus.

Minime ergo e laudato Auguſtino extundere potuit hic Cl. Author pro extremo judicio comparate ad animas, quod univerſim Manichaeorum opinioni ceu acutus Philaſtrii interpres tribuere adnititur.

II. Minus adpoſite, meo judico, quod alias pluribus confirmavimus, effingitur peculiaris *Albanenſium* factio, Albigenſibus valde antiquior, eorumdemque deliriis & inſaniis valde conſona. Iis et vero error ille recte adſcribitur, quippe qui, ſi fides *Prateolo* art. *Albigenſes*. n. 2. tenebant cum Sadocaeis, animam hominis ſic in morte cum corpore perire, ut nuſquam poſtea redeat.

ſus repudiant cum *Sadocaeis*, vel partim duntaxat comparate ad impios cum *Phariſaeis*, vel eo denique titulo, quod animi neutiquam cum priſtinis ſuis reſurgant corporibus, ſed cum alienis denuo productis a Deo, quemadmodum *Sociniani* comminiſcuntur (*y*).

Quandoquidem ii omnes, eſto pro animabus aeterna retributione donandis praevium velint a ſupremo Judice inſtituendum de praeteritis actis examen & judicium, a vero tamen ſummopere exſorbitant; quoniam haud iſtud pro ſolis animabus peragendum judicium docet fides, ſed pro ſingulis hominibus, qui non tantum anima conſtant, ſed & corpore; ac rurſum ſub eiſdem numero corporibus, quibuſcum animae bona geſſerunt vel mala, tum judicium ſubeundum.

III. *Origenes Adamantius* quid ſenſerit de praecipuis Judicii poſtremi circumſtantiis, quum nondum Eccleſia ejuſmodi quaeſtiones certis finibus tum temporis ſepſerit, haud ſatis liquet (*z*).

IV. *Eunus* vel *Eudo de Stella*, Britannia, nec ignobili quidem genere oriundus, famoſus, uti alias, apud dioeceſim Remenſem praeſtigiator, pluriumque adſeclarum Magiſter ſub an. 1148. in eam dementiam devenit, ut ſe diceret adſeveranter illum ipſum eſſe, qui olim veniet judicaturus vivos & mortuos. Heinc juſſu Remenſis Archiepiſcopi captus & perductus Eudo in Remenſe Concilium, ubi tum temporis Gilberti Porretani cauſſa, Eugenio P. III. Praeſide, diſcutiebatur, rogatus a Pontifice, quis ille eſſet, audax & adrogans repoſuit ſtatim, eſſe *Eum qui venturus eſt judicare vivos & mortuos & ſeculum per ignem*. Quo audito ſubriſit Pontifex, juſſitque tantum judicem in carcere ceu dementem cuſtodiri, ubi paullo poſt fato functus vita pariter caruit & memoria (*a*). *Eunum* nec haeretici nomen meruiſſe, ſed monſtroſi dementis ſcripſit *Friſingenſis* Epiſcopus *Otto* (*b*). Magi vero Eudonis adſeclae adeo Magiſtri dogmatis & inſtitutis addicti fuerunt, ut illico *curiae prius & poſtea ignibus traditi, ardere potius, quam ad vitam corrigi maluerint* (*c*).

V. *Geor-*

(*y*) Eos omnes ita ſentientes dedimus in proxima Proluſione.

(*z*) Conferendus in hanc rem *Huet.* in Origenian. l. 2. quaeſt. 10.

(*a*) Legito *VVillelm. Neuburgenſem* de rebus Anglicis l. 1. c. 19. & *Auctarium Gemblacenſe* ad Chronic. Sigeberti, an. 1146. & 1148.

(*b*) In acta Friderici l. 1. c. 54. ſq.

(*c*) Rem totidem verbis, pluribuſque explicat cit. *Neuburgenſ.* ubi eum proxime laudavimus.

ADNOTATIO.

(*) *Robertus de Monte* vulgatus, S. Benedicti monachus, in adpendice ad Chronicon Sigeberti ad ipſum an. 1148. diſquirens in hujuſce ſectae originem, haec habet „ Eon eum qui venturus eſt judicare vivos „ & mortuos & ſeculum per ignem ſe eſſe „ dicebat, & de ſuis quoſdam quidem Angelos, alios autem Apoſtolos faciebat, „ ſeu Apoſtolorum nominibus adpellabat: „ quo plane ſigno & ipſum ex Manichaeorum „ offi-

V. *Georgius David*, vir laicus in Friſia, alias notatus, mente captus in eamdem cum Euno dementiam incidit; pari enim inſolentia adſe-

„ officina prodiiſſe poſſumus intelligere ex „ iis quae dicta ſunt ſuo loco de Manichaeis„.

Quatenus videlicet ex probatis hiſtoriis cum *Auguſt.* haer. 46. & alias, olim Manes author Manichaeorum ſeſe adpellabat Paracletum a Chriſto miſſum vel potius Jeſu Chriſti Apoſtolum, ſuper quem Spiritum ſanctum mittere promiſerat Chriſtus: tum ad normam Chriſti duodecim elegit Apoſtolos, qui ſuam, quam chriſtianam vocabat, doctrinam identidem ad varias miſſi provincias praedicarent: ſuos denique adſectatores adcommoda quadam diſtributione nuncupabas Epiſcopos, diaconos, electos, auditores.

Mihi vero haec omnia cum dictis de Euno collata, nequaquam probant nefandam hujus haereſim ex officina Manichaeorum ſignanter prodiiſſe. Quid enim ex praelibatis Euno cum Manete commune, niſi quod nonnullos ex adſectis Apoſtolorum nominibus interdum adpellarit?

Ex aliis quidem ſignis longe clarius ſubinferri poſſet e Manichaeiſmo Euni haereſim originem repetere. Eunus ſiquidem, ſi audias cit. *Auctarium Gemblacenſe* ad an. 1146. „ quum eſſet idiota & ipſos apices literarum „ vix agnoſceret, tamen polluto ore de di„ vinis tractabat & diſputabat. Hic nefario „ auſu abſque ſacris ordinibus Miſſas cele„ brabat indigne ad errorem & perditionem „ perditorum hominum, Epiſcopos etiam „ & Archiepiſcopos, hos qui ſibi adhaere„ bant, ordinabat. Multa quoque alia fa„ ciebat ſcelerata & divinae legi contraria„.

„ Ad poſtremum diabolico ſpiritu com„ pletus in tantam prorupit inſaniam, ut „ diceret & credi cogeret ſe eſſe filium Dei... „ Quanta autem turpia & exſecrabilia agant „ in abſcondito haeretici iſti, qui vocantur „ Eunitae, id eſt ſequaces Euni, bonum „ eſt ſilentio tegere, ne horrorem incutiant, „ vel etiam errorem generent infirmis audi„ toribus„.

Video, in horrenda Eunitarum ſecta, idiota parente nata, pſeudo-epiſcopis inſtructa, ſceleſtiſſimis obſcaenitatibus intenta vivaciorem effigiem Manichaeiſmi, illiterato quoque authore poſito, pſeudo-epiſcopis ornato, nefandiſſimis criminibus, ſi laudato Auguſtino fides, polluto?

Nihilo ſecius ubinam apud Manichaeos diabolica magia, ubinam infanda ſpectra, atque horrendae praeſtigiae, quibus inſtigante diabolo, ut author eſt cit. *Neuburg.*, potius quam dogmatibus, ſycophanta ille Eunus populos ſeducebat ac infeſtabat?

At enim, quod caput eſt, nullum in coetu Eunitarum reperias ex famoſis illis dogmatis de duobus principiis, de malo Legis Deo, de nulla carnis reſurrectione, de neceſſitate baptimaſtis nulla, aliiſve id genus deliriis, quae in ſua officina cudebant Manichaei, & e quibus porro conflatus & conſtitutus Manichaeiſmus dignoſcitur.

Exinde vero, non aliunde certo deprehenditur germana unius ſectae cum alia adfinitas, & junioris origo a vetuſtiore defluens. Sane pleraeque acatholicorum haereſes in uno vel alio invicem adſimilantur, ubi vero haec ſimilitudo non ſpectat praecipua dogmatum capita, quae peculiarem exhibent caracterem alteram ab altera ſecta diſtinguentem, nulla quidem effulget veriſimilis ratio, quae recentiorem proprie ab antiquiore deſumſiſſe ortum commonſtret.

Eſto demum potuerit Eunus frequentare ſcholam aliquam Manichaeorum ſua aetate adhuc ſuperſtitem, ex qua nonnihil didicerit, & ad ſuam ſectam impie transfuderit; ubi vero in iſta nullum ex praecitatis ſcriptoribus habeo dogmatum ſyſtema, ſed heinc inde & ubique diabolicas ſine ordine praeſtigias, obſcoenitates, dementias, facile adducor ut certo judicem, nec a Manichaeiſmo, nec ab alia ulla ſyſtematica haereſi faecem iſtam ortum duxiſſe, ſed duntaxat a diabolo, qui & Eunum & Eunitas omnes amentia quadam incredibili faſcinavit.

Porro verba illa Roberti, quae brevi huic diſſertationi cauſſam dederunt, nempe „ quo plane ſigno & ipſum ex Manichaeo„ rum officina prodiiſſe &c.„ deſcribit ex Roberto *Baronius* ad an. 1148. n 2., exſcriptus, nec nominatus a *Bernino* de haereſib. ad Sec. XII. in Eugenio III., tametſi ea deſideretur clauſula in adpendice Roberti, qua utimur, edita ſimul cum aliis commentariis Francofurti 1583. p. 629. ſub n. 10. ex biblioth. Joan. Piſtorii Nidani. Quiſquis autem ejus effati ſit Author, haec ſibi reputet dicta, critico-polemicae eruditionis gratia.

adſeruit, ſe illum eſſe, qui extremo judicio totum ſit mundum judicaturus (*).

VI. *Calvinus* erroris in judicium publicum adcuſatur quod haec protulerit (*d*) *Neque enim timendum eſt, ut in Dei judicium amplius veniant peccata noſtra, a quibus tam pretioſa mercede nos abſolvit Dei filius*. Tum *Theodor. Beza*, qui ſimilia verba habet in ſua Confeſſione fidei (*e*). Quia enim ex *Matt.* 16. 27. „ Filius hominis venturus eſt „ in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis, & tunc reddet unicuique „ ſecundum opera ejus „ itemque ex Epiſt. ad *Rom.* 2. 5. ſq. „ Se„ cundum autem duritiam tuam & impoenitens cor theſaurizas tibi „ iram in die irae & revelatione juſti judicii Dei, qui reddet uni„ cuique ſecundum opera ejus (**) „.

Illis

ADNOTATIO.

(*) HAec diſcimus ex *Cochlaeo* de actis & ſcriptis Lutheri ad an. 1545. tum ex *Baſileenſibus* in vita hujuſce amentis Georgii ap. *Coccium* in theſauro, ubi de Noviſſimis t. 2. l. 10. art. 5. ad an. 1545.

Vitam porro Georgii a Baſileenſibus conſcriptam legere non licuit, in laudato vero Cochlaeo praefatam ſingillatim amentiam non reperio, ſed alias, quas Author in hunc modum recitat „ Abſurdiſſimos propoſuit ar„ ticulos, in quibus etiam Sadocaeorum re„ novavit errores, negans reſurrectionem „ carnis, extremum judicium, Angelos, „ daemones, baptiſmum, matrimonium, „ ſcripturas, Paullum, vitam aeternam „ in coelo „.

„ Adfirmavit autem ſe tertium eſſe Da„ vid, qui in regno Chriſti ſuper terram re„ gnare debeat. Uxores voluit eſſe commu„ nes. Docuit non eſſe peccatum negare „ Chriſtum coram hominibus: non ſpiritum, „ ſed ſolam carnem peccare: ſtultos fuiſſe „ Apoſtolos & Martyres, quod tormenta „ mortemque propter Chriſti confeſſionem „ paſſi ſunt, quia aeque bene ſalventur ſpi„ ritus infidelium ſicut fidelium, & aeque „ bene damnetur caro Apoſtolorum ſicut „ infidelium „.

Qui vero hanc inſaniens effutiit portentoſarum ineptiarum colluviem, abſque temeritate credi poteſt, potentiore abreptum dementia eum, de quo diſſerimus, articulum evomuiſſe.

Sed & ipſum diſertiſſime juxta ac ſtultiſſime evomuit apud *Surium*, qui in comment. rerum in orbe geſtarum ab an. 1500. ad 1574. edit. Colon. 1574. ad an. 1556. a p. 371. articulum recitat & ſingularia dementiſſimi hominis fata percenſet. Eum, ſi vacat, conſulas.

(*d*) In harmon. in Matth. 26. 27.

(*e*) Puncto, ſeu cap. 4. art. 12.

ADNOTATIO.

(**) ITA quidem ſaepe laudatus Calvino-maſtyx *Gaulterus* ad Sec. XVI. ubi de erroribus Calvini, errore 48. Ceterum mitius agi poteſt cum Calvino & Beza ſocio, eos pro aequitate excuſando: quatenus nempe adlata eorum verba aliud non indicent, quam quod peccata electis jam remiſſa ceteris palam non detegantur a Chriſto Judice in extremo judicio, quum nempe judicium duntaxat adprobationis, non autem diſcuſſionis ſubibunt juſti.

Id quod, licet noſtrae atque communiori ſententiae adverſum, temeritati aut erroris traducere nemo auſit. Permulti quippe e noſtratibus Theologis poſtmodum laudandis idem propugnant, quibus inſuper favent *Sonnius* tract. de extremo jud. c. 6 *Granad.* de Noviſſim. tr. 4. diſp. 4. ſect. 1. n. 5. *Le Blanc* in Pſal. 96. 13. *Avendanno* in amphith. miſeric. ad Pſ. 88. 3. in ſpeculat. theol. diſc. 1. §. 4. n. 93.

Nec plane video quo pacto ſententia haec adverſetur teſtimoniis illis e ſacro codice

Illis vero eodem jure ſubnecti poſſent plerique ex ſchola *Proteſtantium*, qui vulgo idem ſentiunt & loquuntur apud & cum *Balthaſare Bebelio* (*f*) pluribus contendentes, in illo judicio peccata juſtorum pridem remiſſa neutiquam promulganda fore.

VII. *Patres* nonnulli in ſuſpicionem erroris fortaſſe vocabuntur, quod aperte tradiderint, infideles qui ſummum Deum non agnoverant, judicium non fore ſubituros in die noviſſimo. Sic enim in hanc rem praeprimis *Lactantius* (*g*) „ Nec tamen univerſi tunc (in po„ ſtremo judicio) a Deo judicabuntur, ſed ii tantum, qui ſunt in Dei „ religione verſati. Nam qui Deum non agnoverunt, quoniam ſenten„ tia de his in abſolutionem ferri non poteſt, jam judicati, damnatique „ ſunt, ſanctis literis conteſtantibus non reſurrecturos eſſe impios in„ „ judicium. Judicabuntur ergo qui Deum ſcierunt, & facinora eo„ rum, id eſt mala opera cum bonis collata ponderabuntur &c. „

Nec abſimiliter quidem loquuntur & ſentiunt *Gregorius* M. (*h*) & *Iſidorus* Hiſpal. (*i*) quibus & aliqui opinantur praeiviſſe poſt Lactantium, *Hieronymum* (k) & *Auguſtinum* (*l*) (*).

Sed jam tempus eſt ut ab hiſtoria polemica ad diſcuſſionem theologicorum dogmatum excurrat oratio.

dice petitis ab Gualtero. Quis enim dixerit, adfirmantem peccata remiſſa nuſpiam vel apud Deum, vel apud homines memoranda eſſe, negare hoc ipſo quod Judex & vindex Dominus in die irae reddat unicuique ſecundum opera ejus? Heinc vero & ceteri Proteſtantes, qui in eadem ſunt ſententia, cujuſlibet erroris in ſanctum dogma expertes mihi jure cenſentur.

(*f*) In diſp. de peccatis electorum in judicio extremo non publicandis n. 8. ſqq.

(*g*) Div. inſt. l. 7. c. 20.

(*h*) Lib. 26. moral. c. 27. n. 5.

Mitto verba illa *Calvini* ex l. 2. inſt. c. 16. ſect. 18. e quibus praelaudato *Coccio* placuit Haereſiarchem adcenſere Erronibus in extremum judicium. Nihil quippe in eis rite perpenſis video ab regula fidei, vel ſacris traditionibus abhorrere. Conſule ipſum Coccium, qui verba fideliter profert t. 2. l. 10. art. 5. ad an. 1550. & eſto judex.

(*i*) De ſummo bono l. 1. c. 30.

(k) Comment. in Michae. c. 4.

(*l*) Serm. olim 38.

ADNOTATIO.

(*) IN eam ſententiam adlati Patres deſcenderunt ob literalem intelligentiam oraculi illius a Chriſto Domino effuſi apud *Joan.* 3. 18. *qui non credit jam judicatus eſt*. Nec parum illud negotii ſacris Interpretibus faceſſit, ne eandem ſententiam (alias quidem tantiſper duriuſculam, quum mundi gentes maximam partem extremo judicio ſubducere videatur) cooptare cogantur.

Nihilo ſecius plerique Theologi, qui certos admittunt ordines judicandorum diſcuſſionis judicio, inter non judicandos abſque haeſitatione reponunt infideles, qui fidei fundamento deſtituti ſunt, & parvulos abſque baptiſmate vita functos.

Quaſi ſentiant, ut ego quidem ipſos interpretor, pro ejuſmodi reis nulla opus eſſe diſcuſſione actorum, ut aequiſſimam judicis ſententiam ſubeant; ſed hoc unum quod cunctis manifeſtentur, & ii ſine fide, & illi ſine baptiſmo extremum diem obiiſſe, aequivalens aut virtute ſit diſcuſſio & judicium, quod legitima & juſta excipiat damnationis ſententia. Quo plane habetur, illos etiam, eſto praeter communem ordinem, fore ſimpliciter judicandos, videlicet per promulgationem cauſſae, ob quam merito damnationi aeternae ſubjiciantur.

Quod ſi memorati Patres in hunc ſenſum loquuti intelligantur, quemadmodum & noſtratum de ſchola Theologorum plerique, ab omni erroris naevo jure vindicandi ſunt. De iis rurſum inter diſputandum cum Scholaſticis.

QUAESTIONES DOGM. SCHOL.

282 QUAESTIO PRAELIMINARIS DOGMATICA. Quid generatim fide certa tenendum de Prooemialibus vitae aeternae? ADSERO. Singula haec tanquam lege communi ſummi conditoris hominibus cunctis indicta, & revelata ſunt. Atque adeo ſingulorum exſiſtentia dogmatica eſt, certaque fide tenenda. Nimirum principio, adcedente orthodoxae Eccleſiae, Patrum, Doctorumque adſenſu, Mors colligitur ex *Job* 30. 23. *Pſ.* 88. 49. *Rom.* 5. 12. *Hebr.* 9. 27. & 2. *Reg.* 14. 14. Deinde Judicium privatum ex *Hebr.* 9. 27. *Matt.* 25. 12. (ubi Virgines imprudentes ſtatim audierunt ſententiam illam —, *Neſcio vos*) additis *Aug.* (*m*) *Heron.* (*n*) *Chryſoſ.* (*o*) *Cypr.* (*p*) *Greg.* (*q*) *Bed.* (*r*). Item Reſurrectio communis ex *Dan.* 12. 2. *Joan.* 5. 28. & c. 6. 40. *Luc.* 20. 25. *Act.* 4. 15. adjectis vulgato *Athan.* (*s*) *Ambr.* (*t*) *Aug.* (*u*) Tum Judicium univerſale ex *Iſai.* 26. 19. *Dan.* 7. 15. & 12. 1. *Malach.* 3. 1. *Matt.* 11. 22. & 12. 41. & 13. 37. & 19. 28. & 25. 31. *Joan.* 5. 29. & 12. 48. & 1. *Cor.* 4. 5. & 2. *Cor.* 5. 10. & 2. *Theſſal.* 2. 1. & 2. *Petr.* 3. 3. quibus adde *quatuor Symbola*, & *Aug.* (*x*). Mundi demum conflagratio in diebus noviſſimis ex *Deut.* 21. 31. *Pſ.* 40. 2. *Iſai.* 51. 6. conſentientibus *Aug.* (*y*) *Hippol.* (*z*) *Theoph.* (*a*) *Greg.* M. (*b*) *Beda* (*c*). Ut mittam *Juſtin.* (*d*) *Origen.* (*e*) *Iſidor.* (*f*) alios.

283 Neque vero circa haec capita dogmatica (*g*) deſiderari patiar CONCORDIAM FIDEI ET RATIONIS; hanc quippe diſerte commonſtrant nec pauca quidem, nec levia documenta. Videlicet primum — Dei Judicium, qua privatum, qua publicum adumbraſſe videntur plerarumque gentium Sophiſtae, aut moribus, aut fabulis, aut ſententiis. Adeo edoctos dixeris ex iis quae habentur *Daniel.* 7. 10. *Apocal.* 20. 12. & alias in ſacro Codice. Sic etenim vulgo *Graeci Poëtae* atque *Philoſophi* tribunal apud inferos poſuerunt (*h*) *Triſmegiſti* effatum eſt, animam poſt mortem Deo reddituram rationem eorum, quae geſſit in corpore (*i*) *Mythologi* finxerunt, filium Jovis, Minoëm aliis, aliis vero Rhadamanthyn, & aliis Aeacum, qui & mortalis fuiſſet & juſtus, apud inferos exſercere judicia (En tibi aliqualem — umbram Chriſti Judicis) (*k*) Idem ſenſit mythicae hiſtoriae interpres *Plato* mox laudatus (*l*), quem *Schola* ſua *Platonica* adſectatus eſt. His addendi quantum ad judicia a Diis, aut Geniis exſercenda veteres

(*m*) L. 2. de anima, & ejus orig. c. 4.
(*n*) In c. 2. Joël.
(*o*) Hom. 14. in Matt.
(*p*) L. de Mortalit.
(*q*) Hom. 13. in Evang.
(*r*) L. 5. Hiſtor. c. 14. & 15.
(*s*) In Symbolo.
(*t*) L. 1. de fide Reſurrect.
(*u*) L. 20. civ. c. 23.
(*x*) L. 20. de civ. c. 15. ſqq. & c. 30.
(*y*) Civ. l. 20. c. 16.
(*z*) Orat. de conſum. mundi.
(*a*) L. 2. ad Autolic.
(*b*) Hom. 1. in Evang.
(*c*) In 2. Petri c. 3.
(*d*) In Apolog. ad Antonin. Pium.
(*e*) Hom. 5. in Geneſ.
(*f*) De doctr. & fide c. 36.
(*g*) Si mortem excipias, quam gentes univerſas ſatis ſuperque docuit experientia.
(*h*) Ap. *Tert.* apolog. c. 47.
(*i*) Ap laud. *Huet.* l. 2. c. 23.
(*k*) Conf. *Plato* in Gorgia & *Lactant.* inſt. l 7. c. 22.
(*l*) Tum in dial. de animo & alias.

res *Perſae* (*m*) *Pythagoras*, *Hierocles*, *Plautus*, *Jamblichus*, *Orpheus*, *Sophiſtae Aegyptii*, *Perſae Guebri*, *Brachmanes*, *Baneanes*, *Stoici*, *Romani*, *Peruviani*, *Mahumedani*, cum *Homero* & *Virgilio* (*n*) tum *Lucianus* (*o*).

284 Deinde quantum ad reditum mortuorum ad vitam, ſeu reſurrectionem communem porro ſi qua fides *Lactantio* (*p*) *non modo prophetae, ſed etiam vates & poëtae & philoſophi anaſtaſim mortuorum futuram eſſe conſentiunt*. Videlicet non univerſalem, quam ſola fides edocet, ſed ſingularem aliquot vita functorum. Sive, ut ego dixerim, quatenus ex iis plurimi judicarunt, aut permiſerunt, defuncti corporis reſurrectionem cum ratione non pugnare: id quod inſtituto noſtro abunde quidem ſufficit.

285 Itaque in eorum cenſum referri ſolent *Zoroaſter* (*q*) *Triſmegiſtus* (*r*) *Genethliaci*, ſeu *Chaldaei* quidam (*s*) *Pythagoras* & *Plato* (*t*) *Democritus* (*u*) *Chryſippus* (*x*) *Stoici* quatenus ſtatuerunt, poſt ſuam mundi renovationem omnes homines, reſque adeo omnes rurſum ita exſtituras fore, uti nunc ſunt (*y*). Quin immo Ethnici quidam arbitrati ſunt, Chriſticolas ex eo Stoicorum placito hauſiſſe ſuam de reſurrectione ſententiam (*z*). Nec tamen immerito protulerunt *Clem.* Alex. (*a*) & *Orig.* (*b*) Stoicum illud ſyſtema, merum eſſe Chriſtianorum decretum.

286 Stoicis adnectuntur a *Porphyrio*, claro dogmatis hujus adſertore (*c*), ut praeteream ex laud. *Orig.* *Aegyptios* Magiſtros Pythagorae, ac *Pythagoricos* adſeclas, *Pherecydes* Syrius, *Heraclitus*, *Parmenides*. Nec inſuper praetereundi Poëtae nonnulli: e. c. *Phocylides*, qui haec cecinit (*d*)

Nam mox e terra ſperamus in lucem prodituras
Defunctorum reliquias;

celeberrimi itidem *Homerus* (*e*) *Virgilius* (*f*) *Lucretius* (*g*) cum *Mythologis* omnibus, qui finxerunt, juſtorum corpora praemiis adficienda eſſe in Campis Elyſiis, & improborum ſuppliciis in Tartaro: qui autem haec concipi poſſunt abſque corrupti corporis reſurrectione?

(*m*) Ap. *Hyde* in hiſt. relig. vet. Perſar. c. 33. p. m. 401. & alias.
(*n*) Ex eodem *Huet.* l. c.
(*o*) Ex *Philopat.* ap. *Thomam Stackouſe* in Theol. t. 4. c. 8. p. m. 636.
(*p*) Inſt. l. 7. c. 23. ſub fin.
(*q*) Ap. *Magium* de exuſt. mundi l. 5. c. 1.
(*r*) In Poemand. c. 1.
(*s*) Ex *Varron.* ap. *S. Auguſt.* de civ. l. 22. c. 28.
(*t*) Ap. *Athenag.* apol. pro Chriſt. ſub fin. ac rurſum *Plato* ap. *Juſtin.* in paraen. poſt med. *Euſeb.* praepar. l. 11. c. 33. & *Auguſt.* civ. l. 22. c. 27. & 28.
(*u*) Ap. *Plin.* hiſt. l. 7. c. 55.
(*x*) In l. de provid. ap. *Lactant.* proxime laud.
(*y*) Conf. *Orig.* l. 5. cont. Celſum ſub init.
(*z*) Uti Author eſt *Nemeſ.* l. de hom. c. 38.
(*a*) L. 5. ſtrom.
(*b*) Proxime cit.
(*c*) In l. de antro Nympharum.
(*d*) Ap. *Alſted.* in Encyclop. l. 24. c. 3.
(*e*) In Odyſſ. 13. v. 109.
(*f*) Aeneid. 6.
(*g*) L. 3.

ne? Demum ex opinione laudati *Huet.* (*h*) huc jure advocandi *Magi Perſae*, *Guebri*, *Mahumedani*, *Braſiliani*, *Peruviani* (*i*).

287 Poſtremo Mundi conflagrationem per ignem in noviſſimis diebus divinarunt profecto, aut mavis vel ex Prophetis, vel ex Sibyllis (ſi ſuperis placet) vel ex Hebraeorum traditione exceperunt e paganis Sapientibus non pauci. Videlicet *Anonymi* nonnulli (*k*) *Anaximander*, *Anaximenes*, *Anaxagoras*, *Archelaus*, *Diogenes*, *Leucippus* (*l*) *Plato* (*m*) quem Platonici vulgo ſequuti ſunt (*n*) praeſtantiſſimi quidam *Phyſici* (*o*) *Hippaſus Pythagoricus* & *Heraclitus* (*p*) *Philoſophi Chaldaei*, *Guebri*, *Perſae*, *Siamenſes*, *Peguani*, *Sinae*, *Galli vetuſtiores* (*q*) rurſum *Plato* (*r*).

288 Iis nonnulli cum laudatis *Stobaeo*, *Theophilo*, *Huetio*, & *Eugub.* (*s*) adnumerant *Stoicos*, qui vulgatiſſimam ſtatuerunt Mundi exuſtionem aut conflagrationem, & ſubinde renovationem in melius (*t*); at mea tamen opinione, Stoica haec conflagratio, utpote fatalis ac neceſſaria, & naturalibus atque mechanicis quibuſdam legibus conſtans, ſimulque aeternis periodis repetenda, a noſtra chriſtiana, quam ſummus arbiter Deus libere decrevit futuram ſemel, nimium diſtat.

289 E Poëtis demum ſic *Ovidius* modulatus eſt (*u*).

Eſſe quoque in fatis reminiſcitur adfore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaque regia coeli
Ardeat & mundi moles operoſa laboret.

Sic deinde *Lucretius* (*x*).

Una dies dabit exitio, multoſque per annos
Suſtentata ruet moles & machina mundi.
Nec me animi fallit, quam res nova, miraque menti
Adcidit exitium coeli, terraeque futurum.

Sic poſtremo *Lucanus*, Annaei Senecae nepos (*y*).

Invida fatorum ſeries, ſummiſque negatum
Stare diu, nimioque graves ſub pondere lapſus
Nec ſe Roma ferens. Sic quum compage ſoluta
Secula tot mundi ſuprema coëgerit hora,
Antiquum repetens iterum chaos: omnia miſtis
Sidera ſideribus concurrent: ignea pontum
Aſtra petent: tellus extendere littora nolet,

Ex-

(*h*) L. 2. c. 22.
(*i*) Conf. *Raynaud.* in Theol. nat. diſt. 3. q. 4. art. 6. a n. 279. & citatus *Huet.*
(*k*) Ap. *Theophil.* l. 2. ad Autolic. p. m. 187. in Bibl. PP. Lugd. t. 2. par. 2.
(*l*) Ap. *Stob.* in ecl. phyſ. l. 1. c. 24.
(*m*) In Timaeo.
(*n*) Teſte laud. *Galeo* l. 3. c. 2. ſect. 2. §. 2. n. 5.
(*o*) Ap. *Cleomed.* l. 1. meteor. c. 1.
(*p*) Interprete laud. *Huet.* l. 2. c. 21.
(*q*) Videndi ap. eundem *Huet.* ibid.
(*r*) Ap. *Euſeb.* praep. l. 11. c. 32. & 34.
(*s*) De per. phil. l. 10. c. 28.
(*t*) De hac Stoica exuſtione permulti luculenter differunt cum *Plutarch.* de repugnant. Stoicor. t. 3. *Seneca* qq. nat. l. 3. c. ult. *Euſeb.* praep. l. 15. c. 18. 19. *Lipſio* in phyſiol. Stoicor. l. 2. diſſ. 22. *Brucker*, hiſt. phil. t. 1. 2 p. 946.
(*u*) Metamorph. 1.
(*x*) Lib. 5.
(*y*) L. 1. bellor. civil.

Excutietque fretum: fratri contraria Phoebo
Ibit & obliquum bigas agitare per orbem
Indignata, diem poscet sibi totaque discors
Machina, divulsi turbabit foedera mundi.

En tibi claram descriptionem horrendi excidii mundi, ante diem novissimum ex sacris literis adventuri.

290 Et haec generatim de dogmatis indicatis: ad peculiares in ea Quaestiones enodandas progredimur; adrepturi subinde suis interjecta locis Monumenta conspicua Antiquitatis, quae dogmata eadem liquido confirment, atque illustrent.

§. I.

De Morte, Judicio privato, Resurrectione privata & communi.

291 QUAESTIO I. Quid de *Morte*? ADSERO I. Est poena peccati originis. Fide sanctum. Docent Scripturae, e. c. *Gen.* 2. 17. *Sap.* 2. 24. *Eccli.* 25. 33. *Rom.* 5. 12. & 6. 23. & 8. 10. Nec non *CC.* e. c. *Palaestinum* in caussa Pelagii (*z*) *Carthagineuse* (*a*) *Arausican.* II. (*b*) *Tridentin.* (*c*) Adcinuntque *PP.* cum *Chrysost.* (*d*) *Cyrill.* Alex. (*e*) *August.* (*f*) *Prosp.* (*g*) *Fulgent.* (*h*). Quod autem hoc dogma fide sanctum sit, vulgo tenent *Theologi* (*i*).

292 II. Non modo impii, sed & pii ac probissimi quique homines mortem subeunt in poenam peccati originis (k). Quia enim generatim absque exceptione ulla ex *Rom.* 6. 23. *peccati stipendium mors est*. Quippe Deus ceu judex justissimus mortem, sicut & ceteras, quae nos omnes undique premunt calamitates, in poenam peccati originis omnibus quibusque illo infectis apertissime inflixit: ubi ergo peccatum originis contractum est, nequit non consequi mortis poena. Anne peccatum remissum piis est? At enim & impiis, sacra unda olim initiatis remissum quoque. Reatus vero ad ejusmodi poenas, ex lege Dei, peccati originis consectaneas nulli, quod constet, remissus.

293 III. Mortem omnes homines, nullo quidem demto, subituri sunt

(*z*) Ap. *Augustin.* l. de gest. Pelag. c. 3.
(*a*) Can. 1.
(*b*) Can. 2.
(*c*) Sess. 5. can. 1.
(*d*) Hom. 17. in Genes.
(*e*) L. 1. in Joan. c. 15.
(*f*) De Trinit. l. 13. c. 15. & civ. l. 13. c. 3. & saepe saepius.
(*g*) L. 1. de promiss. & praedest. c. 2. & alias ubi contra Pelagium.
(*h*) L. de fide ad Petr. c. 15. ac de Incarnat. & grat. c. 12. & 14.
(*i*) Cum *Castro* de haeres. art. *Adam.* haer. 4. *Marsil.* in 2. sent. dist. 19. q. 12. *Zumel* ibid. q. 97. a. 1. q. un. *Molina* de op. sex dier. disp. 28. *Valent.* 1. p. d. 7. q. 4. pun. 1. *Bellarm.* l. de grat. primi hom. c. 8.
(*k*) Contra nonnullos Protestantes cum *Campegio Vitringa* in observat. sacr. l. 2. c. 7. & 8. & *Buddeo* in Theol. l. 2. c. 3. §. 19. acriter ex eodem grege refragante *Herm. Alex. Roëllio* ap. cit. Budd.

ſunt (*l*). Erui videtur ex ſacro codice, e. c. *Pſ.* 88. 49. & 2. *Reg.* 14. 14. *Rom.* 5. 12. & 1. *Cor.* 15. 22. *Hebr.* 9. 27. Quibus conſentiunt *PP.* cum *Ambroſ.* (*m*) *Tertull.* (*n*) *Didymo* Alexandrino & *Acacio* Caeſareen. (*o*) *Athan.* (*p*) *Auguſt.* (*q*). Et huic quidem *ſententiae magis adquieſcit Eccleſia, ut omnes communi morte moriamur*, authore *Hieronymo* (*r*). Neque vero ratione ulla gravioris momenti evinci fas eſt, unum aliquem peculiari privilegio ab hac excipi mortis lege, cui & ipſe Servator innocentiſſimus, ejuſque diva Parens obnoxii fuerunt.

294 IV. Seorſim a dote ſuperna immortalitatis homini conceſſa, ſi non peccaſſet, mors homini cuipiam naturalis eſt. Haec quippe nativa conditio eſt humani corporis. Quocirca & idem Chriſtus Dominus ſi mortem violentam noluiſſet oppetere, ſeneſceret quoque & ſenio tandem confectus ſuapte natura interiret: quod admonet *Auguſtin.* in haec verba (*s*) „ Sed quia in eo erat ſimilitudo carnis peccati, mutationes aetatum perpeti voluit, ab ipſa exorſus infantia, „ ut ad mortem videatur etiam ſeneſcendo illa caro pervenire potuiſſe, niſi juvenis fuiſſet occiſus „. Nec ab ea opinione abludit *Vazquezius* (*t*). De neceſſitate moriendi in Chriſto, ceteriſque hominibus, pluribus ibidem *Vazq.* (*u*).

295 V. Merum commentum eſt quod omnibus generatim inſtante morte aliquid ſub ſpecie corporea adpareat, quod alterius vitae quaſi praeſagium ſit: e. c. quod Chriſtus Dominus in cruce poſitus ſeſe conſpiciendum ſiſtat cum piis, tum improbis; iis videlicet terrorem incutiens, illos vero gaudio adficiens (*x*). Nec enim ex ſacris literis, aut Patribus, aut Doctoribus, aut rationum momentis id elici valet. Quid? quod ſaltem plurimis in aetate omnino infantili decedentibus id genus praeſagia penitus inutilia forent, utpote nec meriti, aut culpae capaces, nec ullam ſenſus mereantur poenam. Illa demum verba, *& videbit eum omnis oculus & qui eum pupugerunt* ex *Apoc.* 1. 7. quibus inniti videtur Innocentius, de poſtremo judicio univerſali diſerte loquuntur, minime de tempore, quo ſingulis privatim mors imminet (*y*).

OBJE-

(*l*) Adſerunt frequentiſſimi *TT.* cum *Jo. Salas* in 1. 2. tr. 2. n. 21. *Suar.* in 3. p. t. 2. d. 50. ſ. 2. *Granad.* de Noviſſ. par. 1. tr. 1. d. 1. *Lauraea* de Noviſſ. diſp. 2. art. un. *Siur.* de Noviſſ. tr. 1. c. 2. poſt *S. Thom.* 1. 2. q. 81. art. 3. ad 1. contra alios perplurimos, oppoſitum cum pleriſque Patribus mox indicatis abſque piaculo propugnantes.

(*m*) In 1. Cor. 15. 51.

(*n*) L. de anima c. 50.

(*o*) Ap. *Hieron.* epiſt. 119. alias 152. ad Minervium & Alexandrum monachos n. 5. & 6.

(*p*) Orat. 1. alias 2. contra Arian. n. 43.

(*q*) Civ. l. 20. c. 20. & de verbis Dom. ſerm. 21. c. 2. & alias.

(*r*) In epiſt. proxime laudata n. 6.

(*s*) De peccat. mer. & rem. l. 2. c. 29.

(*t*) In p. 3. t. 1. d. 60. c. 1. cum *Alenſi*, *Bonav. Thom. Scot. Ricard. Duran. Almaino*, *Palud. Gabr.*

(*u*) Tota diſp. 60.

(*x*) Quae fuit ſententia *Innocentii* P. III. l. 2. de contemtu Mundi c. 43. p. m. 443. ſq. edit. Venet. 1578. Eademque tribuitur *Ludolpho Cartus.* t. 3. par. 2. de vita Chriſti Domini c. 46.

(*y*) Conf. *Granad.* cit. diſp. 2.

OBJECTIONES.

296 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Mors non eſt poena peccati originis. Nam 1.° mors, quam Deus Adamo comminatus eſt ex Geneſ. 2. 17. per τὸ *in quocumque die comederis ex eo, morte morieris*, non erat corporis, ſed animae; quo enim die Protoparens comedendo deliquit, ſolum ſecundum animam, minime ſecundum corpus interiit. Et eam quidem comminationem de morte animae interpretantur praeter alios Greg. M. (z) & Eucher. (a) Mors itaque corporis peccati originis poena non eſt. 2.° ex Sap. 1. 13. *Deus mortem non fecit*, hoc eſt non eſt author mortis; at eſt author poenae qua punit peccatum: ergo hujus poena mors non eſt. 3.° ex Adſerto IV. mors eſt homini naturalis; at quod homini naturale eſt, nequit eſſe poena peccati.

297 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: ſenſus ejus comminationis hic eſt, eris ad mortem damnatus, morti obnoxius, neceſſitati moriendi addictus, eris denique mortalis, immortalitate tibi innocenti gratis conceſſa ſpoliatus. Quo circa vulgatiſſima Patrum & Interpretum ſententia eam comminationem de morte corporali adpoſitiſſime interpretatur. Adlati Greg. & Eucher. contendunt quidem iis verbis mortem animi deſignari; quod autem inſuper mortem corporis ipſa comminentur, minime inficiantur (*b*). Ad 2: etiam ex *Eccli* 11. 14. *vita & mors a Deo eſt*. Dicendum itaque quod Deus non fuit author mortis, quatenus hominem condidit immortalem, ſed quatenus hic mandatum tranſgreſſus eſt, qua propter ut judex ultionis eum morte multavit (*c*). Ad 3. *D. Mi.* quod homini naturale eſt, nec ſit alias impeditum gratuito Dei beneficio, *C*; ſi impeditum ſit, *N.* Eſto mors ſecundum ſe non ſit poena homini, at poena tamen eſt illi poſtquam Deo authore ſuperno conſtitutus fuerat a morte immunis, ſi non delinqueret (*d*).

298 Obj. *ſecundo* contra 11. Adſ. cum *Vitringa & Buddeo* proxime citatis. Mors juſtorum aut credentium non habet rationem poenae. Nam 1.° ea mors dicitur ſomnus Joan. 11. 11. veſtis depoſitio 2. Cor. 5. 4. tranſitus ad vitam aeternam Joan. 5. 24: immo juſti credentes non mori adſeruntur Joan. 8. 51. & 11. 26. & 2. Timoth. 1. 10. 2.° interitus corporis valde promovet vitam & ſalutem fidelium, quocirca ipſis *mori lucrum eſt*, quemadmodum & Paullo ex Philipp. 1. 21. 23. & Rom. 7. 24. 3.° fidelium mors procedit ex condemnatio-

(z) In regiſtro l. 5. ep. 14. & l. 6. ep. 31.

(a) L. 1. in Geneſ. ad locum cit.

(b) Conf. *Interpretes* in eum locum.

(c) Expoſitio haec plana & obvia adtribui ſolet *Auguſtino* in ſententiis, ſent. 303. Ceterum opus iſtud nec inter legitima, nec inter ſuppoſita Auguſtini reperias ſcripta. Solum inter ſubditicia ap. editionem *Maurinorum* legitur t. 6. in adpend. a col. 1. *liber unus viginti unius ſententiarum ſive quaeſtionum*. Conferri meretur *Corn. a Lap.* in utrumque locum ex Sap. & Eccl.

(d) Lege cit. *Siur.* tr. 1. a n. 5. & quae *ſupra* in hanc rem brevius tradidimus in *Tom.* III. p. 370. n. 621. ſq.

tione peccati, facta a Deo judice in morte Chriſti; atque adeo reputanda eſt ceu fructus glorioſus illius mortis, non autem ceu poena ignominioſa. Sic differit *Vitringa*. 4.° juſti moriuntur, conſequuti jam remiſſionem omnium peccatorum a Deo; at ubi nullum peccatum, ibi & nulla poena, quum nuſpiam culpa ſine poena, quae illam conſequitur, remittatur. Ergo piorum hominum mors proprie poena non eſt, ſed aliquod duntaxat *incommodum*, quae duo ſatis differunt ap. Grotium de jure belli & pacis l. 2. c. 20. §. 1. Haec *Buddeus*.

299 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: hoc ipſum quod mors ſit ſomnus, veſtis depoſitio & tranſitus ad vitam aeternam per ſeparationem animi a corpore, quam natura ſummopere horret, haud levis poena eſt; eo maxime quod illa ſeparatio immortalitati peccato deperditae in juſtis quoque ſubcedat. Adſeruntur credentes non mori, videlicet morte aeterna. Ad 2: lucrum, quod fidelibus adcedit ex morte, qua nempe intercedente ad patriam aeternam commigrant, non tollit quominus patiantur praefatam ſeparationem cum reliquis animi corporiſque miſeriis illam ſuapte natura conſectantibus: longe optabilius juſtis quidem eſſet illud comparare lucrum per translationem in coelum abſque morte, & corporis diſſolutione ac corruptione.

300 Ad 3. *D. A.* mors fidelium qua praeciſe mors eſt, *N;* hanc quippe Chriſti mors non abolevit: qua mors ſublata cum immunitate peccati eſt infallibilis tranſitus ad coelum, quod Chriſtus moriens aperuit, peccato condemnato atque devicto, *C.* Et *D.* ſimiliter *Conſ.* Nec aliud quidem difficultatis & efficaciae pro nova opinione continent Authoris ſui argumenta, haud levi ingenii atque eruditionis ſpecie propoſita contra *Roëllium* mox cit.

301 Ad 4. *D. Ma.* conſequuti jam remiſſionem omnium peccatorum quoad culpam, *C.* quoad poenam temporariam peccati conſectariam, *N. Ma.* & *Mi.* & *Con.* Quo ruit & illud vulgatiſſimum Buddei & reliquorum Proteſtantium argumentum adverſum dogma ſanctum Purgatorii, quia nempe, ajunt, nunquam Deus culpam remittit, quin omnem pariter condonet poenam ei debitam: quod quidem apertae falſitatis heic potiſſimum evincitur ex aerumnis aliis & calamitatibus pene innumeris, quas ſeorſim a morte pii omnes, etiam remiſſo quoad culpam per baptiſmum peccato originis, in poenam ipſius vel inviti ſufferre coguntur. Eas, quas Deus inflixit aerumnas *ſuperius* expoſuimus (*e*) eaſdemque pariter refert idem Author, probatque (*f*).

302 Nec juvat porro *Buddeum* doctrina laudati Grotii. Hic enim loco citato poenam deſcribit, *malum paſſionis*, *quod infligitur ob malum actionis*, cui adcinit *Sam. Puffendorfius* (*g*) minime vero ille poenam ab *incommodo* diſcriminat, quatenus poena incommodum non ſit, quae ſemper moleſtiam adfert, ſed quoniam non quodvis incommodum

(*e*) In Tom. III. p. 369. a n. 618.
(*f*) In cit. Theol. l. 3. c. 2. §. 27.
(*g*) De jure nat. & gent. l. 8. c. 3. §. 4.

dum ob malum actionis infligitur, quapropter nec proprie poena eſt; ut puta moleſtiae, quas plerique ſuſtinent ob morbum contagioſum, aut corpus mutilum, aut alias impuritates, cujuſmodi in lege Hebraeorum multae exſtant. Probandum tamen Buddeo reſtat, mortem piorum hominum eſſe levius poſterioris generis incommodum, non autem graviſſimum, eis *inflictum ob malum actionis*, quam in Adamo peccante olim perpetrarunt, atque adeo proprie poenam.

303 Obj. *tertio* contra III. Adſ. Non omnes homines ſubituri ſunt mortem. Nam 1.° ita ſentiunt multi PP. (*h*) ex 1. Cor. 15. 51. nam ubi legimus cum vulgata, *omnes quidem reſurgemus*, verſiones Graeca, Syriaca, Arabica legunt, *non omnes quidem dormiemus*, hoc eſt ſomno mortis. Idemque colligunt ex 1. Theſſal. 4. ubi Paullus de iis, qui vivent quando Chriſtus ſecundum venerit, inquit non eſſe praeventuros eos, qui dormierunt, hoc eſt non eſſe prius glorificandos, quam qui poſt mortem reſurrexerant. 2.° ex Hebr. 11. *Henoch translatus eſt, ne videret mortem*; & idem de Elia certum eſt. 3.° ex Num. 16. Datan, & Abiron in infernum *vivi* deſcenderunt: & ex Apoc. 19. Antichriſtus, ejuſque pſeudo-prophetae *vivi miſſi ſunt in ſtagnum ignis*, hoc eſt in infernum. 4.° ex Symbolo, juxta Act. 10. & Rom. 14. *Chriſtus venturus eſt judicare vivos, & mortuos*. 5.° nulla poteſt adſignari cauſſa naturalis ſubitaneae mortis tot hominum, qui vivi erunt, & ſuperſtites in ipſo die judicii.

304 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: etiam nobiſcum ſentit *maxima Patrum turba*, ex vulgato *Gennad.* (*i*) ex eis nonnullos pro Adſerto mox adlegavimus cum recentioribus perplurimis. Praeterea ex *Hier.* (*k*) multi codices graeci idem ferebant quod vulgata, idemque legerunt nonnulli PP. graeci. Quid? quod τό *non omnes dormiemus*, intelligi poteſt *de diuturna dormitione, ita ut opus ſit ſepulcro, ac ſolutione ad corruptionem*, ex *Oecumen.* (*l*). Heinc Paullus ad Theſſal. non docuit, eos, qui vivent proxime ad judicium, non eſſe morituros, ſed ſimul eſſe glorificandos, aut reſurrecturos eodem ſimul momento, quo reſurgent alii, multis etiam abhinc ſeculis obmortui.

305 Ad 2: Henoch licet occumbat, non videbit mortem, uti ceteri frequentius, quia ſtatim reſurget: quod mox docebimus. Ac de illo quidem facile pronuntiare poſſis quod de Elia *Gregorius* (*m*) *mortem diſtulit, non evaſit*. Ad 3: Dathan, & Abiron non devenerunt vivi ad Infernum, nam terra ſe occludente ſuffocati ſunt. Nec plane vivus illuc deveniet Antichriſtus, quippe quem *Dominus Jeſus interficiet ſpiritu oris ſui* ex 2. *Theſſal.* 2. Ad 4: verba Symboli reſpiciunt tempus, in quo fidem profitemur: quocirca eos *vivos* adpellamus, qui nunc vivimus, mortuos qui nos praeceſſerunt. Ad 5: mul-

(*h*) Eos *ſuperius* adduximus in Proluſione proxima.
(*i*) De eccl. dogm. c. olim 8.
(*k*) In epiſt. proxime laud. ad Minerv. & Alexandr.
(*l*) In eum locum.
(*m*) Hom. 29. in Evang.

multiplex esse potest subitaneae mortis instante die novissimo caussa; puta fames, pestis, terraemotus, nimius timor, coelorum, elementorumque perturbatio (*n*) (§).

QUAE-

(*n*) Pluribus rem persequuntur *TT.* pro Adserto laudati cum *Got.* t. 3. tr. 15. q. 4. dub. 3. §. 2.

OBSERVATIO.

(§) *Francisc. Burmannus* e schola Calviniana S. Theol. Doctor & Professor, in synopsi Theol. t. 2. l. 6. c. 11. n. 6. sqq tractationem suam de Morte harum positionum exornat coronide. Videlicet 1.° „Nec „ probanda Pontificiorum superstitio in cereis, hymnis ac universo funebri sacro: „ quae ut apud veteres victoriae ac triumphi „ erant insignia, ita a Romana Ecclesia „ perverso ritu propitiandis animabus & a „ poenis liberandis usurpantur „.

2.° „ Atque ejusmodi indolis est coemeteriorum consecratio, mortuosque in „ templis humandi mos. Qui ab Oratoriis „ olim ad Martyrum sepulcra exstructis originem trahens, tandem in superstitionem „ vertit, & ab idololatria denique contaminatus est „. . . .

3.° „ Perverse quoque iidem mortuos „ sepelire meritorium habent: istique rei in „ ecclesia sua hominum ordinem instituerunt; „ quales fere in veteri ecclesia parabolani „ erant, qui aegris ministrabant „.

4.° „ Quod si in opere isto, pestilente „ contage tactos exstingui contingat, etiam „ Martyribus adcenseri debere disputant. „ Quum in hisce nullum meritum, martyrium autem non nisi metaphoricum sit. „ Quae & veterum mens est „. Haec ille. At parum pie, comiter, prudenter, ac docte.

Nimirum 1.° superstitio imperite nuncupantur ritus, qui jam inde a primaevis temporibus in sepeliendis defunctis apud pios fideles obtinuerunt. Et vero quod cerei tum in funeribus delati sint, testantur praeter alios innumeros, *Acta proconsularia* martyrii S. Cypriani ap. *Ruinart.* in Act. sel. *Nyssen.* in descriptione funeris S. Macrinae sororis suae, *Hieronym.* ubi de funere S. Paullae ep. 27. *Nazianz.* orat. in Julian. ubi de funere Constantii Imp.

Quod deinde psalmi aut hymni in deductione funeris decantarentur, discimus pariter ex vulgato *Dion. Areop.* de eccl. hier. c. 7. *Nyssen.* proxime laud. *Hieron.* mox cit. itemque in Epitaph. Fabiolae ep. 30. c. 4. *Sulpic. Sev.* ep. 3. ad Basulam, ubi de funere S. Martini, *Victore Vit.* hist. Vandal. l. 1. Neque id quidem diffitetur, immo & adserit *Binghamus* ap. Protestantes praeclarissimus vir in Or. eccl. t. 10. l. 23. c. 3. §. 8. p. 54. & §. 11. p. 60. sqq. post nostratem *Marten.* de ant. eccl. rit. l. 3. c. 14. §. 3.

Quin etiam idem *Bingh.* tot tantisque laudibus a suis commendatus, toto eodem libro cum laude recitat ac interpretatur ceteros quosque fere ritus funereos Ecclesiae veteris, quibus cum hodierni nostri prorsus conveniunt. Neque vero praeterea Ecclesia Romana eos omnes defunctorum animis propitiandis & a poenis liberandis usurpat ritus, sed illos duntaxat, qui rationem suffragii praeferunt, ut puta psalmi, hymni, aliaeque preces, Sacrificium Eucharisticum, eleemosynarum distributio; ceteros vero ceu pia erga defunctos obsequia exhibet.

2.° Nec minore gaudet vetustate mos sepeliendi mortuos in ecclesia apud pios christianae religionis Patres. Namque sub prioribus seculis, persequutione gliscente, ecclesiae fidelibus coemeteria erant, seu cryptae plerumque subterraneae, in quibus & ad sacra officia obeunda conveniebant, & mortuos sepulturae mandabant, quod praeter alios monet cit. *Bingh.* l. 23. c. 1. §. 2., vixque deinde ecclesiae reddita pax est, idem sensim inolevit mos sepeliendi defunctos in basilicis, praesertim Principes, Episcopos, aliosque dignitate, vel sanctimonia conspicuos viros: quod plurimis exemplis testatum habes ap. laud. *Marten.* l. 3. c. 13. n. 10. sqq.

Ut autem Burmannus discat quam pia sit, totiusque superstitionis expers consecratio veterrima coemeteriorum, non secus ac reliquae consecrationes & benedictiones ecclesiasticae, illum ad Polemicos nostrates remittimus, praesertim ad *Bellarm.* l. 3. de cultu SS. c. 7.

3.° Meritorium esse, pium utique & reli-

306 QUAESTIO II. Quid de *Judicio privato* ? ADSERO I. Absolvitur unico temporis momento ; quo facile anima deprehendit ea omnia de quibus diſcuſſio facienda eſt ad praemium , vel ad ſupplicium . II. Hoc illud momentum eſt quo vere dicitur , nunc temporis non eſt homo , qui proxime fuerat . Quia ſententia non fertur

religioſum , Deoque gratum , humare mortuorum cadavera , ediſcimus catholici ex *Tobia* 12. 12. & ex catechiſmo eccleſiaſtico vulgatiſſimo , quo docemur referri illud inter pia opera miſericordiae corporalis , ſecundum doctrinam veterum Patrum : quamobrem piiſſime olim in majoribus quibuſdam eccleſiis praefati *parabolani* inſtituti ſunt , de quibus plura *Raynaud.* de martyrio per peſtem par. 3. c. 4. n. 3. p. 482. ad tom. 18. cit. *Bingh.* l. 3. c. 8. §. & l. 23. c. 3. §. 7. *Cang.* art. *Parabolani* , *Macri* art. *Paraboli* .

Plura de hoc inſigni merito doceri potuit Burmannus a *S. Thom.* in ſupplem. q. 71. a. 11. *Valent.* t. 3. d. 3. q. 9. pu. 2. *Bannez* 2. 2. q. 32. ar. 3. *Bellarm.* l. 2. de Purgat. c. 19. *Granad.* cit. tr. 1. d. 4. quibus inter alios ſubceſſit , pulcre in hanc rem differens , *Gotti* in ſupplem. 3. p. q. 4. dub. 3. nec non *Liberius a Jeſu* tr. 3. par. 2. controv. 1.

4.° Mortem ex caritate obire in proximi contage tacti ſubſidium , permagnum continere meritum diſerte eruimus ex *Joan.* 15. 13. cum frequentiſſima Patrum atque Interpretum in eum locum ſententia ; tum ex *Clem.* Alex. l. 4. ſtrom., ex ſummis denique praeconiis , quibus id genus mortem oppetentes efferunt Patres aliique ſcriptores orthodoxi cum *Dionyſ.* Alex. in epiſt. paſch. ap. Euſeb. hiſt. l. 7. c. 17. alias 20. Longe vero praeſtat horum teſtium authoritati adhaerere, quam unius Burmanni Calvinicolae .

Diſputant quidem quaeſtionem illam noſtrates Theologi , cenſerurque frequentius mortem ejuſmodi martyrium metaphoricum aut improprium eſſe . Non ita vero id certum eſt , ut *Raynaudus* in cit. diſſ. in ea actione rationem martyrii proprii documentis ſatis ſuperque probabilibus non repererit .

Ubi tamen (quia ubi vis litandum veritati) obiter monuerim , quod is Author rem ſuam minime conficit in par. 3. c. 3. ſq. 2. p. 478. adducto exemplo e Martyrologio Rom. haec habente pridie Cal. Martii „ Alexandriae commemoratio SS. Presbyterorum , diaconorum & aliorum plurimorum, „ qui tempore Valeriani Imp. quum peſtis „ ſaeviſſima graſſaretur , morbo laborantibus „ miniſtrantes , libentiſſime mortem oppe„ tiere ; quos velut martyres religioſa pio„ rum fides venerari conſuevit „ . Indeque colligit Author a ſua ſententia ſtare authoritatem eccleſiae , quod pluribus promovere pergit .

Fruſtra tamen . Namque de ejuſmodi Martyribus huic Martyrologio adſcriptis haec habet *Bolland.* t. 3. Feb. ad diem menſis 28. p. 720. „ Necdum tamen in faſtis ullis, praeterquam Romanis ſuperiore ſeculo (XVI.) „ interpolatis eorum conſignatam memoriam „ reperimus „ nec ullus , puto , alius reperit . Undenam ergo anniverſaria haec Alexandrina celebritas in tabulas Romanas derivata eſt ? Anne hoc ſubditicio additamento iſtae tabulae olim interpolatae fuerint ?

Porro *Baron.* in not. ad Martyrol. ad eum diem , ut eam commemorationem ubique gentium incognitam fulcro aliquo communiret , haec profert verba ex epiſt. Dionyſii Alex. relata ab *Euſeb.* hiſt. l. 7. c. 22. alias 17. „ Ex patribus , qui virtute erant praeſtantiſſimi , in hunc modum mortem oppetiverunt . . . adeo ut iſtud mortis genus , „ quod propter incredibilem pietatem & roboſtam fidem ſuſcipiebatur , nihil a martyrii ſplendore abeſſe videretur „ .

Sed iis tamen Dionyſius vel ne quidem innuit feſtum aliquod eis piiſſimis hominibus ceu martyribus indictum eſſe , aut eos *velut martyres religioſum piarum fidem venerari conſueviſſe* . De hac itaque ſollemni veneratione , quae aliquando apud Alexandrinos obtinuerit , tantiſper dubitare quis poſſit uſque dum pro ea documenta ulteriora non ſuppetant .

Neque vero Martyrologio Romano quantum ad res hiſtoricas inſignior adſcribenda authoritas quam officio Breviarii , quod plane correctionibus , ut nemo neſcit , obnoxium eſt .

Argumentum itaque a praefata Martyrologii hiſtoria petitum porro elumbe eſt, & cauſſae Raynaudianae , alias ſatis probatae , parum favet , quantumcumque illud Author promovere ſtudeat .

antequam finiatur tempus merendi ; nec eſt cur differatur poſt hoc momentum. Heinc

307 III. Anima judicatur in loco corporis, ubi exſiſtit dum moritur priuſquam ab eo diſcedat. Quia tunc temporis non eſt adhuc ſeparata localiter a corpore, quum motus localis nequeat in momento fieri : ergo non judicatur in alio loco diſtante a corpore. Ubi tamen Chryſoſt. Bernard. Hug. de S. Vict. cum Aug. (*nn*) ferunt, animas poſt mortem perduci ab Angelis ante tribunal Judicis, ſolum ita loquuntur, ut noſtro concipiendi modo adcommodentur. V. Hoc Judicium peragit Chriſtus qua homo. Quia *omne judicium dedit Filio* ex *Joan.* 5. 22. Et quidem poteſtas judiciaria, quae eſt omnium maxima, Chriſto convenit ratione unionis hypoſtaticae, in actu primo ab initio Incarnationis, & in actu ſecundo ab ipſo ſuae mortis momento.

308 V. Judicat e coelo : at venire ad Judicium dicitur ſecundum efficaciam, per quam efficit, ut unuſquiſque ſuum ſtatum agnoſcat, ac ſententiam Judicis audiat ſpiritaliter, & vi illius tendat ſtatim ad locum ſuis meritis debitum (*o*). VI. Num Chriſtus, dum judicat, videatur ab anima ſpiritaliter ſub aliqua forma, vel ſpecie ? nimis incertum. Plerique negant (*p*). Quia ea viſio non exigitur ad rationem Judicii. Adfirmant alii (*q*). Quia confert tum ad oſtenſionem judiciariae dignitatis, tum ad bonorum ſolamen, tum ad impiorum ſupplicium.

309 VII. Bis mortui, qui nempe a morte revocati ad vitam rurſum obmortui ſunt (*r*) quum primum fatis conceſſere, judicium privatum non ſubierunt. Veri quippe ſimile videtur iis ſententiam a ſummo Judice ſuſpenſam ac dilatam eſſe, ac in illud tempus reſervatam, quo vitam omnem abſolverint : ut quid enim in ipſos duplex feratur judicium particulare (*s*) ? Quod ſi quaeras ulterius, ubinam ejuſmodi ſuſcitatorum animi poſt primam mortem ? Ajo, id mihi magis incertum, quum iſtud & Scripturae, & Concilia, & Patres omnino taceant, nec ullo firmo fundamento elucidari poſſit ; quidquid plerique conjectando rem divinare moliantur (*t*).

OBJECTIONES.

310 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Non eſt ejuſmodi pro cunctis Judicium. Nam 1.° ſine fundamento illud ſtatuimus. 2.° putarunt nonnulli,

(*nn*) De vanit. ſecul. c. 1.

(*o*) In haec, quae quomodocumque conjectando definimus, fuſius differunt *Suar. Siur. Granad.* citt. cum *Abul.* in c. 24. Matth. 9. 239. *Sot.* in 4. d. 45. q. 1. ar. 3. *Valent.* t. 4. d. 11. q. 1. pu. 2. *Tyraeo* de adpar. ſpir. c. 14. & alias.

(*p*) Cum *Raynaud.* t. 2. de adtr. Chriſti ſect. 4. c. 8. n. 641.

(*q*) Cum *Tyrae.* cit. c. 23.

(*r*) Horum exempla varia habemus 1. *Reg.* 17. 22. & 2. *Reg.* 4. 25. & 13. 21. *Matth.* 9. 25. *Marc.* 5. 42. *Luc.* 7. 15. & 8. 55. *Joan.* 11. 44. *Act.* 9. 40. & 20. 10. ut mittam qui ſuſcitati feruntur a SS. Vincentio Ferrerio, Franciſco Xaverio &c.

(*s*) Nobiſcum ſunt citt. *Tyrae.* c. 13. n. 45. & *Siur.* tr. 2. n. 10.

(*t*) Conf. *Granad.* proxime cit. diſp. 3. n. 2. ſqq. & *Georg. C. Comarinus* in diſp. de bis-mortuis ap. faſciculum alias laudat. a p. 346.

nulli, quod animae poſt mortem ſuſpenſae ſunt, & ambiguae de ſtatu ſuo uſque in diem Judicii univerſalis : & ſaltem hanc ambiguitatem tribuunt aliqui DD. animabus Purgatorii ; ac nonnulli etiam animabus decedentibus cum ſolo originali : ergo quia nondum Judicium aliquod, aut ſententiam audierunt.

311 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* quoniam aequum eſt, ut nullus ſui meriti retributionem adcipiat, priuſquam meritum judicetur. Ad 2: illa ſuſpenſio, & ambiguitas neganda eſt penitus quibuſque catholicis, ubi adſeritur ab omnibus privatum Judicium. Animae in Purgatorio ſolum ambiguae ſnnt circa ſupplicii durationem ; atque animae decedentium cum peccato originis (quod veriſimile opinamur) cito noſcunt in judicio ſtatum ſuum, & quod in eo aeternum manebunt (*u*).

312 Obj. *ſecundo* contra II. Adſ. Ex Greg. (*x*) Clymaco (*y*) Beda (*z*) multae revelationes indicant fieri judicium ante mortem, quando anima corpus adhuc informabat. Et ex Aug. (*a*) Greg. (*b*) Cyril. Alex. (*c*) cum aliquot animabus factum eſt judicium tempore mortem ſubſequuto. *Tertio*. Non judicatur anima in momento, quo definit informare corpus ; nam ſi ſit omnino juſta, vel lethall crimine maculata, non eſt, cur ipſi differatur viſio Dei, vel acerba viſionis privatio: haec autem ſententiam ſubſequi debent, ac meritorum diſcuſſionem.

313 R. Ad *ſecundum*. Revelationes, & ſententiae ab iis PP. adductae oſtendunt abſque falſitate judicii negotium modo nobis adcomodato, licet non eo modo, & ordine expediatur, quo oſtenditur ; nec enim divinus Judex eget teſtibus, aut prolixa cauſſae diſcuſſione. Ad *tertium*. *N. Adſ.* Tunc temporis anima non eſt adhuc a corpore localiter ſeparata : unde non eſt, cur donetur ſui meriti retributione, quam tamen adcipit poſt judicium, in momento ſubſequuto : ſi nempe teneas quod anima ſeparata poſſit naturaliter a loco in locum uno momento pervenire, quin per medium tranſeat ; alioqui enim non eſſet, cur retributionem obtineat, priuſquam ad locum retributionis deveniat (*d*).

314 QUAESTIO III. Quid de *Reſurrectione privata*? ADSERO I. Plerique ſurrexerunt, ut Lazarus, & iterum, & modo mortui ſunt. Alii ſurrexerunt, non amplius morituri, ut puta Chriſti reſurgentis Comites aliqui, & qui dicuntur viventes ad gehennam deſcendiſſe, hoc eſt intercedente mortis ſtatu quaſi momentaneo (*e*). II. Reſurrectio eſt

(*u*) Lege *Suar.* cit. ſ. 2. *Val.* t. 4. d. 1. §. 22. pu. 9. *Gotti* t. 3. tr. 16. q. 4. dub. 1.
(*x*) L. 4. dial. c. 38.
(*y*) Scala parad. gradu 7.
(*z*) L. 3. hiſt. Angl. c. 14. & 15.
(*a*) L. de cura pro mortu. c. 12.
(*b*) Mox cit. c. 36.
(*c*) Orat. de exitu animae.
(*d*) Conſ. *Suar.* cit. & *Gotti.* cit. dub. 2. §. 2. ac prae ceteris *Raynaud.* cit. de Chr. judice ſect. 4. c. 8.
(*e*) Recole mox dicta de bis mortuis.

eſt ſuapte natura impoſſibilis (*f*). Quia nec phyſice, nec moraliter eſt naturae debita. Immo ex *Ambr.* (*g*) *ideo reſurrectio difficile creditur, quia Dei munus eſt* (*h*).

315 QUAESTIO IV. Quid de *Reſurrectione communi*? ADSERO I. Haec ex Dei lege comprehendit omnes, qui mortem oppetierunt, praeter eos, qui quum tuba inſonet, ad Judicium univerſale convocans, empyreum, & infernum gehennalem corpore ſimul & anima fortaſſe incolant. Iis enim jam ultima reſurrectio peracta eſt. Etenim ex *Joan. 5. omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem Filii Dei, & procedent, qui bona egerunt, in reſurrectionem vitae; qui vero mala egerunt, in reſurrectionem judicii* (*i*).

316 II. Reſurgent probi & improbi ex virtute poteſtatis judiciariae Chriſti Domini. Quia qua homo eſt cauſſa meritoria omnium reſurrectionis. Idcirco ex 1. *Cor.* 15. *per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum*. Immo ex articulata ejus voce reſurrectionem imperante. Ipſaque vox erit clangor tubae Archangeli, de qua 1. *Theſſal.* 4. 15. Et en cauſſa efficiens inſtrumentalis ſaltem moralis comparate ad reſurrectionem (*k*).

317 III. Reſurgent pii & impii ſolo interventu bonorum Angelorum. Quia decet iſtos nomine Chriſti tanta patrare opera, neutiquam daemones. Et quidem veroſimile eſt, ſingulos quoſque Cuſtodes Angelos ſuorum clientum curaturos fore reſurrectionem, colligendo corporum cineres &c. ſecundum Dei diſpoſitionem, ipſis revelatam (*l*). IV. Omnes ſimul reſurgent eodem ſaltem moraliter momento. Quia ex 1. *Cor.* 15. *Omnes quidem reſurgemus in momento, in ictu oculi*. Nec enim ex parte Dei, nec ex parte ſuſcitandorum ulla requiritur temporis ſubceſſio (*m*).

318 V. Idem phyſice corpus reſurget, ſaltem quoad praecipuas partes. Nec Deus ullis parcet miraculis, ut vere dici poſſit: hic ille eſt, qui meruit, aut demeruit. VI. Reſurgent omnes cum ſexuum diſcrimine, quod porro ad decus & integritatem corporum pertinere videtur; tum abſque ulla monſtroſitate ex defectu ſenſuum, aut integritatis membrorum. Quoniam Deus, qui naturam creavit integram, & integram reparabit ſine reſpectu ad culpam: utpote cujus opera perfecta ſunt (*n*). Haec quidem ſacro dogmati enodando, illuſtrandoque potiſſima capita. Iis perplura Theologi cum orthodoxi,

(*f*) *Salaſ* in 1. 2. tr. 2. d. 14. n. 9. & *Lauraea* cit. d. 6. ar. 1. cum *D. Th. Scoto* &c.

(*g*) L. 1. de fid. Reſur.

(*h*) Plura in his mortuos divinare pergunt *Scholaſtici* ap. & cum cit. *Siurio* tr. 7. c. 3. a n. 29.

(*i*) Conſulito *Sal.* cit. & *Siur.* tr. 14. n. 17.

(*k*) Haec pluribus promovent citt. *Sal.* n. 33. *Siur.* n. 2. & 24. *Laur.* d. 4. ar. 3.

(*l*) Conferri meretur inſtar plurium *Suar.* in 3. p. t. 2. d. 50. a ſ. 1. ad 6.

(*m*) Recole cit. *Suar.* l. 9. *Sal.* cit. n. 69. *Siur.* cit. n. 42.

(*n*) Pluribus haec confirmat opinio communior ap. & cum eodem *Siur.* tr. 14. c. 5. & 6. nonnullis identidem refragantibus cum Duran. Eſtio &c.

xi, tum proteſtantes, conjecturis freti adjiciunt, quae fortaſſe minus utiliter diſceptantur.

OBJECTIONES.

319 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Non reſurgent omnes. Nec enim reſurgent damnati, nec qui in maternis uteris obmortui ſunt. Nam 1.° ex Pſ. 1. *non reſurgent impii in judicio, neque peccatores in concilio juſtorum*: ex 2. Mach. 7. *tibi enim reſurrectio ad vitam non eſt*, ſcilicet iniquo, & peccatori: ex 1. Cor. 15. *eos, qui dormierunt, per Jeſum adducet cum eo*, videlicet electos tantum. 2.° reſurrectio eſt magnum quoddam bonum, & miraculoſum: ergo pravis hominibus non confertur. 3.° ſolum reſurgent qui nati ſunt; qui vero in utero matris obiit, natus non eſt. Idcirco de hujus reſurrectione dubitat Aug. (*o*).

320 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: *τὸ non reſurgent*, non refertur ad reſurrectionem, de qua loquimur, ſed ad ſuam infelicitatem; idem enim valet, ac ſi diceretur: caput non erigent, non ſubſiſtent, pro ſe reſpondere nequibunt. *Τὸ tibi enim* &c. loquitur de reſurrectione ad vitam aeternam, quae nihil habet mortis; et vero ex *Aug.* (*p*) *vita gehennae potius mors dicenda, quam vita*. *Τό eos qui* &c. denotat obventuram electis reſurrectionem glorioſam ad vitam aeternam, non autem inficiatur reſurrecturos reprobos ad mortem.

321 Ad 2: reſurrectio pro omnibus miraculoſa erit quoad modum, ſeu ex parte principii. Ipſa inſuper prout terminata ad ſubſtantialem animae & corporis compoſitionem, pertinebit ad generalem Dei gubernationem. Erit tandem electis in ſummum bonum, ac damnatis in ſummam poenam juſte a Deo inflictam, etiam intercedente miraculo. Ad 3. *N. Ma.* Omnes homines vel nati ſint, vel non nati, qui tamen in Adamo mortui fuerint, *in Chriſto omnes vivificabuntur* ex 1. *Cor.* 15. Aug. adductus potius propendet in ejuſmodi non natorum reſurrectionem (*q*).

322 Obj. *ſecundo* contra 11. Adſ. Non omnes reſurgent ex virtute poteſtatis judiciariae Chriſti. Nam 1.° damnatorum reſurrectio potius ad vindictam, & poenam, quam ad praemium pertinet: ergo non cadit ſub Chriſti meritum. 2.° nequit Chriſtus efficienter proxime concurrere ad omnium reſurrectionem abſque aliqua actione proxima, quae oriatur ab ipſo Chriſto, & homini ſuſcitando communicetur; haec autem actio difficulter adſignari poteſt. 3.° Chriſtus non ſuſcitabit mortuos voce ſua; tum quia & ejus vox, & tuba Archangeli adcipienda ſunt in ſenſu ſpiritali, ſcilicet pro imperio, quod inaudient & cui animae tantum obſequentur; tum quia vox ſenſilis nequit in mundo univerſo audiri, & operari; tum quia ex Greg. (*r*) fertur, *tubam ſonare nihil aliud eſſe, quam mundo ut judicem Filium demonſtrare*: pariter ergo vox Chriſti metaphorice ſumatur

(*o*) Civ. l. 22. c. 13.
(*p*) VI. de civ. c. 12.
(*q*) Adeundi *Suar.* cit. d. 50. ſ. 3. *Val.* cit. q. 3. per tot. *Got.* cit. tr. 15. q. 3. dub. 2. §. 3.
(*r*) Ap. D. Th. in 4. dil. 43. q. 1. a. 2. quaeſtiun. 2.

tur oportet. 4.° haec vox ſuperflua erit, ubi aliae ſuppetent cauſſae efficientes inſtrumentales noſtrae reſurrectionis, ſcilicet Chriſti humanitas, reſurrectio (*s*), & Ss. Euchariſtia digne ſumta, ex Joan. 6. *qui manducat* &c. & *ego reſuſcitabo eum* &c. ut expendit Valentia (*t*).

323 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: illa reſurrectio, quatenus eſt per actionem ſupernam, qua Chriſtus ſuam oſtendit efficaciam, ipſi glorioſa eſt; adeoque poteſt eamdem promereri: ſic enim expulſio daemonis a corpore obſeſſo, facta a Chriſti virtute, fuit ſimul poena daemonis, & Chriſti meritorum effectum. Ad 2: eodem modo procedit a Chriſti voluntate, & voce omnium reſurrectio, ac proceſſit reſurrectio Lazari; pro omnibus enim aeque de ipſo dictum eſt, *ſic & Filius quos vult vivificat*, ex *Joan. 6.* Unde peraeque ſimilis deſignanda videtur actio pro univerſali, ac pro Lazari reſurrectione.

324 Ad 3. *N. Adſ.* cum *Hier. Chryſoſ. Greg. Th.* ap. & cum *Suar.* (*u*). Nec eſt, cur ſcriptura, quae vocem ſenſilem ſcribit, in ſenſum metaphoricum detorqueatur. Poterit divinitus Chriſti vox ab omnibus toto orbe ſuſcitatis inaudiri; fiet autem reſurrectio in ictu oculi, atque adeo vocem multis momentis perdurantem, nempe *ſurgite mortui, venite ad judicium* poterunt jam ſuſcitati audire, qui etiam in primo prolationis momento jam fuerant mortui. PP. frequentius, cum vulgato *Anſel.* (*x*) per tubam illam intelligunt vocem maximam Archangeli, tanquam miniſtri, & praeconis, in adſumto aëreo corpore, quae ex Chriſti imperio reſonabit. Ad 4. *N. Adſ.* Non repugnant multae cauſſae inſtrumentales ejuſdem effecti. Et vero vox illa erit inſtrumentum proximum, medio quo producetur actio, ad univerſalem reſurrectionem neceſſaria (*y*).

325 Obj. *tertio* contra IV. Adſ. Non omnes ſimul reſurgent, ſed primum juſti, ac deinde reprobi. Nam 1.° ex 1. Theſſal. 4. *mortui, qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi.* 2.° ex 1. Cor. 15. *in Chriſto omnes vivificabuntur, unuſquiſque autem in ſuo ordine, primitiae Chriſtus, deinde ii, qui ſunt Chriſti, deinde finis.* 3.° Juſti exituri ſunt obviam Chriſto in aëre: ergo prius reſurgent, quam impii, illum terra re. pentes exſpectaturi. 4.° ſic Deus oſtendetur pronior ad reddendum praemium, quam ſupplicium. Quocirca in hanc concedunt opinionem plerique PP. cum Chryſoſt. Primaſ. Theophil. Oecum.

326 R. *N. Adſ.* cum *Hippol.* Mart. *Method. Gennad. Palud. Sot.* &c. Ad 1. prob: Paullus ibi non comparat reſurrectionem juſtorum ad reſurrectionem damnatorum, de quibus nullam mentionem fecit, ſed reſurrectionem juſtorum ad eorum raptum; nam primo reſurgent, ac deinde obviam ibunt Chriſto in aëra, & ipſi quidem reſur-

(*s*) Ex D. Th. heic q. 57. a. 1. 2.

(*t*) Heic d. 11. q. 3. pu. 2. ex Irenae, Nyſſe. Cyr. Alex.

(*u*) Proxime cit. ſ. 4.

(*x*) In elucidar.

(*y*) Conferendi *Thom. Valent. Suar.* proxime citt.

surgent primi, non ordine temporis, sed excellentia dignitatis. Ad 2: est ibi quoque sermo de ordine dignitatis, non temporis. Ad 3. *N. Con.* quoniam ejusmodi exspectationis tempus satis breve futurum est. Ad 4: potius expedit, ut in tempore, ac die judicii & justitiae, opera justitiae distributivae & commutativae impleri simul incipiant (z).

Iis denique in ulteriorem sancti dogmatis confirmationem subcedat multiplex & varia quidem traditio e monimentis vetustioribus depromta.

(z) In haec plura *Suar.* cit. s. 9. *Val.* cit. *Got.* cit. q. 4. dub. 2. §. 1.

MONUMENTA ANTIQUITATIS *CLASSIS IV.*

pro Resurrectione communi.

E RE LAPIDARIA.

1 HIC IN PACE REQVIESCIT LAVRENTIA L. F.
QVAE CREDIDIT RESVRRECTIONEM
ET VIXIT ANNOS PL. M. XXV MENSES ....
ET DEPOSITA EST SVB DIE PRIDIE
NONARVM IVNIARVM ALBINO V. C. CONSVLE *A. C.* 345.

Clusii ap. Murat. p. 435. 3. *e schedis Antonii Giganti.*

2 MALE PEREAT INSEPVLTVS
IACEAT NON RESVRGAT
CVM IVDA PARTEM HABEAT
SI QVIS SEPVLCRVM HVNC
VIOLAVERIT

Romae in sacris subterraneis ap. Aringh. t. 2. *l.* 4. *c.* 27. *p.* 174.

Qui violatori sepulcri imprecatur ne resurgat, generalem omnium defunctorum resurrectionem aperte quidem testatur.

3 AVRELIO . BALBO . VITA INTEGERRIMO
MORIBVSQ ORNATO . QVI SE
QVIETIORIS . PERFECTIORISQ VITAE
DESIDERIO
EX . NEGOTIIS
CIVILIBVS . IN
QVIBVS . FVE
RAT , CVM LAV

DE VERSATVS
IOVIS. OP. MA
BENEFICIO
DVCTO. HIC. IN
SPE. RESVRR
ECTIONIS. QV
ESCENTI. LOC
VS. PVBLICE
DATVS. EST

Romae olim ap. Gruter. p. 1050. 3. *ex Apiano.*

Variae ſunt ſuper hoc Marmore Criticorum ſententiae. Aliqui cum *Scaligero* ap. laud. *Grut.* & *Caſaubono* ap. & cum *Zacharia* in laud. diſſ. p. 387. illud Ethnicis adcenſent propter τὸ JOVIS OPT. MA. BENEFICIO; haec enim, inquit *Zach.* ut *hominis fidelis tumulo inſcriberentur, Chriſtianus nullus, etſi ethnicas formulas interdum a Majoribus noſtris uſurpatas novimus, paſſus eſſet.* Tum denique concludit, Lapidem paganum eſſe, ſed tertii aut quarti Seculi; quoniam Ethnici ultimis maxime temporibus complura ex Chriſtianiſmo in ſua ſacra tranſtulerunt, ut obſervavit *Mazochius* in epiſt. poſt. de Hilari epigram. p. 51.

Mea tamen opinione parum aut nihil proficit ratiocinio Cl. Authors; nam ipſe fatetur majores noſtros ethnicas interdum formulas uſurpaſſe: quidni ergo unam ex ipſis chriſtianus tituli Author ſemel heic uſurparit? Quod ſi e chriſtianis nullus ejuſmodi uſurpationem paſſus eſſet, eodem jure reponet quiſpiam, nullus ethnicus chriſtianam, quam titulus exhibet phraſim tuliſſet. Adde, quod etiam Chriſtifideles illis temporibus varia e Paganiſmo in ſuos uſus & mores traduxerunt; id quod, praeter alios, latiſſime probandum ſuſcepit Cl. *Marangon.* in comment. de reb. ethnicis &c. Itaque veroſimili conjectura fas eſſet judicare (ſi firmior ratio non obſtet) a Chriſtiano Authore irrepſiſſe in marmor hanc unam paganam formulam, ſubintelligendo tamen pro *Jovis Op. Ma.* DEI OPT. MAX.

Sed alii tamen cum *Fleetwoodio* p. 345. & *Eduar. Corſino* diſſ. 1. p. XVI. Chriſtianum eſſe Lapidem arbitrantur ob eam formulam omnino Chriſtianam *hic in ſpe reſurrectionis quieſcenti*, ſeu *quieſcenti*. Neque vero τὸ *Jovis Op. Ma.* remoratur acutiſſimum juxta ac eruditiſſimum Corſinum; quoniam, ait (& vere quidem) conſpicicimus, Chriſtianos interdum ethnicas formulas, vel imperitia vel elegantioris, ut ipſi temere exiſtimarunt, ſtili gratia & amore uſurpaſſe. Nos enim e. c. Romanos Hierarchas dicimus Pontifices Optimos Maximos, quales ethnici ſuos Imperatores ſalutabant; ac non raro quidem pro *certe* aut *ſane* dicimus *mehercule*, quod apud Paganos erat adverbium jurandi per deum Herculem; literatiſſimus demum

Car-

Cardinalis Bembus Leonem X. *deorum immortalium beneficio* Pontificem Opt. Max. renuntiatum esse perscripsit, pluribusque id genus dicendi formis in epistolis ejusdem Leonis nomine exaratis absque reprehensione usus est. Haec autem opinionem, quae titulum Christianis adnumerat, satis superque verisimilem reddere videntur.

Porro ex nuper adsertis ubi de Concordia fidei & rationis circa istud Dogma, *Porphyrius*, aliique ex Philosophis, vatibusque paganis id ipsum adumbrarunt, vel plane agnoverunt, & signanter *Phocylides*, ibidem laudatus, qui illud cecinit,

. . . *Mox e terra speramus in lucem prodituras*
Defunctorum reliquias.

Heinc vero satis congruenter colligi videtur, paganum tituli Authorem eadem imbutum Phocylidiana sententia, eam immisisse titulo, qui profecto quoad stilum ceteraque ornate dicendi formulas paganismum priorum temporum post Christum natum mihi plurimum sapit.

Anne fictitius erit titulus, aut e marmore indiligenter exceptus, aut inscite ab amanuensibus exscriptus? Fortasse imprudens non fuerit qui haec suspicetur. Verum enim vero utut haec sint, dummodo ponas ex communi Criticorum adsensu epigraphen genuinam esse, sive illa christiana sit, sive ethnica, comprobando, illustrandoque Dogmati plurimum confert.

4 *loc.* DEC. CVBICVLARI ♡ HV*jus Basilicae*
QVIESCIT CARO MEA NO . . . . . .
. PM . CREDO RESVSC . . . . . .
XV. KAL. IVN. ET ITĒR P . . . . . .

Extra Urbem in S. Paulli. Exscripsi, & supplevi cum Margarino p. XXVII. *n.* 371.

Pervetustam epigraphen, conspicua de nostro Dogmate vestigia praeferentem, tantisper vitiatam exhibuit *Murat.* p. 1857. 1.

5 DESIDERI CVBICVLARI AVG. . . . . .
REQVIESCIT CARO MEA NO . . . .
PM CREDO RESVSC . . . . .
V . KAL . IVN . ET IT . . . . .
R̄R . P .

Extra Urbem in SS. Martini & Silvestri ap. laud. Murat. ibid. n. 3. *e schedis Vallicellanis, mittente Blanchino.*

Ecquis autem non suspicetur vehementer, hanc unam eamdemque esse cum Epigraphe proxime adlata, deturpatam vero ab exscriptore, seu aliquo Amanuensi?

6

IN HOC TVMVLO CONDITVR BONÆ
MEMORIÆ SEVERIANVS QVI . . . .
. . . . . RESVRGIT * IN XP̄O DM̄O *resurget.
&c.

Viennae Delphinatus, ut supra in Tom. II. Class. I. n. 12. p. 18.

7

QVOS PARIBVS MERITIS IVNXIT MATRIMONIO DVLCI
OMNIPOTENS DOMINVS TVMVLVS CVSTODIT IN AEVVM
CATERVI SEVERINA TIBI CONIVNCTA LAETATVR
SVRGATIS PARITER CRISTO PRAESTANTE BEATI
QVOS DEI SACERDVS PROBIANVS LAVIT ET VNXIT

Tolentini in Basilica Canonicorum Regularium, in operculo celebratissimi sarcophagi, continentis Catervium ex Praef. Praetorio, ejusque conjugem Severinam, ap. Fabrett. cap. 10. n. 505. p. 740.

Dat Epigramma in quarta linea Dogma resurrectionis, & in quinta Baptismi & Confirmationis Sacramenti, quibus ambo conjuges a Sacerdote Probiano abluti & uncti sunt, uti contendit laud. *Corsin.* diss. 2. n. x. p. xxxvi. cui modo subscribimus. Varia de aetate aliisque conditionibus hujus Catervii *Ughellus*, *Ferrarius*, *Baron.* ap. & cum *Mabillon.* in itin. Italico p. m. 221. sqq. quae Criticis, quibus est otium, expendenda relinquimus.

8

CREDO . QVIA . REDEMTOR . MEVS . VI
VIT . ET . IN . NOVISSIMO . DIE . SVSCITA
BIT . ME . HIC . REQVIESCIT . IN PA
CE . VENERIVS . PRESBYTER . QVI . VIXIT
ANNOS . QVADRAGINTA . DVOS
DEPOSIT . EST . DIE . XI . MENS . FEBR .
INDICT. VIII. QVI . HVNC . TVMVLVM . VIOLAVERIT . HABE
AT . ANATHEMA . A CCCXVIII
PATRIBVS . (*Nicaenis*) PER . VENERAB. DOMNVM . SERGIVM . B. EPISCOP.
& PORTIONEM . CVM . IVDA . TRADIT . DNI . N. IESV . CHRISTI .

Arimini in Coenobio sacrarum Virginum S. Matthaei ap. Murat. p. 1955. 1. mittente Joan. Blanco Medico Clariss.

Habes in pretiosissimo Marmore Traditionem de resurrectione universali, de pace seu communione ecclesiastica, de ordine Presbyteratus & Episcopatus, de usu anathematis, de authoritate Nicaenorum Patrum, de Gehenna infernali, de Juda traditore, de Jesu Christo Domino Nostro. Heu quot Dogmata in uno, brevique Marmore!

Quis

Quis autem ille Sergius, e quo colligi poſſet aetas Marmoris, nulli hucuſque, reor, exploratum.

9 PONTIFICIS REQVIEM GAELESTI MVNERE . . . .
AGNELLVS VIRTVTE DI NON PERDIDIT ILLAM
QVI OPTATAM MERVIT LVCIS COGNOSCERE PACEM
CORPORIS IPSE SVI TEMPLVM SERVABIT VT ESSET
IVSTVS CVM SCIS XPO MEDIANTE RESVRGET
SIC QVOQVE PRO MERITIS GAVDET QVI TALIA GESSIT
HIC RQ IN PC AGNELLVS ARCI EPISC
QS* ANN. XIII. MENSE VNO DIES VIII *qui ſedit.
QVI VIXIT ANNOS OCTOGINTA TE* TRES *et.
DEPOSITVS EST SVB D. KAL. AVG. IND. II.

Ravennae in palatio Archiepiſcopi ap. Murat. p. 1823. 1. *ex Vandellio Mutinenſi.*

Sepulcralem Agnelli Archiep. Ravennatis Lapidem recitaverant primum *Rubeus* in hiſt. Ravenn. *Ughell.* in Ital. ſacra ubi de Archiep. Ravennat. in Agnello, *Bacchin.* in diſſ. de vita S. Agnelli p. m. 129. Varie tamen indictionem ſub finem Lapidis adſignatam retulerunt: videlicet Rubeus & Ughell. habent IND. XIV. Bacchinius vero IND. III. Ceterum laudatus Vandellius, cui major adhibenda fides, quippe, ut teſtis eſt Murator., ſub oculos habuit Marmor, exſcripſit IND. II. Hac autem indictione admiſſa tanquam certa, ſatis ceſſit Agnellus an. 569., ad quem propterea ſpectat aetas Marmoris, quod quidem una cum beata reſurrectione protulit nobis ſanctum dogma de neceſſitate bonorum operum, quibus illam promereamur.

10 CREDO QVIA REDEMPTOR MEVS BIBIT ET IN NOBISSIMO DIE
DE TERRA SVSCITABIT ME ET IN CARNE MEA VIDEBO DOMI
NVM MEVM EGO BASILIVS FILIVS SALIBVDI E GREGORIA
CONIVGE VIVVS DVM IREM IN MANDATVM IPSORVM
MALVS HOMO APPREHENDIT ET PORTABIT ME IN
RIBVM ET OCCISIT ME MORTEM CRVDELEM IN INFAN
TIAE MEAE ANNORVM DVODECIM IND. XIV. MENSIS
MAGI DIE XXVI.

Neapoli ap. Murat. p. 1841. 5. *ex Ignatio Maria Como.*

Ridiculum porro Epigramma, at illuſtre tamen pro ſancto Dogmate.

CRE-

11 CREDO QVIA REDENTOR MEVS VIBIT ET IN NOBISSIMO DIE DE TERRA
SVSCITABIT ME ET IN CARNE MEA BIDEBO DEVM MEVM
HIC REQVIESCIT IN PACE EVPHIMIA . ET IOH. VIR EIVS ET CAETERI FILII EORVM

Ibidem in SS. Joannis & Paulli ap. Mur. p. 1865. 1. *ex ipso Como.*

12 IN SOMNO PACIS LAVRENT. SEN. QVI VIXIT . ANN . LX. DEP. SVB DIE
XXVI . MENS . MARTII IND . V . ET IOHANNA CONIVX EIVS QVAE VIX. PL.
M. AN. LXXV. DEP. SVB D. . . M. . . IND. . . . CREDIMVS
QVIA REDEMPTOR NOSTER VIVIT ET IN NOBISS. . . . DE TERRA
SVSCIT. . . . ET IN CARNE NOSTRA DOMINVM REDEMPTOR .
AMEN .

Ibidem in S. Augustini Majoris ap. Mur. p. 1899. 1. *ex eode m Como.*

13

S SEBAE CVM FACINORIBVS ME INVASIT HORROR MORTIS S
T TELLVS IN PVLVEREM REDACTA CARO MEA QVIESCIT T
E EXPECTANS VENTVRVM MEVM DE COELIS FACTOREM CVM FIDE E
P PROMISSIONIS RESVRRECTIONISQVE SVSTINENS DIEM ET IOSEP P
H HAEC CHRISTI MARTYR IANVARI DEPOSCO VT PER TE MEIS DELICTIS IGNOSCAT SABAOTH H
A ATTENDITE QVID MVNDI MIHI PROFVIT MISERO GLORIA A
N NVNC DORMIENS SILEO BAPTISMI HABENS FIDVCIAM TAMEN N
V VEHEMENTER CONIVX DEFLET ET MOERENS LVGET ME DIV V
S SODALES ETENIM MEI CVNCTI ORE SICVT OBLITI VIVENTES S
C CVM EX ILLIS SIT NVLLVS QVI SENTENTIAM EVADAT HANC C
O OMNIS ERGO MALEDICTVS CVIVS COR RECEDIT A DEO O
N NEC VLLVS SALVABIT ME VIVENS NISI DEI CREBRO INVOCAVERIT NOMEN N
S SED DEI GENITRIX VIRGO MENSIS ME TVERE TVIS S
V VT IN AETERNI EXAMINIS DIE A PERPETVO ERIPIAR INTERITV V
L LAETARI CVM SANCTIS MEREAR DVM AD IVDICANDVM VENERIT EMANVEL L
REQVIESCIT HIC STEPHANVS DVX ET CONSVL VIXIT ANN. XXXIV.
OBIIT XVI. MENS. MAII. INDICT. VIII. SED ET EIVS CONIVX NON
VIT THEODORI NEP. DVCIS PONITVR HIC IMPERANTE D. CON
STANTINO AN. VI. ET LEONE AN. XVIII.

Ibidem in S. Januarii extra moenia, teste ipso Mur. p. 1937. 1. *ex Coma pariter.*

Si qua fides laudato *Murat.* creditur titulus positus Stephano Neapolis Duci & Consuli, cui patruus fuit Stephanus Episcopus; at in notis tamen chronologicis vitium aliquod cubat. *Pratillus* quidem in hist. Langob. Princ. secus finem tituli legit: hunc adtribuit Stephano II. vita functo sub an. 829. Ind. VII.

Jam vero exhibet dogmaticus Lapis, praeter resurrectionem, sa-

ſacra Dogmata de Deo Creatore, Judice, Glorificatore, Miſericorde; de invocatione ac interceſſione Sanctorum, de Baptiſmate, de morte pro omnibus ſtatuta, de Maternitate ac Virginitate Ss. Deiparae, de poſtremi die Judicii, de perpetuo improborum interitu. Quanti faciendus Lapis pro re dogmatica!

14 LEO PRIMVS EP. CREDO RESVRGERE

Nolae in Baſilica S. Felicis in Pincis ap. Remondin. in hiſt. eccl. Nolana t. 3. l. 1. c. 11. p. 74. ex ipſo Marmore.

Heinc rejiciuntur qui cum *Gruter*o p. 1054. & *Murat.* p. 1900. non obſervato Marmore legerunt LEO TERTIVS. Hic autem Leo Nolanus Epiſcopus XXIII. meritis plenus ad plures abiit an. circ. 560. ap. cit. *Remondin.* in aliis vero catalogis Nolanorum Epiſcoporum antiquiorem numerum & Sedem occupat.

Hoc quidem Epitaphio, quod idem ſibi adhuc vivens exarandum curaſſe creditur, demonſtrare voluit Leo ſuis ovibus, immo Eccleſiae univerſae integerrimam conſtantemque ſui animi fidem in articulum reſurrectionis, quem ſua praeſertim aetate pluribus oppugnare pergebant impii *Tritheitae*, qui & *Philopponenſes* ab authore *Joan. Grammatico*, cognomento *Philoppono*, uti diſcimus e *Niceph.* l. 18. c. 47. ſq. Quos ergo ſcriptis, & publicis diſputationibus tum convellebant Conon, Theodoſius monachus, Georgius Piſides, Ephraemus Epiſc. Theopolitanus, ſeu Antiochenus, aliique percelebres Doctores, hoc uno noſter Leo teſtimonio revinxit.

15 HIC EGO QVI IACEO ALBERADVS NOMINE DICOR
VIVENS PER LVSTRA QVIN DVODENA FERE
CHRISTICOLA A PVERO FIDA DE STIRPE CREATVS
SVRGERE ME CREDO VT TENET ALMA FIDES
NAZARIO IMPLORANTE SACRO MISERANTE D̄O
IGNOSCENDO MIHI CVNTA RELAXA MALA

Capuae in atrio clauſurae nobilium puellarum S. Hieronymi ap. Pratill. hiſt. Langob. t. 3. p. 327.

16 MEMBRA SEPVLTA VIRI SI VIS COGNOSCERE LECTOR
ARNIFERTVS ENIM HIC TVMVLATVS ADEST
. . . . . .
REGE IVBENTE D̄O POST MORTEM SVRGERE CREDIT
ETERNVM DOMINVM ATQVE VIDERE SIMVL

Ibidem ap. laud. Pratill.

17 C. ✠ R.
L V P V S
R. S.

Beneventi prope DD. Alferios ap. Joan. De Vita de Inſcript. Benevent. p. LXII.

Pie ac ingenioſe quidem Cl. hic Author poſtquam duas priores ſiglas interpretatur CVM CRVCE REQVIESCIT *Lupus*, ducto exemplo a *Gudio* p. 367. 12. & *Murat.* p. 1854. 1., poſteriores ſic legit, RESVRGERE SPERO, adlata pariter conjectura e binis Lapidibus, quos ſupra dedimus, de Aurelio Balbo & Leone. Non equidem video praefatam conjecturam a veriſimilitudine multum abludere: quin etiam, ut alias adnotavimus (in Tom. II. p. 259. n. 12.) in implexa longeque obſcura de ſiglis materia e conjecturis tantillum vero ſimilibus effari quempiam, ſatis eſt. Itaque tanti viri authoritate amplectimur & nos eam de *ſpe reſurrectionis* interpretationem ceu confirmationem conjecturalem ſancti dogmatis.

18 VIRGINIE INCOMPARABI
LI FILIE PETRONIVS VIRGINI
QVE VIXIT ANNIS XXV.
DIES V. B. M. DORMIT IN PACE

Romae in coemeterio Callisti & Praetextati ap. Boldett. p. 362.

DORMIT IN PACE. En tibi ſacram formulam, Majoribus noſtris uſitatiſſimam. Ea quidem liturgica eſt, reperitur enim in pervetuſto Sacramentario *S. Gregorii* M. ubi in oratione poſt Diptycha haec legimus, *memento Domine famulorum, famularumque, ill. qui nos praeceſſerunt cum ſigno fidei & dormiunt in ſomno pacis*, eademque ex liturgico inſtituto quoties ſacris operamur ingeminamus, pro defunctis exorantes. Edocta nempe Eccleſia eſt a ſacris literis, in quibus ſaepe numero cum in veteri, tum in novo Foedere mortui *dormire* dicuntur. Sic enim e. c. Pſal. 87. 6. *ſicut vulnerati dormientes in ſepulcris*, 2. Paral. 21. 1. *dormivit autem Joſaphat cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in civitate David*, Ezech. 32. 28. *& dormies cum interfectis gladio*: tum Matth. 27. 52. *corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt*, 1. Cor. 15. 18. *ergo & qui dormierunt in Chriſto, perierunt?* 2. Petr. 3. 4. *ex quo enim patres dormierunt, omnia ſic perſeverant ab initio creaturae*, Actor. 7. 60. *quum haec dixiſſet* (Stephanus) *obdormivit in Domino*.

Heinc veteres coemeteria, in quibus fidelium corpora jacebant, *dormitoria* dixere. Et quidem *Chryſoſt.* in orat. de coemeterio & Cruce diſputans de nomine coemeterii, hanc ejus nominis cauſſam reddit, quia fideles, qui in Domino moriuntur, non tam mortui ſunt,

quam

quam ſomno conſopiti & dormientes; tum ap. vulgatum *Dionyſ.* de eccl. hier. c. 1. fideles mortui dicuntur κεκοιμημένοι, qui placide ac ſuaviter dormierunt, & ap. *Patres Antiochenos C.* cap. 13. mors fidelium nuncupatur κοίμησις τῶ ἀναπαυσαμένου, dormitio eorum qui quieverunt: fidelium itaque mors ſomnus, dormitio, pauſatio creberrime vocitatur apud Scripturam, Patres & ſacros Interpretes. Lege *Auguſtin.* ſerm. olim 92. de diverſ. *Nyſſen.* orat. de S. Stephan. *Petr. Damian.* ſerm. de S. Steph.

Jam vero ratio potiſſima vel forſan unica apud Majores noſtros laudatae tituli formulae ad normam totidem aliarum conſimilium exactae, haec plane eſt; quod certa maneat mortuos reſurrectio ad vitam, qua tanquam dormientes a ſomno excitabuntur; nec enim Deo difficilius mortuum, ac cuivis dormientem excitare. Ita profecto Patres complurimi, exponentes ſenſum, quo mortui dormire dicantur, cum *Chryſoſt.* hom. 21. & 69. ad pop. *Hieron.* in 1. Theſſal. c. 4. *Apollinar.* in caten. Job c. 3. *Auguſt.* epiſt. olim 122. *Prudent.* hym. 10. de exſeq. defunct. Sed & alias idem exſerte ſenſit *Auguſt.* in Pſal. 86. 6. *ideo namque mortuos conſuevit Scriptura dicere dormientes, quia evigilaturos, ideſt reſurrecturos vult intelligi*: tum *Hieron.* epiſt. olim 28. ad Theodoram in haec verba, *neque enim mors, ſed dormitio & ſomnus adpellatur* (mors) *unde & beatus Apoſtolus vetat de dormientibus contriſtari* 1. *Theſſal.* 4. *ut quos dormire novimus, ſuſcitari poſſe credamus, & poſt digeſtum ſoporem vigilare cum Sanctis, & cum Angelis dicere, gloria in excelſis Deo.* Hieronymo adde ſis ex Scriptoribus medii aevi *Authorem* vitae S. Anſtrudis Abbatiſſae Laudunenſis c. 11. ap. *Cang.* in gloſſar. art. *Dormitio*, ſic differentem, *defectus corporum non mors, ſed dormitio & ſomnus in ſcripturis ſanctis adpellantur, quia ſubſtantia humanae corporalitatis non tollitur, ſed per gloriam reſurrectionis in perpetuas aeternitates reformabitur ab illo, qui mortem ſua morte diſſipabit.* Tum ex recentioribus plures, qui in eandem conſpirant ſententiam, ut puta *Lorin.* ſuper Pſalm. ad Pſal 87. 6. *Aringh.* de Roma ſubt. t. 1. l. 1. c. 1. n. 3. ſqq. *Boldett.* in obſervat. l. 2. c. 6. p. 393. ſqq. *Joan. De Vita* de antiq. Benevent. diſſ. 11. p. 299. ſub init. *Maurinus Editor* operum S. Cypriani ad ejus epiſt 66. in verba, *non eſt quod pro dormitione ejus* (Victoris) *fiat oblatio*, *Lebrun* in expoſit. cerem. Miſſae t. 1. par. 4. ar. 14. p. 515. *Sarazanius* in notis ad Carmen XIII. S. Damaſi, p. m. 171. *Victorius* demum in diſſ. de SS. ſeptem Dormientibus p. 34.

Et inde quidem factum eſſe putaverim, ut quum Chriſtus Dominus ſuſcitare adgrederetur defunctam Archiſynagogi Jairi filiam, & quatriduanum Lazarum jam foetentem, utrumque dormire dixit: *puella*, inquit, *non eſt mortua, ſed dormit*, ex Marc. 5. 39 rurſumque *Lazarus amicus noſter dormit & vado ut a ſomno exſuſcitem eum*, ex Joan. 11. 11. quaſi virtute adſerens, mortuis, qui divina ope ſuſcitandi ſunt, nec omnino peribunt, ut ſomniabant Sadocaei, adtri-

buendam esse dormitionem, immo istam eis praecipue adscribendam comparate ad futuram resurrectionem; nec enim illustrius & manifestius pro casu signum aut symbolum repereris: nam sicut dormientes excitantur a somno, ita mortui e sepulcris ad vitam resurgent.

Quin immo, si *Bonarrotio* fides in observat. ad tab. VII. p. 51., ex τὸ *dormit*, quod in hisce eventis Christus protulit, ea obtinuit apud Majores formula *dormit in pace* tumulis passim inscripta, praeferensque resurrectionis fidem. Pulcra in τὸ *dormit* comparate ad resurrectionem *Chrysost.* orat. in sacrum Pascha, omnino consulendus.

Porro apud Paganos etiam ipsa obtinuit phrasis, aut simillima comparate ad mortuos, vel ad mortem. Quippe *Virgilius*, imitatus Homerum Iliad. λ. vers. 241. de quodam mortuo dixit Aen. 12.

Olli dura quies oculos & ferreus urget
Somnus.

Tullius item l. 2. de leg. mortem vocavit sacram quietem, pacem, securitatem, & *Horat.* l. 1. carm. ode 24. soporem; tum *Lucan.* l. 9. etiam nomine securorum adpellavit mortuos. Consulendi in hanc rem *Turneb.* advers. l. 28. c. 43. & *Pausan.* in Eliacis.

Quid tum vero? Haec apud Ethnicos ex ea opinione profecta sunt, qua mortuos putarunt perinde ut dormientes nullius doloris experientiam habere; immo animos aeternum una cum corporibus interire, quemadmodum inter eos plane sensit *Lucret.* concinens l. 4.

Tu quidem ut es lecti sopitus, sic eris aevi
Quod superest cunctis privatu' doloribus aegris.

Enim vero nostrates Authores Lapidum, iique simul, quibus ipsi dicabantur, resurrectionem plane credebant, qua sepultorum corpora tanquam a somno excitata ad vitam denique immortalem revocarentur: quocirca longe pronum, commodum, religiosumque illis fuit, & mortem dormitionem, & mortuos dormientes vocare certae resurrectionis intuitu: immo nec alia formula opportuniore fas illis erat & tumulatos laudare, & eorum amicos consolari, & ceteros quosque tituli lectores commonere. Omnes quidem mortuos, utpote resurrecturos omnes, dormire crediderunt Majores nostri; catholicos adtamen dormire *in pace*, *in Deo*, *in Christo*, plerumque adjecerunt, quoniam iis unice merito spes erat ad vitam beatam & gloriosam resurgendi.

Haec ad extremum fuit de praefata Majorum phrasi, ceterisque consimilibus *Victoris* nostri dilectissimi adsertio in eruditiss. diss. de SS. septem Dormientib. p. 34. *Omnes ad indicandum vitae obitum cum spe futurae resurrectionis a fidelibus fuerunt, consuetudine a majoribus adcepta, excogitatae.*

Jure itaque concludendum, sub ea, de qua differimus, sepulcrali formula, quae hanc imbibit clausulam, *in fide ac spe resurrectionis*, dubio procul latere sacrum symbolum, immo potius elucere adsertam universae carnis resurrectionem; quam ea propter perspicue com-

comprobant & illuſtrant plerique ceteri Lapides chriſtiani, eamdem formulam praeferentes. Eorum copiam ſubindicare pergimus.

19 BENEMERENTI IN PACE SYLVANÆ
QVÆ HIC DORMIT
VIXIT ANN. XXI. MENS. III. HORAS IV
SCRVPVLOS VI. DEPOSITA
IX. KALENDAS IVLIAS

Piſis in Italia ap. Du-Cangium in Gloſſar. a PP. Benedictin. auctо, art. 2. dormire, *tom.* 2. *col.* 1535.

20 RESPECTVS QVI VIXIT ANN. II. ET
MENSES VIII. DORMIT IN PACE
DELICIVM

Romae in Ara Coeli ap. laudat. Du-Cang.

Hunc dederat *Fabrettus* p. 553. n. 42. e ſchedis Barberinis.

21 LAVRENTIVS DVLCISSIMO COMPARI
QVI. MECVM BIXIT. ANNIS XIIII. DORMIT
IN PACE. BENE FILII TVI TIBI FECERVNT
MAXIMINVS ET CASTVS

Romae in coemeterio Lucinae ap. Bold. p. 390.

22 ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ ΚΟΙ
ΜΗΛΕΙΛ ΜΟ
ΔΕΛΤΟΥ

Id eſt
In pace dormitio
Modeſti.

Romae in coemeterio S. Hermetis ap. Marangon. in adpend. ad act. S. Victor. p. 74.

Lapides alios cum formula *dormit in pace* prodit laudat. Author p. 81. 98. 112. 115.

23 DORMITIO. SALVSTIAE
PARTENOPE. B. M. F
SAL. AGAPETVS.

Tiburi ap. Bertolum in antiq. Aquilej. p. 162. *n.* CLXV. *ex inedita collectione Ramberti pag.* 171.

24

TITVLVS. PVELLAE. CLAVDIAE. C. F
VIXIT. CONIVGIO. ANNIS DVOB
ET. MENS. VI. SVBITO. VERTVNTVR
FOELICIA. VOTA. DVORVM
ET. DEFVNCTA. EST. ANNORVM XVI
HIC REQVIESCIT. IN. SOMNO. PACIS
✠ ✠ ✠

Auguſtae Taurinorum in aedibus Pingonii ap. Gruter. p. 1051. 4.

25

NERIA SEBERA COIVCI DVLCIS . . . .
MARIO INNOCENTIO CVM QVO
FE. . . ANNOS SEDECIM MENSES III
QVI VIXIT ANNIS XXXIIII. MENSES
QII ET DEFVNCTVS EST QI IDVS
APRILES SIBI ET ILLI FECIT IN
PACE DOMINI DORMIT

Romae in ſubterraneis ap. Aringh. t. 2. *p.* 326.

26

DEP. ERACLIES. V. IDVS. SEPT.
DORMIT IN PACE

Romae in ſubterran. ap. Reineſ. p. 911. 59. *ex Aringh.*

27

✠ HIC REQVIESCIT IN SOMNO PACIS
FLORA QVAE VIXIT ANN̄. V. D̄I XXVIII
DEP. D SVB D. III. ID. AVG. IND. XV. P. C
DOMINI N̄. IVSTINI PP. AVG Ø
ANN. II

Romae olim ad aggerem in Villa Peretta a tergo alterius Tituli ethnici ap. Fabrett. p. 553. *n.* 40.

Siglae in verſu tertio P. C. denotant *poſt Conſulatum*, & in quarto PP. *Aug. perpetui Auguſti*. Haec, quae vel tironibus notiſſima ſunt, obſervanda ibidem duxit *Fabrettus*; ego tamen optarem potius, nobis exponeret Chronologicam illam notam in verſu quinto ANN. II: quid enim haec ſibi vult? Num *Anno ſecundo poſt Conſulatum*? Num vero *anno poſt Conſulatum ſecundum*, vel quem Juſtinus ſecundum geſſit ſub an. 524. cum Opilione? Si primum dixeris, rurſum dubito, num referatur ad hunc ſecundum Conſulatum, vel potius ad primum, quo Juſtinus potitus eſt cum Fl. Eutharcio Cillica, aliis Eutharico Amalo, ſub an. 519. Si vero ſecundum, pertinet Lapis ad an. 525. Sed nondum ſolvitur nodus; aqua haereo.

Quod ſi ad an. 525. ſpectet Marmor, huic Indictio III. adſignanda

da videtur, minime vero xv. Quoniam, ut author eſt *Murator.* p. 419. 2., ſub an. 523. Indictio I. in curſu fuit uſque ad Septembrem, quo Indictio II. decurrere coepit, deſiitque menſe Septembri an. 524. Die igitur III. Id. Auguſti ſub an. 525. decurrebat adhuc Indictio III. quae Septembri proximo abſoluta eſt.

28

M . M
AVRELIAE VITALIAE MATRI
PIISSIMAE QVAE VIXIT ANNIS XL
IVLIANAE CONIVGI SANCTISSIMAE QVAE
VIXIT ANNIS XX ET DOMINAE
SORORI QVAE VIXIT ANNIS II.
AVRELIVS EVSEBIVS CONTRA VOTVM
FIDELES PAVSANT

Mediolani in S. Franciſci ap. Murat. p. 1835. 11. *e ſchedis Cicereji.*

Neſcio quo conſilio *Alciatus* hunc ad paganos amandet titulum, ubi τό *fideles pauſant* eum chriſtianum ac pie enunciantem fidem in Baptiſmum & reſurrectionem ad evidentiam patefacit. Ipſe malis avibus interpretabatur τὸ M . M *Malis Manibus*, quod tamen aptius dixeris *Meritiſſimis*, aut *Meritiſſimis Mulieribus*. Nec te quidem deterreat τό *contra votum*, hoc eſt contra deſiderium, & adverſus renitentem amorem, quo Euſebius in longiorem tumulatarum vitam ferebatur; licet enim ea formula ſaepeſaepius profanis Titulis adcedat, nonnunquam tamen etiam in certo chriſtianis occurrit, e. c. in Lapide *Emeritae* ap. *Mur.* p. 1861. 5. *Igernae* ap. *Donium* p. 524. 9. & in perpluribus ap. *Gruter.* p. 1049. 8. 9. & 1050. 4. 9. & 1051. 1. & 1162. *Fabrett.* p. 583. & ſaepeſaepius, *Bold.* p. 407. *Cangium* in Paulli Silent. deſcript. S. Sophiae p. 566.

29

CAMPANO CVN ANI
ME INNOCENTI QVI VIXIT
XXV. DORMIT IN PACE

Romae olim in coemeterio S. Hermetis ap. Mur. p. 1849. 6. *mittente Blanchino.*

Reliquos pleroſque Titulos ſacris id genus formulis inſignitos dabunt laudati *Boldett.* pagg. 376. 395. 396. 397. 399. 401. 402. 403. 404. 406. 461. 467. 494. *Marangon.* p. 121. & de reb. ethnicis pagg. 455. 460. *Fabrett.* pagg. 552. 553. 554. *Murat.* pagg. 1860. 2. 1892. 6. 1903. 3. 1923. 2. 1958. 1. 1963. 3. *Donius* pagg. 524. 9. 533. 48. Adde, ut alios propemodum innumeros mittam, Tabulam e Muſeo Kircheriano ſupra productam Tom. II. Claſſ. I. n. 1. p. 14.

ANNIS

30 . . . . . ANNIS IN PACE . . . . . .

AN ♂ P L M ♀ XLI DP* XIII. KAL ☽ NOB** *Depositus **Novembris.

sub consulatu PATERI* ET MAXSIMI** *A. C.* 233. **Paterni* ***Maximi*.

Romae in S. Martini in Montibus ap. Murat. p. 358. 1.
e schedis Donii.

E Saxis christianis Consularibus, quae ad manus devenerint meas, hoc nostrum, ni fallor, omnium antiquissimum reperi.

DEPOSITVS. Novum dat Titulus, perpetuumque documentum pro resurrectione, quam utique majores nostri sub hac formula pene indesinenter Lapidibus inscripta credere atque sperare testabantur. Siquidem defunctorum humationem *depositionem*, humatosque ipsos *depositos* de more adpellarunt eo sensu, quo *Ulpianus* in leg. 1. ff. 1. Depositi, depositionem adpellavit actum illum, quo quis rem aliquam alterius fidei custodiendi ac deinceps restituendi caussa committit; quoniam ita sepulcris mandabant defunctorum corpora, ut eadem ipsa & non alia (quae ex hominum placito *depositionis*, aut *depositi* notio est) postmodum reddant, in pristinam vitam, clangente tuba, divino nutu revocanda. Haec ergo vis & energia verbi adjectivi *depositus* & substantivi *depositio*, seu *depossio* in nostris titulis, quam primus omnium, quod sciam, explicavit obiter *Gutherius* de jure Manium l. 1. c. 18. sub fin. p. m. 97. in haec verba, *putarim etiam depositum pro inhumato a christianis usurpatum, qui de resurrectione cogitantes deponunt corpora humo, ideſt custodienda dant terrae, quae horrendo judicii die integra reddat*; ipsamque nuper pluribus confirmavit, illustravitque eruditiss. juxta ac ingeniosiss. *De Vita* in antiq. Benevent. diss. 11. a p. 294. ad 300.

Habemus itaque comprehensos sub titulo *Resurrectio* innumeros propemodum Lapides veterum christianorum hacce formula insignitos.

Jam vero quod vocabulis *depositio* ac *depositus* veteres proprie signanterque intelligerent, adpellarentque, non ipsam corporis, animaeque dissolutionem, sed illationem duntaxat corporis in sepulcrum, liquet aperte ex proposito Lapide, nonnullisque aliis mox subjiciendis, in quibus nempe dies obitus a die depositionis palam distinguitur. Hac in re nobiscum sentiunt *Murat.* p. 1922 5. & *Corsin.* diss. 1. p. 12. sq. His autem adcedit perspicua e SS. *Ambros.* & *August.* authoritas: ille namque novum depositionis usitato vocabulo significatum adtribuere cogitans, receptum ipsum vulgatumque significatum in haec verba praemisit serm. 2. de S. Euseb. *quid est depositio, non illa utique, quae sepeliendis in terra membrorum reliquiis clericorum manibus procuratur, sed illa qua homo vinculis carnalibus absolutus, liber iturus ad coelum, terrenum corpus exponit*: hic vero confess. l. 9. c. 12. agens de funere matris Monicae, *quum corpus*, ait, *elatum est, imus & redimus sine lacrymis, nam neque in eis precibus, quas fudi-*

mus,

mus , quum offerretur pro ea ſacrificium pretii noſtri , juxta ſepulcrum poſito cadavere , priuſquam deponeretur , ſicut illic fieri ſolet .

Quin & eidem vulgari nominis uſurpationi recentius adcinit *Guil. Durand.* div. offic. l. 7. c. 1. n. 19. haec de Joannis Evangeliſtae depoſitione adnotans , *depoſitio proprie dicitur depoſitio B. Joannis Evangeliſtae , qui , ut praemiſſum eſt , locum ſepulturae vivus intravit , & ita ſe ipſum depoſuit* : quamvis autem ejus hiſtoriae fides haud tuta ſit ; inde tamen quae proprie ſit depoſitio , ex Durandi etiam ſententia palam elicimus .

Et vero , reponas , τὸ *depoſitus* idem fuit apud veteres , ac *vitam poſuit* : unde in vetuſtis Martyrologiis ubi recurrit (& quidem occurrit frequentiſſime) *Depoſitio* alicujus Sancti , vel Martyris , vel Confeſſoris , intelligitur vulgo ejuſdem dies emortualis , non autem dies illationis ejus corporis in ſepulcrum , ut obſervat *Mazoch.* in marmor. martyr. Neapol. t. 1. ad diem 1. Jan. p. 1. ex Ephemeridibus Graecis vulgatis a *Papebroch.* t. 1. Maii ; Eccleſia quippe praecipue intendit colere dies natalitios ſeu emortuales Sanctorum ; at parum ſeu nihil cogitat diem , quo Sanctorum exuviae terrae mandatae ſint . Sic e. c. in laudato Martyr. ad diem 1. Jan. habetur DP. *depoſitio* S. Baſilii , & ad 30. April. DP. *depoſitio* Pomponii ; atque alias certum eſt & Baſilium & Pomponium eiſdem diebus conceſſiſſe fatis ; quum tamen dies eorum ſepulturae penitus lateat .

Ceterum quis univerſo terrarum orbi legem poſuit , ut ſibi ſemper & ubique conſtaret quoad normam loquendi , ſimulque quoad verborum adceptionem ? Mutantur plane iſthaec quotidie cum eadem hominum mutatione perpetua : quidni ergo unum deſignaſſet *depoſitio* primaevis temporibus , aliud vero poſterioribus , e. c. Seculo IX. ſub an. circ. 845. quo , ut idem conjectat Mazochius , ſuum Kalendarium publice vulgatum eſt (in diatriba praefixa de aetate Marmor. t. 1. p. XXXIX.) Eſto quidem , apud minus antiqua Kalendaria *depoſitio* pro die emortuali obtinuerit ; at hoc tamen non obſtat quominus aliis retro temporibus vulgo invaluerit apud fideles pro depoſitione corporis in ſepulcro , ut liquet ex adductis pro noſtra theſi documentis .

Quid vero ſi ii , quorum *depoſitio* memoratur in Faſtis , uno eodemque die mortui ſint atque ſepulti ? Ejuſmodi autem , ut plura fileam , occurrit in marmoreo Epitaphio Romae pridiem effoſſo Remi & Arcontiae Gallorum fratrum , qui una die mortui & tumulati ſunt , uti habet idem Epitaphium , addens ſub finem DEPOSITI . NONIS . NOVEMB . CONSVL . DIOSCORI . V. C. hoc eſt an. 442. quo Dioſcorus Conſul proceſſit cum Eudoxio . Titulum hunc retulit *Sirmond.* in t. 1. oper. ad Ennodii l. 2. epigr. 79. p. 1878. In eo vero , ac ſimilibus quis non videat τὸ *depoſiti* nomine adjectivo potius ad depoſitionem fratrum in tumulo , quam ad obitum referri ? Pariter ergo mihi dicendum de Kalendariis , qui memorent Sancti *depoſitionem* in die , quo San-

Sanctus fuerit infimul obmortuus ac tumulatus. At quidquid tamen de verbo ſubſtantivo *depoſitio*, quod uſurpant Kalendaria (& nos alibi expendemus) diſputari poſſit, quod perantiquos Lapides mox producendos ſpectat, neutiquam cordato Viro dubitandum, & adjectivum *depoſitus* & ſubſtantivum *depoſitio* defuncti depoſitionem in tumulo, ſubintellecta ſpe reſurrectionis, denotare; quiquid ſecus adſerendo erratum ſit ab *Scaligero* in Indice Gruteriano c. 24., ipſorum veterum Lapidum authoritate manifeſte repugnante, ut *Eduard. Holtenus* adnotavit ap. laud. *De Vita* p. 296.

Anne praeterea τὸ *depoſitus* ac *depoſitio* eſt in Lapidibus chriſtianiſmi caracter? Ego quidem ita ſentio. Nam quidquid ſit de uſu earumdem vocum apud Poëtas ethnicos ex *Jacob. Baſnag.* quem late exagitat *De Vita* p. 295., quod tamen ſpectat profanos Lapides, nullum hucuſque, quod meminerim, ejuſmodi ornatum formulis animadvertere licuit; quemadmodum nec altera illa formula *in pace*; ſtant ſiquidem ſuae chriſtianis Titulis peculiares loquendi phraſes, pietatis ac myſteriorum plenae, quibus uno vel leviore quidem intuitu perſpectis, ab ethnicis facile diſcernuntur.

Jam Lapidi vetuſtiſſimo adcedant alii nonnulli dogmatici, eandem ſymbolicam reſurrectionis notam praeſeferentes,

31 ASVRIC VICTORI FILIO DVLCISSIMO BENE
MERENTI QVI VIXIT ANNIS IIII MESES
II. DIES XXV. DORMIT IN PACE DECESSIT
XII KAL. APR. DEPOSSONE* X. KAS.** APRI. * *depoſitione*. ** *Kal.*

Romae e coemeterio Calliſti ap. Bold. p. 398.

32 PVER VICTORINVS DECESSIT DE SECVLVM
VII IDVS IVNIĒS DP* V. IDVS IVNIAS * *depoſitus*.

Turone ex coemeterio Calliſti ap. Murat. p. 384. 2. *e Mabillon. de cultu SS. ignotorum* §. 6.

33 III. IDVS MAIAS FATVM FECIT LEO
ET DEPOSITVS PRIDIE IDVS MAIAS

Romae ap. Murat. p. 1999. 2. *ex Marang.*

HIC

34 HIC IACET NOMINE MATRONA .... QVE
RECESSIT DIE MERCVRII ORA VIII ET DEPOSITA
DIE IOVIS IDVVM MAIARVM CONS. FL.
HERCVLANI . V. C. *A. C.* 452.

Extra Urbem in S. Faulli ap. Gruter. p. 1054. 8.

Animadvertis, opinor, etiam in hisce IV. Saxis depositionis diem ab emortuali palam distingui.

35 AVRELIVS
MVNNVS
QVI VIXIT AN. II
DEP. IIII. K. IVL.
DIE MERC

Beneventi in aedibus Joan. Pantasiae ap. Joan. De Vita p. LXIII. 4. *ex Grut.*

36 HIC POSITA EST PVELLA
BENIGNA QVAE VIX ANN. XVI.
Ð. X. DEP. VIII. KAL. AVG.
VALENTINIANO . N. P. ET VICTORE
Lege
VALENTINIANO NOBILISSIMO PVERO ET SEXTO
AVRELIO VICTORE COSS. *A. C.* 369.

Romae in coemeterio Cyriacae ap. Bold. p. 82.

37 COIVGI BENEMEREN
TI QVINTIANETI
DEP. III. KAL. NOB.

Romae in coemeterio Gordiani ap. cit. Bold. p. 372.

38

PARENTES FILIAE
SVAE INNOCENTISSIMAE
AMANTIAE . QVI . BIXIT
ANNOS . PLVS . M . VII . M . V
DEPOSIT . PRIDIAE
NONAS . IVLIAS . IN PACE

Aquilejae ap. Murat. p. 1825. 4.

39

DEP. SVRICA XC. KAL. AVG
QVE VIXIT ANNOS
P. M. XII CONS
SEBERINI *A. C.* 461. *vel* 482.

Romae in coemet. Praetextati ap. Marang. in adpend. ad acta S. Victor. p. 130.

40

✻ HIC IACET B. M. ASTERIV
MINVS XXX. DEPOSIT
C° KAL. FEBRVARIA * *VI.*

Calari in coemeterio ap. Murat. p. 1832. 2.

41

. . . . . .
. . . . MEMORIAE VENERANDAE QVIESCIT
. . . . DEP. IN PACE NONAS OCTOBR
. . . . ELLA V.C. CONS.

Beneventi ap. laud. Joan. De Vita p. LXIV. 8. *e ſchedis Veruſii.*

Exſiſtimaverim plane cum eodem *De Vita* τὸ ELLA legendum eſſe vel ALLA, hoc eſt MESSALLA, cujus nominis Conſul. ap. Faſtos ſignatur an. 280. & rurſum 506., vel ELLO, id eſt HELLO, qui ſolus Conſulatum geſſit an. 478. At non poſſum tamen ipſi adſentiri, ajenti elogium *bonae memoriae* tantummodo SANCTVLVM quemdam ſubdiac. meruiſſe ap. *Gudium* p. 372. 1. perplurimi enim ipſum meruerunt, quos vidiſſe poterat, ut reliquos praetermittam, ap. *Fabrett.* p. 757. *Fleetwood* p. 495. *Spon.* de antiq. lugd. p. 48. *Murat.* p. 1825. n. 2. 7. 1831. 8. 1832. 2., immo ap. ipſum *Gudium* p. 366. 5. 8.

42

✻

HIC REQVIESCIT BONE
MEMORIE SPLENDITA
QVE VIXIT ANNVS PLVS
MINVS XXXV
DEPOSITA . IN PACE . III.
KAL. GIANVARIA
CONSVLATVS . BOLVSIANI *A. C.* 503.

Interamnae in ruderibus Eccleſiae Aglionis ap. cit. Fabrett. p. 757. *n.* 632.

HIC

43

HIC REQVIESCIT IN PACE DEVSDET QVI VIXET ANNVS . P M. XX
DEPOSITVS EST XV. KAL. MAIAS ITERVM POS. CON. PAVLINI *A.C.536.*

Extra Urbem in S. Paulli ap. Margarin. p. xx. *n.* 275.

Porro multi Paullini etiam poſt Chriſtum natum proceſſerunt Conſules: nihilo ſecius τὸ ITERVM POS. CON. PAVLINI, hoc eſt *an.* II. *poſt Conſulatum Paullini junioris*, reſpondere putatur anno 536. Sic enim, nullo, quod ſciam, contra nitente, cit. *Margar.* & *Murat.* p. 424. 1. 2. quibus praeluxiſſe mihi videtur *Petav.* in ſubceſſ. Conſul. Rom. ad an. 536.

44

IN . PACE
SANCTO . FILIO . CERONTIDIANO
*quie*SCENTI . QVI . VIXIT . ANNO . VNO
*m*ENSIBVS . OCTO . ET . DIEBVS . OCTO . ABSO
lutus DE . CORPORE . IDIBVS . IVL . DEPOS . XVII . K . AVG
AVSONIO . ET . OLYBRIO . CONSS. *A. C.* 379.

Romae ap. Gudium p. 366. 7.

Vides heic pariter diem emortualem a die depoſitionis diſtingui.

45

ROMANA . DVLCISSIMA
HIC . REQESCIT . IN . DIEM . IVD* * *Judicii.*
DEP. III. K. MART. VAR. TERTV

Piſauri ap. J. Conſultum Paſſerium, teſte Oliver. in Marmor. Piſaur. p. 63. *n.* 167.

Τὸ VAR. TERTV deſignat Varronem, ſeu Vararium ac Tertullum Coſſ. a. Ch. 410. interprete eodem *Oliverio*; Petavio tamen ſolus Varaneus ad eum annum Conſul. Res difficultate non vacat ob diverſas Authorum opiniones, videndas ap. *Reland.* in Faſt. ad eum an. Ceterum Piſaurenſe Marmor rem definire videtur ubi duos indicat Conſules Var. & Tertu.

Τὸ IN DIEM IVDICII non tam ad praecedens REQVIESCIT, quam ad ſubſequens DEPOSITA referri videtur, ita ut ad diem uſque judicii *depoſita* ibi Romana dicatur. Quo clarius percipitur energia formulae *depoſitus* in ordine ad corporis depoſiti reſurrectionem. Ita Lapidem jure interpretatur *De Vita* antiq. benevent. diſſ. II. p. 300. col. 2.

46

PECORI DVLCIS ANIMA BENIT IN CIMITERO VII. IDVS IVL. D. P. POSTERA . DIE
MARTVRORV * * *Martyrum.*

Romae, ut ſupra ad Claſſem III. p. 214.

Unus huic dies obitus & alter dies tumulationis aut depoſitionis.

Reliquos tandem Lapides eadem nota christiana insignes dabunt passim *Aringh. Margarin. Marangon. Boldett. Reland. Murat.* ceterique Lapidum collectores & illustratores ubi agitur de Monumentis veterum christianorum, ac de Lapidibus cum notis Consularibus.

E RE LITURGICA.

47 *Deus apud quem omnia morientia vivunt ... te supplices deprecamur ut suscipi jubeas animam famuli tui* illius .... *resuscitandam in die novissimo magne* (magni) *judicii &* ....

E Lib. III. Sacrament. Rom. Eccles. in orat. alia post sepulturam defuncto traditam (ap. laud. *Thomas.* t. 6. p. 219. col. 1.)

48 *Te quidem omni tempore, sed in hoc praecipue die laudare .... Quia nostrorum omnium mors cruce Christi redempta est et in resurrectione ejus omnium vita resurrexit .... Qui mortem nostram moriendo destruxit et vitam resurgendo restituit Jesus Christus Dominus noster ....*

E Lib. I. Sacramentarii eiusdem Gelasiani in Praefatione Missae ad Dominicum paschae, num. xlvi. (ap. ipsum *Thomas.* p. 78. col. 1.)

Sacrum hoc festum Paschae, quod primam sui originem Apostolis adceptam refert ex *August.* epist. 54., festum festorum est, perplurimis quippe titulis *sollemnitates ceteras antecedit*, uti disserit *S. Greg.* M. hom. 22. in Evang. *ex hac quippe sollemnitate exemplum nobis resurrectionis datum est, spes coelestis patriae aperta, & facta superni regni jam praesumtibilis gloria.* Haec ille, ac scitissime quidem. Ideo *sanctum Pascha* vocant plurimi hoc festum ob diei reverentiam; e. c. idem *Gregor.* in Sacramentar. ad Missam hujus festi, *Sidon.* l. 4. epist. 14. *Ecclesia Africana* can. 61. *C. Trullan.* can. 66. *C. Carthag.* V. *C. Mastiscon.* II. *Mosch.* cap. 165. *Emmanuel Comnen.* Imp. in constit. *Codicis lex* ut in die, de inferiis.

Mitto equidem sacratissimi festi praeconia, quae passim antiqui Patres depraedicant in homiliis, concionibus, aliisque commentariis; tum historiam, quam luculenter exhibent *Thomassin.* de fest. l. 2. c. 15. *Marten.* de antiq. eccl. discipl. c. 25. *Baillet.* de festo Pasch. §. 2. n. vii. col. 7. sqq. *Bened.* P. XIV. de fest. l. 1. c. 9., scommata demum ipsi christiano festo impudenter objecta ab Calviniano *Danaeo*, acriter vero lepideque refutata a *Gretsero* de fest. l. 1. c. 26.

Et vero minime praetereunda nobis observatio in liturgicum adla-

adlati codicis documentum ; nihil enim expreſſius , ſublimiuſque noſtram reſurrectionem comprobat , evincitque , ac Dominica Reſurrectio , quippe quae noſtrae cauſſa fuit & initium & exemplum . Id quod pluribus commentantur Patres cum *Nazianz.* orat. 41. *Auguſt.* ſerm. 119. de temp. *Chryſoſt.* ſer. 9. in epiſt. ad Rom. *Chryſol.* ſerm. 74. & 75. Quibus addendus in primis vulgatus *Athanaſ.* ſic fatus ſerm. de paſſ. & cruce Dom. *neceſſarium eſt ſurgente Salvatore , conſurgere quoque cum eo & ipſum Adamum & omnes ex Adamo oriundos ; & ſicut moriente Adamo manebamus nos per eum mortui , ita quoque ſurgente Dominico corpore , neceſſum erat omnes cum eo conſurgere* . Deinde *Leo* M. ita differens ſerm. 1. de reſurrect. c. 4. *& hoc initium factum nobis eſt reſurrectionis in Chriſto , ex quo in eo , qui pro omnibus mortuus eſt , totius ſpei noſtrae forma praeceſſit* . Demum *Greg.* M. 14. moral. c. 27. ad verba Job 19. *ſcio quod Redemtor meus vivit , & in noviſſimo die de terra ſurrecturus ſum* hanc ſubdit interpretationem , *ſui capitis gloriam ſequuntur membra . Redemtor ergo noſter ſuſcepit mortem , ne mori timeremus ; oſtendit reſurrectionem , ut nos reſurgere poſſe confidamus* . Concludenter itaque *Apoſtolus* ex Chriſto reſurgente univerſae carnis reſurrectionem ſibi viſus eſt in haec verba demonſtrare , *ſi autem Chriſtus praedicatur quod reſurrexit a mortuis , quomodo quidam dicunt in vobis , quoniam reſurrectio mortuorum non eſt ? . . . nunc autem Chriſtus reſurrexit a mortuis primitiae dormientium* , ex 1. Cor. 15. 12. & 20. Conf. *S. Thom.* p. 3. q. 53. & 56. art. 1. & ſacri Interpretes in haec loca Paulli .

Hanc ergo doctrinam plane dogmaticam compendio profert codex noſter . Quin & ipſam deinceps protulerunt Sacramentarium *Gregorian.* ad Sanctum Paſcha etiam in praefatione , qua hodieque utimur , *Orationale* gothico-hiſpanum in Orationibus ſparſim de Reſurrectione Domini ap. cit. *Blanchin.* p. 103. ſqq. *Breviarium Moz. Tolet.* in hymno ejuſdem feſti ad Laudes ap. ipſum *Blanch.* p.CCXLVIII. Hos enim vero , iiſque permultos ſimiles excerpit perpetuo fructus Dogmatice e re liturgica contra adverſarios legis .

49 . . . *Mundi Redemtor . . imploramus ut Kari noſtri ill. animam . . . ad corpus quandoque reverſuram , ſanctorum tuorum coetibus aggregari praecipias . . .* Item *partem beatae reſurrectionis obtineat . . .* Tum . . . *inter Sanctos & electos tuos in reſurrectionis gloria reſuſcitari mereatur . Per .*

E MS. CODICE COENOBII S. BENEDICTI FLORIACENSIS IN ORATIONIBUS DISPOSITIS IN ORDINE COMMENDATIONIS ANIMAE , SEU IN AGENDA MORTUORUM (ap. *Marten.* de antiq. eccl. ritib. l. 3. c. 15. p. 595.)

Idem codex , quem *Martenius* an. 1702. ſcripſit eſſe annorum circi-

citer 900., in ſubſequentibus precationibus ſaepeſaepius dogma reſurrectionis ſancte commemorat, ad uſque pag. 603 recolendus.

Varie ſumitur verbum *Agenda* nude poſitum ap. Scriptores cum *Menard.* in not. ad concord. regul. adpend. 4. p. 355. *Bona* rer. lit. l. 1. c. 3. *Cang.* in gloſſ. lat. art. *Agenda*. Frequentius quidem adcipitur pro officio divino, Miſſa, aut ſacra liturgia; adeo ut quum adnotatur *Agenda mortuorum* intelligatur plerumque officium aut Miſſa pro mortuis, e. c. in Antiphonario S. Gregorii, in pervetuſto Kalendario Biblioth. Vaticanae ap. *Allat.* de Dominicis & hebdomad. Graecor. n. 37. pag. 1494. in Sacramentario ms. S. Gregorii, adſervato olim Romae in Biblioth. Angelica Auguſtiniana ap. *Macrum* art. *Agenda.* Conf. *Strabon.* de reb. eccleſ. c. 25. p. 351. col. 2. lit. A. in *Hittorp.*

Heic autem habemus & orationes in agenda mortuorum, & in extremo animam agentis agone, hoc eſt illis ſimillimas, quibus in hodierno Breviario eſt titulus, *Ordo commendationis animae*. Quaenam autem hujus piiſſimae commendationis antiquitas, aut prima origo in Eccleſia, quis definierit? Porro apud *Pſeudo-Clem.* l. 8. Conſt. Apoſt. c. 41. edit. Coteler. reperio deprecationem aliquanto ſimilem illi, quam fert citatus ordo recentior commendationis; illa tamen eſt Oratio pro mortuis. *C. Carthagin.* III. ſub an. 397. can. 29. haec habet, *ut Sacramenta altaris non niſi a jejunis hominibus celebrentur . . . . nam ſi aliquorum pomeridiano tempore defunctorum . . . . commendatio facienda eſt, ſolis orationibus fiat, ſi illi qui faciunt, jam pranſi inveniantur* (ap. *Harduin.* t. 1. col. 694.) Viden *commendatio facienda*? Canon vero, mea opinione loquitur de commendatione fieri ſolita intra Miſſam pro mortuis, non item pro laborantibus extremo agone. *Ordericus* deinde *Vitalis* in hiſt. eccl. l. 5. neſcio de quo pio viro narrat, quod *mortem ſentiens fratres adſciri fecit, ac ut ſibi morientium Commendationem facerent, rogavit*: videtur itaque jam tum & inſtitutam, & in more poſitam fuiſſe hujuſmodi commendationem; at haec tamen ſpectant ſeculum XI. quo idem Ordericus Coenobii Uticenſis Monachus inclarebat.

Cl. *Gavantus* in hanc rem in theſauro ſacr. rit. t. 2. ſect. 9. cap. 5. haec, miſſis aliis, ſingularia documenta protulit, exſcripta etiam ex parte ab *Hieron. Baruffaldo* in comment. ad rit. Roman. tit. 32. ſub init. & a *Joan. Mich. Cavalierio* in agendis defunctorum t. 2. vel 3. cap. 19. p. 390. Principio ritus legendi Evangelicam Chriſti paſſionem ante morientem, & iſtum face & Cruce communire, ex Apoſtolico inſtituto invectus eſt; ipſeque obtinuit in obitu Sanctae Marthae, Hoſpitis Chriſti, ut fert *S. Antonin.* in chron. par. 1. tit. 6. c. 20. & liquet ex Actis ejuſdem S. Marthae. Deinde uſus commendandi animas in eorum receſſu eſt antiquior S. Gregorio, qui de eo meminit hom. in Evang. 37. Demum antiquiſſimas eſſe ceremonias, praeſcriptas Commendanti animam in Rituali Paulli V. argumento eſt, quod

ea-

earum meminerit *Alcuin.* de div. offic. cap. antepenult. Haec ille.

Ceterum ſi haec tantiſper expenderim, parum eis me adjuvari ſentio. Principio enim optarem, confirmaſſet Gavantus documento firmiori Apoſtolicum, quod adfirmat, inſtitutum; nam *Antonin.* (minime Criticis adnumeratus apud Eruditos) rem de S. Martha moriente narrat, nullo, ut video, adlato teſte; nec ipſam vel leviuſcule indicatam reperio in Actis *Bollandianis* S. Marthae ad diem 29. Jul. nec uſpiam. Deinde apud S. Gregorium ubi laudatur nudam perlego narrationem aegritudinis & obitus S. Caſſii Ep. Narnienſis; at de ritu Commendationis animae nihil omnino. Demum liber ille vulgo adſcriptus Alcuino, ſuppoſitus eſt, certoque poſt annum milleſimum exaratus, uti cenſent Critici cum *Caveo* in hiſt. lit. in Alcuino; atque adeo e citato opuſculo minorem ſibi vendicant antiquitatem rituales illae cerimoniae.

Noſtra itaque antiquior eſt Commendatio, ipſamque conjectans dixero primam omnium in hocce ritunm genere, donec aliam vetuſtiorem conſpicere liceat. Etſi enim nonnihil proferre videatur laud. *Cang.* art. *Commendationes*, at ea quaeque officia mortuos ſpectant, minime in extremo agone conſtitutos.

Ad extremum pro Commendatione laborantium extremo agone obtuliſſe majores noſtros Altaris Sacrificium, ex eo probat laud. *Cavalierius* p. 391. Offertorio, quod tunc dicebatur in ea Miſſa, & inde nunc traductum legimus in Miſſa defunctorum, ubi praeter alia dicitur *fac eas Domine de morte tranſire ad vitam . . . ne abſorbeat eas tartarus, ne cadant in obſcurum* &c. ipſeque primum p. 123. pro hac ſententia teſtes adduxerat Grancolaſium in antiquo ſacram. par. 1. de miſſis mort. (tom. 2. p. 537.) Macrum v. *Offertorium*, alioſque plures, ut idem loquitur. Verum apud Macrum, quo utor, nihil tale comperi; Grancolaſius vero ait quidem, Miſſam, quae ſuo tempore dicebatur in Gallia vel in ſuo Paroecia, antiquitus celebrari ſolitam fuiſſe pro defunctis; ſubditque in officio defunctorum plures ſupereſſe preces, quae olim tempore ipſo agonis & egreſſus animi ad Deum fundi conſueverant. Alium de hac re agentem non licuit videre. Ut ut vero ſit, optarem adtuliſſent mihi Authores iſti perſpicuum aliquod, firmiuſque pro ſua theſi documentum: niſi forte dixeris, eos meras conjecturas propoſuiſſe.

DEPOSITIO EPISCOPORUM.

50 *Sexto Kalendas Januarias Dionyſius in Calliſti.* &c.

ITEM DEPOSITIO MARTYRUM.

. . . . . .

Menſe Januario, Decimo tertio Kalendas Februarii Fabiani in Calliſti & Sebaſtiani in Catacumbas. &c.

E PER-

E PERVETUSTO KALENDARIO MEMBRANACEO, QUOD PRIMUS EDIDIT AEGIDIUS BUCHERIUS (ap. ipſum de doctrina temporum in canon. paſchalem Victorii &c. cap. 15. p. 267. ſqq.)

Hoc ſpecimen Kalendarii, omnium membranaceorum, quae hucuſque edita ſunt, facile antiquiſſimi apud Eruditos; quippe cujus aetas annum 352. quo Julius P. I. vivere deſierat, ſpectare videtur. Habet heic jam vero expreſſum, geminatumque τὸ *Depoſitio Epiſcoporum* & *Depoſitio Martyrum*, videlicet comparate ad futuram Depoſitorum Reſurrectionem, in ſenſu expoſito, pluribuſque illuſtrato nuper in hac Claſſe ſub primo capite e re Lapidaria a num. 30.

His vero ſubjungi poſſent cetera quaeque vetuſtiora Kalendaria, tumque Martyrologia, quae nempe paſſim ubi Sanctos, Confeſſores praeſertim commemorant, vel eos dicunt *Depoſitos*, vel eorum *Depoſitionem* adnuntiant. De Kalendariis & Martyrologiis, utpote rem Liturgicam maxime ſpectantibus, fuſior alias nobis eſt ſermo. Plura inſuper de utriſque percupiens adeat *Althanum* in diſſ. de Kalendar. & *Soller.* in prolegom. ad Martyrolog. Uſuardinum.

51 *Memento, Domine, patrum & fratrum noſtrorum, qui pridem obdormierunt in fide orthodoxa: da illis omnibus requiem . . . .*

E LITURGIA COPTICA S. GREGORII IN COMMEMORATIONE DEFUNCTORUM (ap. laud. *Renaud.* t. 1. p. 34.)

Sub τὸ *obdormierunt* formulam recolis apud Liturgicos quoſque codices ferme infinities expreſſam, atque imbibentem ex communi catholicorum ſenſu fidem de ſancto dogmate Reſurrectionis; quemadmodum pluribus mox docuimus a n. 18.

CETERA RESURRECTIONIS SYMBOLA.

Innumera propemodum ſunt argumenta, cum e ſacra pagina, tum a ratione petita, quibus priſci Eccleſiae Doctores univerſae carnis reſurrectionem propugnabant adverſum eorum temporum ethnicos ac refragantes Acatholicos. Nec mirum quidem, quum ſacerrimum iſtud dogma unum ſit ex praecipuis, maximeque cardinalibus religionis catholicae, & quo ablato, fides & ſpes omnino deficerent ad aeternam corporis beatitatem, virtutum merito debitam obtinendam. Prae ceteris autem tria illuſtria ac omnium celeberrima reſurrectionis ſymbola exponere, pluribuſque illuſtrare conſueverunt, videlicet Jonam Prophetam a piſce voratum, regeſtumque ex *Jonae* c. 2., Lazarum ſuſcitatum a Chriſto Domino ex *Joan.* 11. ipſum denique Jeſum Chriſtum e ſepulcro victorem mortis die tertio reſurgentem tanquam primitias dormientium ex *Matth.* 28. & 1. *Cor.* 15.

Et quidem principio quod Jonae portentum non modo Chriſti Do-

Domini, ſed etiam univerſae carnis reſurrectionem divinitus adumbrarit, ad unum ſentiunt plerique omnes ſacri Interpretes in Jonae 2. 11. quibus adſtipulantur plerique Patres cum *Iren.* l. 3. c. 22. & l. 5. c. 5. ac *Tertull.* l. de reſurrect. carn. c. 58. in iis enim locis Iren. & Tertull. ut facilem reddant acatholicis credulitatem circa reſurrectionem ope divinae omnipotentiae, ad Jonam provocant a piſce abſorptum, rejectumque.

In Lazaro deinde a monumento ſuſcitato imaginem futurae omnium reſurrectionis agnoverunt vulgo Patres ac Doctores in Joan. 11. 43. Unum pro multis *Ambroſium* audito in l. de fide reſurrect: *quid enim ſibi vult, quod Dominus ad monumentum adceſſit, magna voce clamavit, Lazare exi foras, niſi ut futurae reſurrectionis ſpecimen praeſtaret, exemplum ederet? cur voce clamavit, quaſi ſpiritu non ſoleat operari, quaſi tacitus non ſoleat imperare? ſed ut illud oſtenderet, quod ſcriptum eſt, quoniam in momento oculi, in noviſſima tuba ſurgent incorrupti.*

Nec deinde praetermittendus *Nyſſenus*, qui in ſerm. de Paſcha & de reſurrect. ita incredulos coarguit, *ſi me quoque interrogaveris, quomodo corporum, quae a ſeculo uſque fuerunt, reſurrectio futura erit, ſtatim audies: quomodo Lazarus, qui quartum jam diem ſepultus erat, reſuſcitatus eſt? perſpicuum enim eſt, quod eam fidem & probationem, quae in uno fit, etiam in multis ſimiliter homo ſanus admiſerit.*

Quod demum Dominica Reſurrectio noſtrae ſit typus, & quidem omnium notiſſimus & praeclariſſimus, quis jure in dubium verterit? Porro nihil Paullo Apoſtolo antiquius, frequentius nihil atque ſollemnius, quam ut in Dominica Reſurrectione noſtrae immortalitatis cauſſam, ſpeculum, pignus proponeret, gentibuſque perſuaderet; adeo ut in illa ſuam omnes futuram reſurrectionem certo caperent & adorarent. Lege *Act. Apoſt.* c. 10. & 13. tum ex epiſt. ad *Rom.* caput 6. & 8. nec non ex 1. ad *Cor.* cap. 15. Quin etiam ſubinde Patres uno fere adſenſu Paulli veſtigiis ſancte inſtitiſſe plane novimus, ubi de Dominico triumpho differere ipſis contigit.

Reſurrectio, ajebat *S. Nilus* orat. 2. in Paſch. ap. Phot. cod. 276., *providentiae Domini caput eſt*; atque adeo, teſte *Epiphan.* ſerm. in Chr. reſur., *reſurrexit Chriſtus communis omnium reſurrectio*, quoniam, ut author eſt *Chryſoſt.* orat. in ſanct. paſcha ſub init., *noſtri cauſſa... ex mortuis denuo reſurrexit, ſuaque reſurrectione viam nobis ad reſurrectionem munivit... ſurrexit autem & terrarum orbem ſecum pariter exſuſcitavit.* Ideo (proſequitur idem Pater in alia orat. in triduanam Chr. reſurr. ſub fin. ap. *Fronton. Ducaeum*) *multa corpora Sanctorum, qui dormierant, cum Chriſto ſurrexerunt, ut diſcamus nos, Chriſtum mortuum non ſolum reſurgere, ſed omnes, qui in ipſum credunt, a mortuis excitari.* Id ipſum ſuo eloquio confirmavit *Auguſt.* hom. olim, ni fallor, 12. ſub init. *reſurrectionem*, ait, *corporum ut futuram certiſſime noverimus, ipſe Dominus nobis in ſuo corpore dignatus eſt demonſtrare: reſurre-*

ait Chriſtus, ut reſurrecturum ſe non dubitet chriſtianus; quod enim praeceſſit in capite, ſequetur in corpore; idemque fere inculcat ſub init. homiliae 16.

Audi praeterea *Maximum* Taurin. ita egregie concionantem hom. 2. *quiſque enim in Chriſti reſurrectione laetatur, laetetur potius, quia in Chriſto ipſe ſurrexit; in illa enim noſtra conditio & mortem pertulit & reſixit: & licet nobis adhuc reſolutio corpuſculi maneat, coepimus tunc in Chriſto aeterna vita jam vivere*. Tum *Gregorium* M. hom. 21. in Evang. *illa quippe Redemtoris noſtri reſurrectio, & noſtra feſtivitas fuit, quia nos ad immortalitatem reduxit*. Et aliquibus interjectis, *ſi igitur*, ait, *membra noſtri Redemtoris ſumus, praeſumamus in nobis quod geſtum conſtat in capite*. Nec ſecus quidem Patres alios de hocce Myſterio differentes audieris. Adeo clariſſimus juxta ac nobiliſſimus univerſae carnis olim ſurrecturae typus Chriſtus reſurgens eſt.

Jam vero hiſce ſacris documentis inſtituti Majores noſtri, ut ſuam Reſurrectionem, cujus, prae ceteris, fide ac ſpe alebantur, praeſentiſſimam ſibi modis omnibus objicerent & conſervarent, tria haec Reſurrectionis ſymbola, quae praemiſimus, Jonam, Lazarum, & Chriſtum reſurgentem in varii generis imaginibus exprimere conſueverunt: heinc ejuſmodi imagines totidem plane ſunt pro ſancto dogmate teſtimonia & documenta. Ex iis autem nonnulla ordine delibamus.

JONAS TYPUS RESURRECTIONIS

In Lapidibus.

52 DIOSTIO*. PRI. KAL. MAI. * *Depoſitio.*
AERENIVS REPEN
TINVS AERIVS PV
ELILIAE FLORENTIAE
CASTISSIME CONIu
GI QVE VIXIT AN...
.....PACE

Romae apud Helpidium Benedictum, teſte Murat. p. 1821. 7. *e ſchedis Ptolomeis.* Idem

Idem *Murator.* in piſce Jonam evomente ſymbolum reſurrectionis agnoſcit; & aliud ipſe ineſſe dixerim in ea femina, quae exſpectare mihi videtur reſurrectionem, cujus typum geſſit columba, quam cum ramo olivae excepit Noë ex *Gen.* 8. 11. ſed haec tamen qualiſcumque divinatio ſit.

53

MAPCIANO
KAPISSIMO FEC
IT ΠPIMAKIA
NA MATER EN
HPHNE

Piſauri olim ap. Card. de Abatibus Oliverium, adteſtante Oliverio in Marmorib. Piſaurenſibus, p. 71. n. 178.

54 *In Anaglyphis Tabellis.*

Romae in ſarcophago marmoreo, reperto in Vaticano ap. Cl. Bottar. in Roma ſubt. t. 1. tab. XLII.

Perplura huic ſimilia dat laud. *Bottar.* in eiſdem tabulis. Quibus addenda ex *Gorio* de Diptych. t. 3. tab. VIII. eborea p. 68. & tab. XXIV. pariter eborea ſub finem voluminis; nec non tab. VIII. marmorea in t. ejuſdem 3. de Inſcription.

Tum fragmentum ſarcophagi marmorei Beneventani, exprimens piſcem juxta hominem nudum, hoc eſt Jonam in typum reſurrectionis, uti conjectat & pluribus illuſtrat primus ejuſdem Editor *De Vita* in antiq. Benevent. diſſ. II. p. 298. ſqq.

55 *In Fragmento vitreo.*

Erutum eſt ex Roma ſubterran. Adfertur a Bonarr. in obſerv. tab. 1. fig. 1. & exponitur p. 3.

Alia ſunt ex Muſeo *Victorio*, ſicut & una vel altera lucerna fictilis, quae Jonam ſub hedera, vel ſi mavis, ſub cucurbita repraeſentant; Propheta tamen ſub hedera reſurrectionis typum minime geſſit: quocirca ejuſmodi monimenta, tametſi alias ſingularia, lubenter heic praetereunda duximus.

56 *In Onyche.*

In Muſeo Victorio.

Hic autem piſcis plane Jonam vomit. Adfert onychem exponitque idem *Victorius* meus in diff. philolog. p. 1. in prima litera initiali.

57 *In Tabulis penicillo depictis.*

Romae olim in primo cubiculo Coemeterii S. Calliſti ap. Iand. Bottar. t. 2. tab. LVI.

In

In pluribus ejuſmodi Tabulis Bottarianis arcanam hanc imaginem reperire eſt. Alteram dat *Aringh.* t. 2. p. 506.

LAZARUS TYPUS RESURRECTIONIS

58 *In Lapidibus.*

CALEVIVS BENDIDIT *&c.*

Heic *bilanx*,

candelabrum, *domus*, *piſcis*.

Romae olim in coemeterio SS. Quarti & Quinti, pridem repertus a Boſio dogmaticus juxta ac aenigmaticus hic Lapis ap. Aringh. t. 2. l. 4. c. 7. p. 19.

Huic addito e *Muſeo* noſtro *Kircheriano* Marmor aliud, quod Chriſtum ſuſcitantem Lazarum repraeſentat. Exſtat in Cimelio monimentorum chriſtianorum.

59 *In Tabula Muſiva.*

Ravennae in S. Apolliuare novo ap. Ciamp. de vet. mon. t. 2. tab. 26. arcola 7. & p. 97.

In

60 *In Fragmentis vitreis.*

Romae olim in Muſeo Victorio.

Idem Muſei Dominus Nob. Eques *Victorius* fragmentum iſtud adfert in laudatiſſima diſſ. de SS. ſeptem Dormient. p. 30. ac eruditiſſime more ſuo commentatur.

Adde plura ſimilia quae depicta exhibet cit. *Bonarrota* tab. VII. fig. 1. 2. 3. illuſtratque p. 49. ſqq.

61 *In Anaglyphis Tabellis.*

Romae in ſarcophago marmoreo effoſſo ex Vaticano coemeterio ap. laud. Bottar. t. 1. tab. XXXII.

Si-

Similem effigiem marmoream praeſtant ibidem tabula XXXVI. & aliae plures.

His addito conſimiles ex *Gor.* t. 3. in Diptych. in tab. eborea XIII. p. 108. & tab. pariter eborea XXIV. ſub finem voluminis. Unam quoque in pervetuſto ſepulcro Ravennatenſi ex *Ciampin.* de vet. mon. t. 2. tab. III. lit. G poſt p. 6.

Tum aliam in tabula marmorea exſcalptam ap. *Muſeum Kircherianum*.

62 *In Tabulis penicillo depictis.*

Romae in tertio cubiculo coemeterii S. Calliſti ap. Bottar. t. 2. tab. LXIII. *n.* II.

Huic addendae adſimiles picturae ex tabula LXXVII. pluribuſque, videlicet XCI. n. IV. XCVII. n. III. CXI. n. II. CXXVIII.

Tum alia graeca, quam exhibet laud. *Gorius* in tab. I. quae exſtat poſt pag. 334. ex Baſil. Baptiſterii Florentini.

JESUS CHRISTUS RESURGENS TYPUS RESURRECTIONIS COMMUNIS.

63 *In Anaglyphis Tabellis.*

Romae in ſacro Muſeo Vaticano.

En tibi graecanici artificis anaglyphon buxeum, quod exprimit Thomam Apoſtolum mittentem digitos in apertum latus Chriſti Redemtoris modo reſurgentis a mortuis. Sacrum iſtud emblema, immo integram tabulam plura continentem, & a nobis perluſtratam, primum fideliter in lucem edidit laud. *Gor.* tab. XXX. illuſtravitque p. 253. ſq.

Huic itidem ſubjiciendae aliae ex eodem *Gor.* tabulae, quae varia Chriſti reſurgentis myſteria dilucide repraeſentant, puta Redemtoris, victoriſque triumphum & ſpolia, adparitiones ad Apoſtolos, piaſque feminas: nempe tabula XXXIV. p. 270. tab. XXXVII. p. 288. tab. XXXVIII. p. 294.

64 *In Tabula penicillo depicta.*

Florentiae in poſtrema areola inferiore ad partem ſiniſtram graeci codicis Evangeliorum Sec. X. qui exſtat in Biblioth. Abbatiae Florentinae, ap. laud. Gor. tab. XII. *n.* VIII. *p.* 104.

Habes hoc uno emblemate Chriſtum Redemtorem devicta morte redivivum, largientem dextra benedictionem: armatos duos milites ſepulcrum cuſtodientes: Angelum adloquentem Mariam Magdalenam & alteram Mariam, eiſque adnuntiantem a mortuis vivum reſurrexiſſe Dominum.

Haec quidem ferme omnis generis, omniſque aetatis Monimenta ſuppeditavit, & prodegit Antiquitas pro ſancto dogmate adverſum hodiernos ejus hoſtes, qui ut ſuis cupiditatibus miſere adblandiantur, & reſurrectionem, & quamlibet in futuro ſeculo aeternam vitam impiiſſime rejiciunt.

§. 11.

De Judicio publico & universali, una cum iis, quae ipsum praecedent, & consequentur.

327 QUAESTIO I. Quid de *Judicio universali* generatim? ADSERO I. Futurum est in secundo adventu Christi Domini ea potissimum ratione, quod aequum est ut Deus propalam suam justitiam coram omnibus manifestet; tum justi honore pravique pudore publice adficiantur (*a*). II. Erit corporaliter visibile ex *Matth.* 24. 30. & 26. 64. & *Apoc.* 1. 7., & Christus qua homo Judex quemadmodum in judicio privato, ex nuper adsertis. III. Exstiturum creditur in Valle Josaphat, inter Montem Oliveti, & Urbem Hierusalem sito, ex *Joel* 3. 1. IV. Nescitur omnino tempus Judicii ex *Matth.* 24. 36. & *Marc.* 13. 32. At illud tamen Christus Dominus etiam qua homo certo novit, quae una *Patrum* vox est adversum Agnoitas. Anne pariter ex peculiari privilegio nonnulli coelites, ac prae ceteris divina Mater? Problema esto, quod discutere non vacat (*b*). RURSUM QQ. DOGM. SCHOL.

OBJECTIONES.

328 Obj. contra II. Adi. Non judicabit secundo Christus qua homo. Nam 1.° ex Nahum 1. *non judicabit Deus bis in id ipsum*; at jam semel judicavit privato judicio. 2.° potestas judiciaria uni competit Deo, utpote independenti ab omni superiore potestate. 3.° Christus qua homo solum proferet, ac publicabit judicium, & sententiam a Deo latam pro meritis cujuscumque: ergo non judicabit.

329 R. *N. Adi.* Ut quid veniat secundum Christus qua homo, si judicaturus non sit qua homo? Ad 1. prob: non judicabit bis secundum idem, & sub eadem ratione; quum multo alia ei suppetant motiva pro superaddendo universali Judicio. Ad 2. *D. A.* judiciaria primaria, & suprema, *C:* secundaria, delegata, & a Deitate promanans, *N*; haec enim Christo competit vi unionis hypostaticae eo modo, quo ipsi competunt potestas jurisdictionis, & dominii circa creaturas, ac alia id genus munera (*c*). Et vero haec Christi potestas dici potest ordinaria in suo genere. Ad 3; Christus sententiam ab aeternitate definitam promulgabit, non modo ceu recitans, verum etiam ceu potestate sua faciens, & imperans, una quippe, eademque erit Deitatis, & Christi qua homo est sententia, non secus ac instrumenti, & principalis agentis actio unica est (*d*).

330 QUAESTIO II. Quid de *Signis praecessuris Judicium*? ADSERO I. Plura erunt, quae propius instans Judicium praemonebunt (*e*).

(*a*) Rem pluribus persequuntur *Suar.* in 3. p. t. 2. d. 53. s. 1. *Siur.* tr. 9. c. 1.

(*b*) Pro utraque parte Authores ac specimina argumentorum dabit cit. *Siur.* tr. 9. c. 5.

(*c*) Ex dicendis *infra* Tom. VII. ubi de Titulis Christi D.

(*d*) Lege *Suar.* cit. d. 52. s. 2. *D. Th.* suppl. q. 59. a. 5. *Gotti* heic q. 1. dub. 1. §. 3.

(*e*) Ex sacris literis prout eas *PP.* atque *Interpretes* exponere consueverunt.

Nimirum Antichriſtus, hoc eſt praecipuus quidam Chriſti adverſarius, de quo haec communius habentur, fundata tamen in ſola veriſimilitudine, ex Scripturis, & PP. deſumta. Erit is genere, & profeſſione Judaeus, ex *Hier.* (*f*) *Cyr.* (*g*) *Greg.* (*h*), ex ſtirpe obſcuriſſima, ex *Hippol.* M. (*i*) *Aug.* (*k*), moribus perditiſſimis, ex 2. *Theſſal.* 2. 3. & 4. *Dan.* 11. 6. & 24. & 37. tum ex *Hippol.* & *Cyr.* citt. *Greg.* (*l*) *Damaſc.* (*m*). Deſcendet ex Tribu Dan ex *Gen.* 49. 17. *Jerem.* 8. 16. tum ex *Aug.* (*n*) *Ambr.* (*o*) Ejus Patria Babylon Aegyptiaca, quae nunc dicitur Cairus, ex *Hier.* (*p*) *Raban.* (*q*). Ejus doctrina peſſima, qua Chriſti Regnum funditus evertat, ex *Hippol.* cit. *Iren.* (*r*) *Lactan.* (*s*) *Ephraem.* (*t*) *Chryſoſt.* (*u*). Suis ſubdolis artibus regnabit in Babylone, ac Hieroſolymis, eritque totius orbis monarcha, ex *Dan.* 7. 8. & 24. & 11. 42. & 44.: tum ex *Ephraem*, *Cyr.* *Hippol.* citt. *Lactan* (*x*) *Hier.* (*y*) *Theodoret.* (*z*). Graviſſima omnium perſequutione vexabit Eccleſiam, ex *Dan.* 11. 12. *Matt.* 24. 21. *Apoc.* 12. 6. & 13. 8. *Marc.* 13. 22.: tum ex *Orig.* *Chryſoſt.* *Hier.* *Hilar.* (*a*): at non niſi per tres annos cum dimidio, ex *Dan.* 7. 12. & 25. *Apoc.* 12. 14. tum ex *Aug.* (*b*) *Hier.* (*c*) *Lact.* *Raban.* *Primaſ.* (*d*). Tandem interficietur a Chriſto Domino, vel ſe ipſo, vel per Archangelum Michaëlem in monte Oliveti, ex *Hier.* (*e*) *Theodoret.* (*f*) *Damaſc.* (*g*) *Anſel* (*h*). Ac eodem ferme tempore miniſtri ejus interibunt (*i*). A morte Antichriſti, ejuſque regni, & perſequutionis fine uſque ad diem Judicii aliquot intercedent dies, quibus poſſint homines reſipiſcere, ac poenitentiam agere, ex *Hier.* (*k*) *Theodor.* cit. & *Bed.* (*l*) (*m*) (§).

11. San-

(*f*) In c. 11. Dan.
(*g*) Catech. 15.
(*h*) L. 11. epiſ. 3.
(*i*) De conſum. mundi.
(*k*) L. 15. civ. c. 23.
(*l*) L. 31. in Job c. 17.
(*m*) L. 4. de fid. c. 26.
(*n*) Q. 22. in Joſ.
(*o*) L. de benedic. Patriarch. c. 7.
(*p*) In c. 11. Dan.
(*q*) Opuſc. de Antichriſ.
(*r*) L. 5. c. 25.
(*s*) L. 7. inſt. c. 17.
(*t*) Serm. de Antich.
(*u*) Hom. 40. in Joan.
(*x*) L. 7. inſt. c. 16.
(*y*) In Dan. 11. 45.
(*z*) In Dan. 7. & 11.
(*a*) Sup. laudatas Scripturas.
(*b*) Civ. l. 20. c. 8. & 23.
(*c*) In cap. 12. Dan.
(*d*) In 13. Apoc.
(*e*) In 11. Dan.
(*f*) Orat. 10. in Dan.
(*g*) L. 4. de fid. c. 26.
(*h*) In 2. Theſſal. 2.
(*i*) Interprete *Suar.* cit. d. 54. 5. 6.
(*k*) In 12. Dan.
(*l*) In 8. Apoc.
(*m*) De rebus Antichriſti prae ceteris luculenter & adcurate *Ih. Maluenda* in 13. de Antichriſto libris.

OBSERVATIO.

(§) Hiſce Patrum, noſtratumque Doctorum interpretationibus Proteſtantium Theologi cum veteres, tum recentiores adquieſcere dedignantur. Immo potius (ſuis *Luthero* & *Calvino* ducibus, poſt *Arnulfum* Epiſcopum Aurelian. qui vitam agebat ad an. 992., *VValdenſes*, & *Vvicleffum*) quidquid noſtrates de famoſo illo temporis noviſſimi Antichriſto commentati ſunt catholice, illi omnes in pravum, horrendumque

331 II. Sancti Praecurſores Elias, & Henoch, qui ſanctitate, ac praedicatione Antichriſto reſiſtent. De quibus haec communius ex conjecturis excepta feruntur. Etiamnum vivunt in aliqua ſecreta terrae regione amaeniſſima, fortaſſe in terreſtri Paradiſo, ſi ſubſiſtat, ex *Gen.* 5. 24. *Eccli.* 44. 16. *Hebr.* 11. 5. & 4. *Reg.* 2. 11. tum ex *PP.* cum *Iren.* (*n*) *Tert.* (*o*) vulgato *Cypr.* (*p*) *Epiph.* (*q*) *Aug.* (*r*) *Rup.* (*s*) quibus adcedit cum ſpectatiſſima Doctorum copia *Suar.* (*t*). Sine merito quidem aut demerito, in gratia tamen confirmati, & in altiſſima Dei contemplatione, & amore (*u*). Durabit eorum praedicatio annos aliquot. Trucidabuntur ab Antichriſto: eorum corpora in Hieroſolymae plateis inſepulta erunt tribus diebus, cum dimidio, quibus peractis ſtatim reſurgent, & in coelum coram omnibus adtollentur, ex *Apoc.* 11. 3. & 5. & 7. 4. & 11. 7. & 8. & 10. tum ex *Chryſoſ.* (*x*) *Theoph.* (*y*) *Raban.* (*z*) *Aug.* (*a*) (*b*). Nullo demum fundamento adſeritur futurum eſſe quoque ſecundi Adventus Chriſti Domini Praecurſorem Joannem Evangeliſtam, aut Moſem, aut Jeremiam, quum de iis probabilius ſit, jam certo occubuiſſe, ex *Tert.* (*c*) *Hier.* (*d*) vulgato *Epiph.* (*e*) (*f*).

332 III. Praedicatio Evangelii in mundo univerſo ex *Matt.* 24. 14. hoc eſt in omnibus regionibus, aut ſaltem in primoribus earum urbibus, quas homines habitent, percoletur Chriſtus, ejuſque Religio vigebit (*g*). IV. Diſſipabitur Romanum Imperium, ac diſcinde-

que abeuntes ſenſum, dignitati perpetuae Romanorum Pontificum adſcribere non ſunt veriti.

Nec in ea quidem id genus diſceptatione comitatem aut modum ullum quaeras apud adverſarios, vel etiam ceteroqui modeſtos ac temperantiores. Omnes ad unum heic inſaniunt.

Ita porro *VValdenſes* veteres ac juniores ap. & cum Leger. in hiſt. VVald. l. 1. c. 14. & alias, *Lutherus* de capt. babyl. & l. contra exſecrabilem bullam Antichriſti &c. *Calvinus* inſt. l. 4. c. 2. ſect. 12. & c. 7. ſect. 25. &c. *Junius* & *Ameſius* in notis in librum 3. Bellarmini de Rom. Pont. *Burmannus* in Theol. t. 2. l. 8. c. 18. *Turretinus* in Theol. par. 3. l. 20. n. 11. ac t. 4. diſp. 7. de Antichr. *Budeus* in Theol. l. 5. c. 3. §. 23. ſqq.

Ita & ceteri quique ex iis maledicorum hominum gregibus, quorum atrocia convicia, ineptaſque argutationes invicte profligarunt *Polemici* noſtri cum *Bellarm.* de Rom. Pont. l. 3. fere per tot. *Becano* in opuſc. de Antichr. reformato, *Reding* in vindiciis pro Rhaeto, diſſ. 4. ſect. 4. contra Vedroſium, *Gotti* in tr. de fine mundi q. 1. quos conſulas. De eodem argumento nos fuſius in Theol. pol. fundam. ubi de Rom. Pont. adverſum eoſdem veritatis hoſtes, quos interim ne vel audire quidem juvat.

(*n*) L. 4. c. 30.
(*o*) L. contra Judae. c. 2. & alibi.
(*p*) Tr. de Monte Sina, & Sion.
(*q*) L. 1. & 2. Panarii.
(*r*) De pecc. orig. c. 23.
(*s*) L. 3. de Trin. & ejus oper. c. 33.
(*t*) Cit. d. 55. ſ. 1.
(*u*) Ibid. *Suar.* cit.
(*x*) Hom. 19. in epiſt. ad Rom.
(*y*) In 9. Marc.
(*z*) Opuſc. de Antich.
(*a*) Civ. l. 18, c. 28.
(*b*) Recolendi *Suar.* cit. ſect. 3. & *Siur.* tr. 11. c. 3.
(*c*) In ſcorpiaco c. 8.
(*d*) In 1. & 23 Jerem.
(*e*) L. de vit. & interr. Prophet.
(*f*) Pluribus haec perſequuntur *Suar.* cit. *Maluend.* de Antichr. l. 10. per tot. *Acoſta* de tempor. noviſſ. l. 3. c. 6. & 9. *Siur.* c. 2.
(*g*) Signum hoc late exponunt *PP.* quos congerit cit. *Mau.* l. 4. c. 3. Lege citt. *Suar.* d. 56. ſ. 1. *Siur.* tr. 12. c. 2. *Ulleam* de primis & ult. temp. d. 3. c. 6.

tur in plura regna ex 2. *Theſſal.* 2. 3. (*h*). v. In toto orbe erunt ingentes terraemotus, peſtilentiae, fames, & omnia mala peſſima ex *Matth.* 24. 21. ſqq. vi. In coelo, ex *Luc.* 21. 25. *erunt ſigna in Sole, & Luna, & Stellis*, de quibus Theologia poſitiva, & *Siur.* (*i*).

333 vii. Univerſalis conflagratio orbis jam ſuperius adſerta. Hoc igne a Deo immiſſo, totus terraqueus orbis ardebit, & in cineres aut fumum redigetur. Nullum tamen coelum pertinget hic vindex ignis. Quia nullum hac purgatione indigebit. Poſt hoc denique ſignum eveniet Reſurrectio communis, & ſtatim Judicium (*k*).

OBJECTIONES.

334 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Antichriſtus non erit homo quiſpiam, ſed daemon idem in corpore adſumto, aut ſub ſpecie hominis. Nam 1.° erit ſumme ſuperbus, adeo ut, ſpreto Deo & Chriſto, ſe in templo Hieroſolymorum ceu Deum praebeat toto orbe adorandum; quod quidem non niſi Luciferi ſuperbia audere poteſt. 2.° erit ſupra hominem potens, & ſapiens, adeo ut totum debellet orbem, eumque ſciat in ſuas partes adducere, ac decipere: quod plane purus homo non niſi per miraculum poſſet, ac ſciret; quum tamen daemon potentia, ac ſcientia longe homini praevaleat. 3.° erit nequiſſimus, & omnium impiorum caput, ex D. Th. (*l*) omnia habens flagitia, nulla bonitate praeditus, omni exuberans malitia: haec autem non niſi in reprobo daemone reperiri poſſe videntur. Heinc 4.° ita ſentiunt Hippol. Theodor. Ambr. Hier. Bed. (*m*) dicentes, illum futurum eſſe hominem, in quo ſatanas habitet corporaliter; quo dicendi genere ſolet vera incarnatio deſignari, juxta illud Coloſ. 2. *in quo habitat plenitudo Divinitatis corporaliter*.

335 R. *N. Adſ.* cum *Scripturis*, & *PP.* uno ore loquentibus de Antichriſto tanquam de vero, & puro homine. Et quidem aut repugnat creatum daemonis ſuppoſitum alteri naturae hypoſtatice uniri; aut hoc nequit fieri niſi per miraculum, quod nec daemon patrare poteſt, nec decet a Deo patrari. Quid? quod ex *Damaſc.* (*n*) homo ille *omnem ſuſcipiet adflatum ſatanae, qui in eo domicilium ſibi conſtituet*, eum ſcilicet quaſi nutu ſuo ad quodcumque malum perducens, fere non ſecus ac ſi eſſet unum cum ipſo ſuppoſitum.

336 Ad 1. prob. *N. Mi.* Etiam homo ſceleratiſſimus, & a Deo in ſuum ſenſum derelictus, ejuſmodi ſuperbiae capax eſt. Ad 2. *N. Adſ.* Nec illa excedunt naturalem potentiam doloſiſſimi hominis, quem omnes daemones ope ſua naturali juvabunt. Ad 3. *N. Mi.* Eſt pene infinita ad malum pronitas in homine, a Deo deſtituto, totoque item inferno urgente propriis paſſionibus debellato. Ad 4. *N. A.* PP. illi loquuntur

(*h*) Interpretibus *Tertull.* aliiſque *PP.* quorum, pluriumque idem docentium cenſum refert cit. *Malu.* l. 5. c. 18. 19. Recole rurſum ſuper hoc ſignum citt. *Suar.* t. 2. & *Siur.* c. 3.

(*i*) Proxime cit. c. 4.

(*k*) Pluribus explicat haec placita laud. *Siur.* toto tr. 13 quem adi ſis.

(*l*) P. 3. q. 8. a. 8.

(*m*) Eos recitat *Suar.* heic d. 54. n. 1.

(*n*) L. 4. de fid. c. 27.

tur ad ſenſum adlati Damaſceni. Neque vero adceperunt τὸ *corporaliter* ſenſu eodem, quo Paullus, ſed ut ea loquutione intenderent, eum futurum veluti peculiare ſatanae domicilium (*o*).

337 Obj. *ſecundo* contra 11. Adſ. Henoch, & Elias translati ſunt in empyreum, ubi beatam degunt vitam, non autem in locum aliquem terreſtrem, ubi etiamnum viatores ſint. Nam 1.° ita cenſent Procop. Eugub. Cathar; faventque Hier. Ambr. Doroth. (*p*). Nec oppoſitum clare conſtat ex ſcripturis. 2.° non repugnat, eos beatitudinem temporariam tandem relinquere, ut obſiſtant Antichriſto, & martyrium ſubeant: nec enim in eo majora impendenda ſunt miracula, quam in ipſis nunc conſervandis viatoribus, ſimulque *aeternitatis candidatis*, ut eos vocat Tertull. (*q*) abſque cibo, & potu, ulloque cum ceteris viatoribus conſortio. 3.° ſaltem Elias eodem cultu in Eccleſia celebratur, quo gaudent reliqui coelites. 4.° ſi in terris vitam ducerent, ſtatu merendi potirentur; nam alioqui pejoris conditionis eſſent, quam alii viatores, ſcilicet ob diuturnam beatae viſionis privationem, qua ſine utilitate propria adficerentur.

338 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: PP. alii communius cenſent oppoſitum, quod quidem ex *Aug.* (*r*) *celeberrimum eſt in ſermonibus, cordibuſque fidelium*. Haecque Patrum, & Eccleſiae conſenſio explicat Scripturas, non omnino clare pro nobis loquentes. Ad 2. *C. A. Et N.Con.* quia nihilominus id re apſe evenire, vetat adſeri contrarii conſenſus oppoſitio. Ad 3: illum meretur quoque cultum vir ſanctiſſimus, Deo amiciſſimus, confirmatus in gratia, quibuſcumque ſupernis ornatus dotibus, quarum capax, & dignus eſt ejuſmodi viator. Ad 4. *N. Adſ.* cum prob. Sunt voluntati Dei ſumme conformes; ſatque compenſabitur defectus praeſentis meriti per egregia in extremo tempore geſta, quibus ſummam ulterius gloriam comparabunt (*s*).

339 Obj. *tertio*. Henoch, & Elias non erunt Praecurſores ſecundi Chriſti adventus. Nam 1.° id non eſt fide certum, ſed divinatorium. 2.° non eſt cur ii, & non alii, aeque ſancti, ac digni ſint praecurſores. 3.° qui poſſent abſque permultis miraculis, tam brevi tempore per univerſum mundum praedicare Verbum Dei?

340 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: eſt tamen fidei valde proximum, ſcilicet ex Scripturis, quas Patrum fere omnium traditio in hunc ſenſum exponit cum *Ambr.* (*t*) & *Tertull.* (*u*). Ad 2: placuit Deo hos, & non alios eligere, forte ut mirabilior eſſet eorum praedicatio, & teſtificatio; tum ut idem Deus oſtenderetur author omnis legis, naturae, ſcriptae, & evangelicae; atque idem Chriſtus, & eadem fides, quae ab initio uſque ad finem mundi in Eccleſia perſeve-

(*o*) Adeundi *Suar.* cit. *Val.* cit. d. 11. q. 2. n. 2. §. 1. *Got.* tr. 15. q. 1. dub. 1. §. 2. ac prae ceteris cit. *Maluen*

(*p*) Ap. *Suar.* cit. d. 55. ſ. 1.

(*q*) L. de anima c. 35. 50.

(*r*) Civ. l. 20. c. 29.

(*s*) Adi ſis *Suar.* proxime laudat. & recole dicta in hanc rem ſuperius p. 112.

(*t*) In 1. Cor. 4.

(*u*) L. de anima c. 35.

veret. Ad 3: docebunt per ſeſe in locis, in quibus vel Antichriſtus, vel ejus potentiores miniſtri verſabuntur; at per epiſtolas, & per diſcipulos ad diverſa loca miſſos totum moraliter univerſum (*x*).

341 Obj. *quarto*. Sicut unus Joannes Baptiſta fuit ſufficiens praecurſor primi Chriſti adventus, ita & erit unus Joannes Evangeliſta ſecundi, aut ſaltem hic cum Henoch, & Elia tertius adparebit. Nam 1.° ex Joan. 21. de ipſo dixit Chriſtus, *ſic eum volo manere, donec veniam*, hoc eſt volo, ut vivat uſque ad meum ſecundum adventum, uti exponunt & tenent Hippol. (*y*) Ambr. (*z*) plerique Eruditi ap. & cum Damaſc. (*a*) Metaphr. Cathar. Sabell. &c. ideo nec mors ejus narratur, nec inveniuntur ejus corporis reliquiae, ſed ſolum refertur, quod vivus ſepulcrum ingreſſus, diſcipulos ſuos abire juſſerit, qui tamen die altera reverſi, nihil ibi invenerunt: ergo aliquando moriturus eſt, nempe tempore ſecundi adventus. 2°. Chriſtus Dominus ex Matt. 20. dixit Joanni, fratrique ſuo, *calicem quidem meum bibetis, hoc eſt violenta morte ſicuti & ego, a vita diſcedetis*, ut exponit Chryſoſ. (*b*). At hucuſque hanc mortem violentam non ſuſtinuit: ergo ſubſtinebit veroſimiliter in fine ſeculi. 3.° ex Apoc. 10. Angelus dixit Joanni, *oportet te iterum prophetare gentibus, & populis, & linguis, & regibus multis*; hoc tamen hactenus impletum non eſt: ergo implebitur ſaltem in mundi fine oportuniori tempore. 4.° teſtimonium Joannis erit tunc aptiſſimum, & efficaciſſimum; tum quia erit teſtis legis avangelicae, ac teſtis oculatus perſonae, & actorum Chriſti; tum quia omnia, quae ad Antichriſtum, & diem judicii ſpectant, novit ex revelatione, ac prae ceteris fuſius & explicatius praedixit.

342 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: Chriſtus ibi loquutus eſt de ultimo adventu, nihil tamen adfirmavit, ſed ſolum interrogando Petrum, conditionali loquutione, ejus curioſitatem eluſit: *quid ad te?* Sic vulgo exponitur cum *Chryſoſ.* & *Cyril.* Obiit autem in Aſia centenario major, ibique ſepultae ejus reliquiae in honore habitae ſunt, ut teſtantur *Hier.* (*c*) *Euſeb.* (*d*) *Chryſoſ.* (*e*) *Iſidor.* (*f*) aliique. Hiſtoria illa de ingreſſu Joannis ad ſepulcrum, incerta eſt, & apocrypha; nec ex illa aliud habetur, quam quod Apoſtolus ſingulari, & admirando quodam modo abiiſſet.

343 Ad 2: τὸ *violenta morte* non niſi martyrium ſignificat, ex ſe, & miraculo non impediente, mortem violentam inferens; quod Joannes ſubſtinuit, quum in ferventis olei dolium immiſſus eſt, quapropter martyr habetur, & colitur ab Eccleſia. Ad 3: illa Joanni dicta ſunt propter libros Evangelii, & Apocalypſeos, per quos multis gentibus, regibuſque prophetavit. Ad 4: multi tunc Sancti teſtes

(*x*) V. *Got.* cit. dub. 6. §. 2.
(*y*) De conſum. mund
(*z*) L. 7. in Luc. ſub init.
(*a*) Orat. de transfigur.
(*b*) Hom. 66. in hunc locum.
(*c*) L. de ſcript. Eccleſ. in Joanne Evang.
(*d*) L. 3. hiſt. c. 25.
(*e*) Hom. 26. in epiſ. ad Hebr.
(*f*) L. de vit. vel obit. SS. c. 74.

ſtes legis gratiae, Evangelii praedicatores, adhaerebunt Eliae & Henoch, de quibus modo fert cum Scripturis traditio, tunc adventuros. Nec fides teſtimoniorum pendet ex oculorum viſu. Sed & aderit Elias, qui Chriſtum in Transfiguratione viderat (*g*).

344 Obj. *quinto* contra III. Adſ. Praedicatio univerſalis non erit ſignum proxime impendentis judicii. Nam 1.° id ipſum evenit tempore Paulli, ex Rom. 10. *& quidem in omnem terram exivit ſonus eorum*, & ex Coloſ. 1. *quod perveniet ad vos* (Evangelii verbum) *ſicut & in univerſo mundo eſt, fructificat*. 2.° ex Matt. adducto 24. 14. Chriſtus non dixit *credetur*, ſed *praedicabitur hoc Evangelium in univerſo mundo*; neque dixit, praedicabitur, ut omnes credant, ſed, *in teſtimonium omnibus gentibus*, ſcilicet ut credere nolentes, nulla fulciantur excuſatione. 3.° tunc temporis multae provinciae decipientur ab Antichriſto, & ejus adſeclis: ergo non omnes ſimul credent in Chriſtum.

345 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: evenit ſub Paulli tempora ſolum inchoative, ut ita loquar, ac ut ſummum per famam, ex aliis in alias regiones emanantem; eveniet tamen extremo tempore cumulate ac per proprios praedicatores, ſufficientemque Evangelii propoſitionem, qua populi frequentiſſime credent, uti fert communis Patrum ſententia. Ad 2: ex PP. expoſitione, id ibi Chriſtus explicavit, quod ex aliis prophetiis perſpicuum eſt, circa univerſalem ſuae Religionis propagationem, e. g. ex *Pſ.* 58. *dominabitur Jacob, & finium terrae*, ex *Joan.* 10. *& fiet unum ovile, & unus Paſtor* &c. Ad 3: ut adimpleatur ſignum iſtud, ſatis eſt, quod maxima mundi pars tum ſubceſſive fidem Chriſti profiteri pergat (*h*).

346 Obj. *ſexto* contra VII. Adſ. Non erit ejuſmodi ſignum proximi Judicii. Nam 1.° quae pro illo adlegantur loca poſſunt metaphorice intelligi, comparate ad ignis proprietates, exprimendo judicio adcommodatiſſimas. 2.° elementa, & alia nude materialia mundi corpora, utpote peccati incapacia, non indigebunt purgatione propter aliena hominum peccata, quibus illa aliquomodo inſervierunt: alioqui etiam coeli purgandi eſſent, ob Angelorum crimina infra empyreum aut in eodem empyreo, ſecundum diverſa ſcholaſticorum placita, perpetrata. 3.° non adparet ex quibus cauſſis ignis ille procederet. 4.° ſignum illud, ſi fuerit, ſubſequetur judicium, ut cenſent plerique cum Aug. (*i*), & quidem congruentius; nam ceteroqui ignis ille, qui omnia pervadet, concremaret etiam juſtos tunc viventes, adeoque vindex eſſet contra innocentes; itemque cadavera omnia, vallem Joſaphat, & reliqua mundi loca: inde vero novis opus eſſet miraculis, ut cadavera ex cineribus reſurgerent, ut in vallem Joſaphat judicium perageretur &c.

347 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: eſto loca methaphoriee loquantur, non

(*g*) Conf. *Suar.* cit. ſ. 3. *Got.* cit. §. 3. ſuo *Suar.* cit. d. 56. ſ. 1.
(*h*) Plura, ſelectaque in hanc rem more (*i*) Civ. l. 20. c. 30. ſub finem.

non vero omnia. Porro ex 2. *Petr.* 3. *terra autem, & quae in ipsa sunt opera exurentur* &c. ex quo, & ex aliis similibus colligit expositio, & traditio omnium PP. & TT. universalem vero igne conflagrationem. Ad 2. *N. Adv.* In rebus corporalibus, quae ad culpam proxime inservierunt, relinqui putatur ex culpa moralis quaedam macula, qua tamen purgari indigent, ut postea divinis inserviant; in locis enim ubi delicta atrocia commissa sunt, concipimus quamdam incongruitatem ut in eis quaedam peragantur Sacramenta, priusquam a morali pollutione vindicentur. A consimili ergo labe vindicabuntur igne illa mundi (quod est quodammodo templum Deo sacrum) corpora, quae proxime hominum culpis commaculata sunt. At vero corpora coelestia non inservierunt proxime Angelorum peccatis: quod si ex iis labem aliquam contraxerunt, satis superque purgabuntur per motus insolitos, horrendosque stridores, quibus tunc temporis commovebuntur, & perstrepent ex 2. *Petr.* 3. 10. (*k*).

348 Ad 3. ignis ille vel pluet e coelo, vel erumpet ex inferis, vel noviter a Deo producetur orbi purgando, simulque in ostensionem suae justitiae, irae, ac vindictae in hominum crimina. Hoc autem nomine pronum est subinferre cuncta corpora igne illo vindice comburenda fore, si audias vulgatissimum nostratum sensum. Ad 4. *N. Adv.* cum communissima *PP. & DD.* (*l*) quia ex *Ps.* 96. *ignis ante ipsum praecedet* &c. item quid simile ex *Ps.* 49. *Hebr.* 2. &c. Ignis ille vel parcet divinitus justis viventibus, vel in eos aget ceu causa pure naturalis, non vero ceu divinae vindictae instrumentum. Nec a veri simili porro abludit, quod corpora suscitentur e novis cineribus, nec quod peragatur Judicium in loco respondente valli Josaphat, cinereo solo reprobis adfixis (*m*).

349 QUAESTIO III. Quid de *Actione Judicii*? ADSERO. Plura. Videlicet 1. congregatis in valle Josaphat, ex *Joel* 3. (*n*) cunctis daemonibus, cunctisque hominibus, qui denuo surrexerunt ex *Matth.* 24. 30. *parebit signum Filii hominis in coelo*, hoc est ipsa Crux in qua salus nostra pependit, nostramque redemtionem perfecit (*o*) quidquid secus Protestantes opinentur post Calvinum. 11. Adveniet Christus in nube splendentissima. Eumque comitabuntur beatissima Virgo, Sancti reliqui corpore, & anima in coelo glorioſi, & omnes Angeli. Cum Christo Judice futuri dicuntur adsessores, judiciariae potestatis participes, Apostoli, aliique praecellentissimi meriti ex *Matt.* 19. 27. & 29. *Isai.*

(*k*) Conferendi sacri Interpretes in eum locum.

(*l*) Contra paucos cum Suar.

(*m*) Consuli possunt in hanc rem *Suar.* cit. d. 57. s. 1. *Dur. a S. Port.* in 4. dist. 47. q. 3. *Val.* cit. d. 11. q. 2. pu. 3. *Less.* opusc. de perf. div. l. 13. c. 20. *Lauraca* disp. 11. *Got.* cit. q. 2. §. 2.

(*n*) Cum communi PP. & TT. adsensu ap. *Acostam* de Novissi. l. 4. c. 13. 14.

(*o*) Haec est vulgatissima Patrum & Doctorum in eum locum interpretatio: lege saepius laudat. *Henaum* empyreol. exercit. 25. s. 1.

Isai. 3. 14. *Apoc.* 3. 21.: tum ex communi *PP.* & *DD.* cum *Aug.* (*p*) *Greg.* (*q*) *Suar.* (*r*) *Siur.* (*s*). Nempe quatenus Christi Judicium erga alios clarius percipient, simulque cum Christo pandent, ac intimabunt; ipsumque poterunt aliis manifestare. Nec est quidem cur Angelis, praesertim primoribus haec potestas denegetur, saltem relate ad Angelos inferiores (*t*).

350 III. Judicabit Christus omnes homines, & Angelos. Quia de unoquoque sententiam feret. Et quidem tanti Judicis muneris erit non modo evulgare discussionem causarum omnium olim peractam, & sententiam latam; sed etiam vere causam omnium discutere, & sententiam ferre; adeo ut ex vi sententiae a Christo proferendae salvandi sint Angeli & Justi, damnandique daemones & injusti, perinde ac si olim nec illi salvati nec isti damnati fuerint (*u*).

351 IV. Patebunt cunctis singula judicandorum omnium opera tum bona, tum prava, quae ad causae rationem spectaverint. Erui solet ex *Eccles.* 12. 14. *Matt.* 12. 36. & 1. *Cor.* 4. 5. & 2. *Cor.* 5. 10. *Dan.* 7. 10. *Apoc.* 20. 12; tum ex *PP.* cum *Chrys.* (*x*) *Hieron.* (*y*) vulgato *Augusi.* (*z*) & ex *TT.* vulgo cum *Mag.* (*a*) ex generalibus Scripturae locutionibus, & ex illo vulgatae Sibyllae carmine, *Cunctaque cunctorum cunctis arcana patebunt*, scilicet spiritaliter, Deo eam de cunctis cognitionem unicuique ingerente. v. Discussis omnibus, Christus feret generalem sententiam in probos per verba, *Venite benedicti* &c. & in improbos, per illa, *ite maledicti* &c. Et quidem probabilius voce sensili, si audias *Suarezium* (*b*). Feret insuper spiritaliter sententiam unicuique suam secundum propria merita. Quod & *Suarezii* laudati placitum est.

352 VI. Iis demum absolvetur Judicium, statimque aperietur terra, ut pravos devoret, ac probi cum Christo ad coelos adscendent, aeternum regnaturi. Nihil enim agendum restat (*c*). VII. De duratione Judicii differant alii (*d*) quibus otium sit. Plane modum, quo haec omnia peragenda sunt, nos tantum conjectamur: eum potius docebit experientia (*e*).

OBJECTIONES.

353 Obj. *primo* contra 1. Adss. Crux eadem, cui suffixus est Dominus, non parebit in sollemnitate Judicii. Nam 1.° ita plerique censent cum vulgato Ansel. (*f*) Suar. Les. &c. & oppositum quidem

(*p*) Civ. l. 20. c. 5. & in Ps. 49.
(*q*) L. 26. Mor. c. 27. alias 25.
(*r*) Cit. s. 4.
(*s*) Tract. 15. n. 37.
(*t*) Recole *Suar.* cit.
(*u*) Consuli hanc in rem meretur Cardin. *Delugo* tr. de fide d. 13. a n. 105.
(*x*) Hom. 31. in 1. Hebr.
(*y*) In Dan. 7. 10.
(*z*) In l. medit. c. 4.
(*a*) L. 4. dist. 43. cui adcinunt ejus Interpretes.
(*b*) S. 10. §. *Tertio intelligitur.*, cum aliis.
(*c*) Vulgatissima haec *TT.* opinatio cum *Suar.* cit.
(*d*) Cum *Suar.* cit. *Salmer.* t. 7. tr. 41. n. 1. *Raynaud.* t. 2. de adtr. Chr. de Chr. judice s. 4. c. 8. n. 679. *Stachouse* par. 4. c. 8. p. m. 656. *Siur.* tr. 16. n. 43.
(*e*) Loquimur cum *Valent.* proxime cit. pu. 2.
(*f*) In Elucid.

nec in Scriptura, nec in PP. fundatur; adeoque temerarium eſt. 2.° non dicitur in Scriptura, quod parebit Crux, ſed *Signum Crucis*, aut *ſignum Filii hominis*, ad quod ſatis eſt, ſi pareat Crux alia ſplendens ex aëre formata. 3.° ad hoc opus eſſet multis miraculis, quae multiplicanda non ſunt abſque neceſſitate. 4.° Crux minor eſt, quam ut toti orbi poſſit eſſe conſpicua. 5.° non adparebit, ut adoretur, ſed ut iniquos confundat, & redarguat; ad quod minime opus eſt ipſa vera Cruce.

354 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: permulti alii nobiſcum ſentiunt. Nimirum *Eccleſia Latina*, inquiens (*g*) *hoc ſignum Crucis erit in coelo, quum Dominus ad judicandum venerit* & Aethiopica, quae ſimilia tradit (*h*), item *Cyril.* Hieroſ. *Ephraem*, *Chryſoſt.* *Alenſ.* *Henriq.* *Viger.* alii, quibus citatis ſubſcribit *Henaus* (*i*). Nec temere quidem id adſerimus, namque (*k*) *licet revelatum non ſit, non eſt tamen contrarium revelatis, neque aliquid minus decens, aut rationi contrarium continet.*

355 Ad 2: qui nobiſcum ſentiunt, adcipiunt τὸ *Signum Crucis* pro ipſa Cruce. Ad 3: neceſſaria erunt miracula, ut in Cruce oſtendatur ſplendidius Redemtoris-Judicis majeſtas, amor, & juſtitia. Ad 4: Crux vel minime poterit divinitus cunctis conſpici, aut poterit eo pacto, quo Chriſtus, non grandior perfecta hominis ſtatura, ab omnibus conſpicietur. Ad 5: adparebit ſimul ut adoretur, noviſque plauſibus a coelo, & mundo congregatis percolatur (*l*).

356 Obj. *ſecundo* contra III. *Adſ.* Non omnes Chriſtus judicabit. Nam 1.° non paganos, haereticos, judaeos; quia ex *Joan.* 3. *qui non credit jam judicatus eſt*, quod in eum ſenſum exponunt PP. Baſil. Hilar. Ambr. Anſel. Lactan. cum Aug. (*m*). 2.° non parvulos, qui ſine Baptiſmo deceſſerunt; quia ex 2. Cor. 5. ita Chriſtus tunc judicabit, *ut referat unuſquiſque, prout geſſit, ſive bonum, ſive malum*, ii vero in ſe ſe nihil mali geſſerunt, ſed in ſuo capite: ergo tantum in iſto judicabuntur. Tum quia ex Matt. 25. & Apoc. 20. ſolum judicandi ſunt qui recipientur in coelum, vel in gehennam detrudentur: at ii in mundo perennabunt. Tum quia ſi iſti intelligerent ſuae damnationis cauſſam, perpetuo adficerentur dolore, improportionato quidem eorum culpae. Heinc Albertus eos negat eſſe comparituros in Judicio. 3.° non omnes ſanctos, & juſtos; nam ex Joan. 3. *qui credit in eum, non judicatur*; omnes vero, qui ſalvi fiant, credidêrunt. Tum quia rationi diſſonum eſt, eos judicari, qui nihil peccarunt, puta Deipara, & Joannes Baptiſta, ſimulque eos, qui in alios cum Chriſto ſententiam tulerint. 4.° non Angelos, tam bonos, quam pravos. Tum quia in eos ſingulos generale judicium initio mundi peractum eſt. Tum quia Chriſtus non eſt illorum Redemtor: ergo nec

(*g*) In Officio de ſancta Cruce.
(*h*) Ap. *Goes* l. de Aethiopum morib. ex *Zaga*, Epiſcopo Ethiope.
(*i*) Cit. exſercit. 25. ſ. 1.
(*k*) Authore *Suar.* cit. d. 57. ſ. 2.
(*l*) Recole citt. *Suar.*, *Hen.*, *Val.* q. 4. pu. 1.
(*m*) Ser. 28. de SS.

nec Judex. Tum quia ex Matt. 25. *Venite benedicti* &c. ſolum in homines proferetur ſententia.

357 R. *N. Adſ.* Tria diſtingui poſſunt Judicia: aliud diſcuſſionis, quo rei actiones tum bonae, tum malae diſcutiuntur, examinantur, conferuntur, uti fit in humano judicio per teſtes, & alias probationes: alterum exactionis, quo bona alicujus opera exacta ab adjunctis omnibus perpenduntur, ut exactum ab eis praemium definiatur: tertium retributionis, quo ſecundum adlegata & probata fertur debita meritis ſententia. Chriſtus ergo, qui teſtis eſt & Judex, dicitur judicaturus judicio diſcuſſionis eos, qui aliquomodo peccarunt; itemque eos, qui bona, & mala egerunt, mala cum bonis conferendo; judicio exactionis qui ſola egerunt bona; omnes tandem judicio retributionis.

358 Ad 1. prob. *N. Adſ.* PP. illi intendunt, quod vincibiliter non credentes habeant primam, certamque ſuae damnationis cauſſam, ſi perſeverent; & ad eam certitudinem exprimendam dicitur de praeterito, *jam judicatus eſt*, hoc eſt damnatus reprobationis judicio. Ita ex *Aug.* (*n*) *Chryſoſ.* (*o*) *Cyrill.* (*p*). Ad 2. *N. Adſ.* Sicut enim quod ſolum in Adamo geſſerint malum, ſufficiet eis in condemnationem, ita & in judicium, tum diſcuſſionis, tum retributionis. Scriptura ſacra non narrat omnia, quae ſub illo Judicio evenient: memorat quae ad adultos pertinent, quin tamen excludat quae adcident parvulis. Vocabuntur & ipſi; nam ex *Joel* 3. *congregabo omnes gentes, & adducam eas in vallem Joſaphat, & diſceptabo cum eis*; ac ita quidem diſerte ferunt *Aug.* (*q*) *Greg.* (*r*) & communius Scholaſtici, cum *Dur.* (*s*).

359 Cognoſcent itidem evidentia ſignorum, abſque fide ſuperna, plura ex iis, quae fient in judicio, e. g. Chriſtum Judicem, quem adorent, bonorum & malorum retributionem, ſuam ob originale ſententiam; haec enim ab illis cognoſci, ſpectabit ad tanti Judicis perfectionem. Ex divina tamen Providentia, & ipſorum prudentia, perfectaque cum Dei placito conformitate fiet, ut ex amiſſa beatitate nullum deinceps dolorem ſubſtineant.

360 Ad 3. *N. Adſ.* Verbum *judicare* diverſimode ſumitur in Scriptura. Ibi ſenſus eſt: qui viva fide credit perſeveranter, non judicatur, hoc eſt non damnatur, aut, ſi mavis, ex *Iraen.* (*t*) *non ſeparatur a Deo*: ubi ſubjungit, *qui autem non credit, jam judicatus eſt, hoc eſt ſeparabit ſemetipſum a Deo voluntaria ſententia*. Nec eſt cur diſſonum videatur judicari Deiparam exactionis, & retributionis Judicio, propter ejus praecelſa merita; atque ulterius reliquos judicari judicio diſcuſſionis, quatenus omnes, etiam Baptiſta, originaliter peccarint: nihil enim refert, quod qui alios inferiores judicent, a ſupremo Judice ſententiam deinceps ferant.

(*n*) L. de agone Chriſti c. 27.
(*o*) Hom. 27. in Joan.
(*p*) L. 3. in Joan. c. 53.
(*q*) L. 3. de lib. arb. c. 23.
(*r*) L. 9. mor. c. 12. alias 16.
(*s*) In 2. dif. 33. q. 3.
(*t*) L. 5. c. 27.

361 Ad 4. *N. Adſ.* Probos judicabit Judicio exactionis & retributionis, pravos judicio diſcuſſionis, & retributionis; hoc enim ſpectat tum Judicis gloriam, tum ejus Judicii perfectionem. Heinc pro Angelis, ſicut & pro hominibus, jam privatim olim judicatis, ſubſequetur univerſale judicium, omnibus publicum. Chriſtus inſuper fuit ob ſua merita Angelorum bonorum juſtificator, & glorificator, ubi pravi auxiliis per eum datis reſtiterunt: unde merito Chriſtus erit omnium illorum Judex. Denique *tó benedicti* &c. vel referetur quoque ad Angelos, vel aliter in ipſos proferetur ſententia, quod quidem tacuit Scriptura, noſtraeque diſquiſitioni reliquit (*u*).

362 Obj. *tertio* contra IV. Adſ. Non ſingula omnium opera patebunt omnibus. Nam 1.° ut pateat Judicii aequitas, ſatis eſt, ſuam quiſque conſcientiam noſcat intime, ipſique latam ſententiam reſpondere intelligat, aut ſaltem perſpiciat generatim praeſentem bonorum, malorumque ſtatum, unde juſtitiam ſententiae colligat evidenter: nec enim Scripturae clariſſimam illam conſcientiarum omnium conditionem evincunt. 2.° haec manifeſtatio reprobis deberet fieri per revelationem ſupernam, qua ipſi indigni ſunt. 3.° ſaltem Juſtorum peccata non oſtendentur; tum quia par eſt, ut quae heic tecta fuerunt per poenitentiam, ibi detecta non ſint, perpetuae enim apud Deum oblivioni tradita ſunt ex Iſai. 63. quod quidem merito ſentit Mag. (*x*) cum Chryſoſ. Viguer. Bernar.; tum quia oſtenſio illa non poteſt eos non adficere multo rubore, ac dedecore.

363 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* Ejuſmodi Judicium non haberet perfectam rationem judicii univerſalis, ac fere ſupervacaneum eſſet. Pro nobis faciunt teſtimonia ex Scripturis, PP. ac TT. mox indicata. Ad 2: fiet illa revelatio reprobis, ut penitus convincantur de Chriſti juſtitia erga ſe, & omnes alios. Quid? quod cognitio, quae beatifica non eſt, bonis & malis communis eſſe poteſt abſque repugnantia.

364 Ad 3. *N. Adſ.* cum vulgato *Aug.* (*y*) *Hug. Victor.* (*z*) & communiſſima *PP.* & *TT.* qui adductas Scripturas de omnibus omnium operibus, ſine ulla exceptione intelligunt. Profecto detegentur peccata, ut glorioſior oſtendatur Dei miſericordia in eorum condonatione, & juſtorum excellentia in poenitentia. Dicuntur deinde illa divinae oblivioni tradita, quatenus jam Deus eorum non recordatur, ut puniat, & ut ab ipſis provocetur ad iram. Peccatorum denique manifeſtatio ſub praefatis circunſtantiis magnae illis erit jucunditati & gloriae, minime rubori ac dedecori (*a*).

365 QUAESTIO IV. Quid de *conſequuturis Judicium*? ADSERO. Innovabitur mundus, vel perficietur quantum ad coelos, tellurem-

que,

(*u*) Conſuli poſſunt *Suar.* cit. d. 57. a ſ. 5. ad 8. *Leſ.* cit. c. 22 a n. 132. *Val.* cit. q. 4. pu. 2. *D. Th.* ſuppl. q. 91. a. 5. 6. 7. *Got.* tr. 16. q. 3. dub. 1. & 2.

(*x*) In 4. diſ. 43.

(*y*) L. de medit. c. 4.

(*z*) L. 3. de anima c. 23.

(*a*) Conf. *Bonav.* in 4. diſt. 43. a. 3. per tot. *Dur.* in 4. diſ. 47. q. 2. *Th.* ſuppl. q. 87. a. 2. *Suar.* cit. d. 57. ſ. 7. & 9. *Val.* cit. q. 4. pu. 2. *Leſ.* cit. c. 22 a n. 137. *Got.* cit. q. 3. dub. 3. §. 3. Recole praemiſſa p. 272. ſq.

que, ex *Isai.* 65. 17. & 66. 22. & 2. *Petr.* 3. 13. *Apoc.* 21. 1. Qualis vero & cujus generis ea innovatio futura sit, pluribus disputant & Doctores nostri & Protestantes. At me tamen judice, conjecturis tenuibus divinant omnes, nec ulla ex parte ratio alicujus momenti adfulget, cui tuto adquiescere liceat. Ergo ejusmodi quaestiones lubenter missas facimus, Lectoremque studiosum remittimus ad Theologos, quibus eas instituere atque expendere placuit (*b*).

His jam vero pro modulo nostro expeditis, opportune ad Monimenta vetera, quae fidem de tremendo Dei judicio, prae primis universali confirmant, progredimur.

(*b*) Conferri possunt *Thom.* cit. q. 93. *Durand.* in 4. dist. 48. *Suar.* cit. d. 58. s. 2. *Valent.* cit. q. 6. pun. un. *Granad.* cit. par. 3. tr. 1. *Laur.* cit. d. 12. *Gotti* cit. q. 4. dub. 1. sqq. *Siur.* cit. tr. 17. per tot. quibus adde *Interpretes biblicos* in citata Scripturarum loca.

MONUMENTA ANTIQUITATIS *CLASSIS V.*

pro Judicio universali.

E RE LAPIDARIA.

1

✠ PETRVS INDIGNu
S PRESBITER ☙ TT* PA *titulo.
MATHII. IOHIS* ET PA *Johannis.
VLI. DEPCHOR OMS u
T NVLLVS VIOLET
HVC SEPVLCRVM
ET QVI PRESVMSERI
T IN DIEM IVDICII.
NON RESVRGAT. ☙

Apud Clementem Blasium in sylloge vet. Inscript. p. 352. *n.* XXVI.

2

QVI CVPIVNT LACRIMAS ET TRISTIA CARMENA QVAERVNT
HIC BENIANT FLENTES MECVM SEPVLCRVM LEGANT.
CONDETVR HOC TVMVLO SERBVS DEI SVM
DICTVS NOMINE VRSVS QVI BONA
SVB SORTE NATVS IN VRBE FVI
VIX MIHI LECVERVNT ANNORVM VITAE
EX PAIA PLM. X. GLI. OCCVRRIT MORS
FATIS IVVENTVTIS MEAE. NE DOLEATIS
GENITORES NIHIL PROSVNT TEMPORA VITAE
SI QVANDOQVE MORI LONGA SENECTVS HABET.
DEPOSITVS SVB D. GNOR. MR. ID. GI. IMP. DN.
N. MAVRICI TIBERIO. PP. AVG.
SED CONIVRO VOS PER TREMENDVM DIEM
IVDICII VT HANC SEPVLTVRAM NVLLI
VIOLENT *A. circ.* 586.

Surrenti in D. Adnuntiatae ap. Capacium in hist. Neapolit. l. 2. *c.* 12. *p.m.* 526.

IA-

3 IAQVINTVS A DEO SANCTIFICATVS IN EPISCOPATI HONOREM
CONSECRATVS &c.
OBSECRO VOS HOMINES LEGENTESQVE QVOD
PROVIDENTES ET VAS TANTI SANCTISSIMI VIRI
SEPVLCRI NEMO AVDEAT VIOLARE NEC PEDIBVS
CALCARE PER IPSVM OBTESTOR QVI VENTVRVS
EST SECVLVM PER IGNEM IVDICARE

Surrenti itidem in D. Renati altari ap laud. Capac. p. 528. & Ughell. in Ital. ſacra t. 6. col. 607. & 608. amboque integrum referunt hujus Lapidis elogium.

Surrentinus hic Epiſcopus x. ex *Ughell.* reperitur ſubſcriptus in C. VI. gener. CP. ſub an. 680. coacto, act. 3. inter ſubſcriptiones hoc modo *Jacinthus minimus Epiſcopus ſanctae Eccleſiae Syrtenſis, provinciae Campaniae* &c. Ita *Harduin.* in hoc C. t. 3. col. 1511. ſub fin; ſecus quidem ac ſubſcriptus ibidem proponitur a laudatis *Capac.* & *Ughell* videlicet *Taquintus*, aut *Hiacynthus Epiſcopus Surrentinus provinciae Campaniae.*

4 ✠ CASSIVS IMMERITO PRAESVL DE MVNERE CHRISTI
HIC SVA RESTITVO TERRAE MIHI CREDITA MEMBRA
QVEM FATO ANTICIPANS CONSORS DVLCISSIMA VITAE
ANTE MEVM IN PACE REQVIESCIT FAVSTA SEPVLCRVM
TV ROGO QVISQVIS ADES PRECE NOS MEMORARE BENIGNA
CVNCTA RECEPTVRVM TE NOSCENS CONGRVA FACTIS
SD.* ANN. XXI. M. VIII. D. X * *Sedit.*
RQ. IN PACE PRID. KAL. IVL. PC. BASSI. IVC. ANN. XXVII.

Narniae in crypta ſeu ſacello S. Caſſii Epiſcopi Narnienſis, ap. Boldett. p. 353. mittente Joachimo Oldo Narnienſe Antiſtite.

Famoſum hoc Epigramma, quod, quum adhuc in vivis eſſet S. Caſſius ſuo tumulo inſcribi juſſit, plura virtute adtingit dogmata; prae ceteris vero Judicium univerſale, in quo per publicam, ſolemnemque aeterni Judicis ſententiam recipiet unuſquiſque praemia meritis conſentanea.

Eundem Titulum non una cum varietate recitavit *Baron.* ad an. 558. n. 14. Anne adcuratius ipſe quam Boldettus? Qui fortunate Lapidem prae oculis habeat, judex eſto.

Zacharias in laud. diſſ. p. 387. ſub finem retulit inadvertenter Titulum ad Seculum quintum chriſtianum, quum tamen revocandus ſit ad medium ſexti una cum obitu S. Caſſii, cui vulgo conſignatur cum laud. *Baron.* annus 558.

✠ CRVX

5

✠ CRVX S̄CA ADIVVA NOS IN IVDICIO
HIC REQVIESCIT IN PACE ♡
GREGORIVS VNA CVM CONIV
GE SVA MARIA . VOS QVI LEGITIS
ORATE PRO NOBIS PECCATORES

*Ravennae olim in Muſeo Ill. Farſetti Archiep. ap. Murat. p.*1881.2. *mittente Manetto Canon. Ravenn.*

6

ΘΕΟΦΙΛΟC . ΕΝΘΑΔΕ . ΚΕΙΤΑΙ
ΖΗCΑC . ΜΗΝΑC . Ε . ΕΙ ΤΙC
ΤΑ ΟCΤΑ ΜΟΥ CΚΤΛΕΙ . ΕCΤΑΙ ΑΥ
Τῳ ΠΡΟC ΤΗΝ ΕΠΕΡΧΟΜΕΝΗΝ ΟΡΓΗΝ

Videlicet

Theophilus heic jacet
Qui vixit menſes v. ſi quis
Oſſa mea vexaverit, poenas dabit
In ſuperventura ira (*Judicii*)

Romae in vinea nobilium Romanorum Brea ap. Murat. p. 1949. 3.

7

E XCIPE CHRISTE POTENS DISCRETAM CORPORE MENTE M
V T POSSIM PICEI POENAM VITARE BARATHR I
G RANDIS INEST CVLPA SED TV PIETATE REDVNDA S
E LVE PROBRA PATER ET VITAE CRIMINA TOLL E
N ON SIM PRO MERITIS SANCTORVM COETIBVS EXV L
I VDICE SE PROSIT SANCTVM VIDERE TRIBVNA L
V IS LECTOR VNO QVI SIM DIGNOSCERE VERS V
S IGNA PRIORA LEGE MOX VLTIMA NOSSE VALEBI S

*Epitaphium, quod ſibi exaraverat S. Eugenius III. Archiep. Toletanus, fato functus an. Ch.*659.

Exſcripſit *Ambr. Morales* ex antiquiſſimo cujuſdam Azagrae libro, caracteribus gothicis concinnato, eodem teſte in Chron. Hiſp. t. 2. l. 12. c. 34. fol. 138. Porro ſi carmen iſtud ſingulare non fuerit inſcriptum ſepulcrali ſui Authoris Lapidi, mihi Azagrae liber, qui illud poſteritati ſervabat, eximii Lapidis loco habendus eſt.

Intueris itaque in ſanctiſſimi Authoris carmine una cum dogmate de Judicio, plura alia, videlicet de gehenna, peccati gravitate, divina miſericordia, ſpe theologica, coelo empyreo; quibus utique confirmandis ad ipſum recurrere liceat.

Iis in praeſens dogma adjice literata Saxa, quae olim exſcripſimus in Tom. II. p. 61. n. 3. & p. 95. n. 1. & p. 373. n. 3. tum noviſſime in hocce Tom. IV. p. 307. n. 45.

8 *Domine Jesu Christe, quem venisse credimus in carnis abjectione humilem . . . quemque iterum praestolamur in potentia Deitatis venturum, saeculum delinquentem terribiliter judicare . . .* Item *Te Domine . . . exposcimus, ut qui te redemtionem mundi venisse jam credimus, venturum quoque ad Judicium purgatis cordibus praestolemur . . .* Tum *Deus, qui manifeste ad Judicium es venturus . . .*

Ex Orationali gothico-hispano, in orationibus pro Adventu Domini, dicendis in secundo sabbato (ap. cit. *Blanchin.* p. 2.)

9 *Sanctus, Sanctus, Sanctus es vere . . .* Ipse (Christus Jesus) *. . . adscendit ad coelos, seditque ad dexteram tuam, o Pater, designavitque diem retributionis, in quo adparebit ad judicandum orbem in justitia & retribuendum unicuique juxta opera sua.*

E Liturgia Coptica S. Basilii in Anaphora, (ap. laud. *Renaud.* t. 1. p. 14.)

Hic ille sacer atque celebratissimus Hymnus, qui nobis modo dicitur *Praefatio* ad Canonem Missae, Graecis vero nuncupatus perpetuo est Ἐπινίκιος *Epinicios*, hoc est victoriae simul ac triumphi felix adclamatio, qua nempe Angeli simul & homines debitam laudis gloriam Deo & Christo persolvere adinvenerunt. De eo verba fecimus in Adpendice ad Tom. II. p. XVIII. sq. In graecis Liturgiis quatuor genera hymnorum haud infrequenter occurrunt, quorum & distincta sunt argumenta & authores diversi. Legito *Goarium* in notis ad Liturgiam S. Joan. Chrysost. ad num. 125. p. 136. sq. Hosce Graecorum epinicios, aut triumphales hymnos, tot tamque diversa saepe argumenta complexos, qualia in hoc, quem pro dogmate adlegavimus, videre est, plerumque olim aemulati sunt Moz-arabes in suis Missarum Praefationibus, quas *Inlationes* dixerunt; minime vero Romani, uno ut plurimum argumento contenti.

Dum audis *Anaphoram*, heic pro titulo proxime inscriptam, nolim, uti alias, intelligas integrum Liturgiae Basilianae officium, immo potius secundam duntaxat, primariamque simul illius partem, in qua tum apud Coptitas oblatio fiebat donorum, ipsorumque con-

se-

ſecratio ac diſtributio, quae gratiarum actione concludebatur. Hoc autem pacto pars haec proprie Ἀναφορὰ Anaphora adpellatur, quoniam, ut habet Chryſoſtomiana Liturgia ap. laud. *Goarium* p. 75. n. 122., tunc ἀναφορὰ προσφέρεται *Oblatio offertur*, eodem interprete *Goar.* Et quidem ubi legimus in Pſ. 50. 21. *tunc adceptabis ſacrificium, oblationes & holocauſta*, LXX. verterunt *Anaphoran*. Porro Graecis *Anaphora* paſſim nomen eſt integri Sacrificii Euchariſtici, exſtatque libellus *S. Baſilii* de ritu ſacrificandi, cui titulum fecit *Anaphora*, ejuſque nominis rationem adtigit *Anaſtaſ. Sinaita* orat. de ſynaxi §. *Ignoras*. p. 944. ap. Bibl. PP. Lugd. t. 9. aliique non pauci commentati ſunt cum *Theophil. Raynaud.* t. 6. oper. in onomaſt. euchariſtico p. 197. ſq. *Macro* in vocab. eccl. art. *Anaphora*, *Bona* rer. lit. l. 1. c. 2. cum ejus Adnotatore *Sala* in eum locum nota 5., quibus adde *Syros*, *Maronitas*, *Coptos*, queis nempe ad indicandam totius Miſſae celebrationem familiare eſt *Anaphorae* nomen uſurpare, ipſo variis exemplis adteſtante *Sala* ibid. in cap. 9. Bonae §. 9.

Enim vero potiſſima & nobiliſſima Miſſae actio in oblatione, ſeu Sacrificio, quod in Canone, praepoſito hymno triumphali, peragitur, ſita eſt. Haec itaque proprie loquendo Liturgia eſt, quum reliquum lectionum, precationum & ceremoniarum ad hunc uſque locum non niſi congrua ad Sacrificium praeparatio cenſendum ſit. Nec ab hoc quidem judicio abludere videtur communis vetuſtiorum Miſſae Romanae Interpretum opinio, ajente *Floro Magiſtro* in expoſit. Miſſae, *antiqui authores ita ſentiunt, Miſſam a praefatione incipere, praecedente lectione Apoſtolorum & Evangeliorum, praecedente nonnunquam etiam adloquutione Magiſtrorum, ſubjuncta quoque ſymboli confeſſione & oblatione populorum & initiata conſecratione Sacramentorum*; nec non antiquo *Anonymo* in expoſit. itidem Miſſae, *Miſſa vocatur ab eo loco, ubi incipit Sacerdos Sacrificium Deo offerre, uſque ad Ite Miſſa eſt*. Perplura in confirmationem hujuſce theſis vetuſtiorum Patrum teſtimonia dabit *Durant.* de ritib. l. 2. c. 1. n. 6.

Quid vero, inquies, ſi admittamus cum pleriſque omnibus Liturgicis celebrem illam Miſſae diviſionem in Miſſam Catechumenorum, incipientem a prima Miſſae actione uſque ad Evangelium primum, & in Miſſam Fidelium, quae ab Evangelio jam recitato aduſque poſtrema verba *Ite Miſſa eſt* peragebatur? Miſſa igitur fidelium, quae quidem ſenſu longe proprio Miſſa eſt, aut Anaphora, non a Praefatione incipit, ſed ab actione Evangelium proxime ſubſequuta, continetque praeterea ceteros Miſſae actus uſque ad populi dimiſſionem; ſin vero, nova confingenda nobis eſt Miſſae notio ac diviſio, Miſſae, inquam, comprehendentis actus oblationum, ab Evangelio ad uſque Praefationem exſerceri ſolitos.

Dixerim tamen, rebus nomina ex hominum placito ubivis impoſita ſunt. Et ſane Miſſa propriiſſime ac myſtice ſumta, hoc eſt Anaphora, oblatio, Sacrificium, ut cum tota pene antiquitate loquar, a

Praefatione incipit ; reliqua vero , quae poſt Miſſam Catechumenorum iſta excipit, eatenus minus proprie Miſſae nomen obtinent, quatenus ſunt proxima ad ſacram Miſſam praeparatio , videlicet ritualis diſpoſitio materiae, quae in auguſtiſſimo Sacrificio in Corpus & Sanguinem Chriſti commutanda eſt. Jure itaque in Baſiliana Liturgia dicitur ſeparatim *Anaphora* multiplex illa actio , quae a Praefatione ſumit exordium . Ut mittam alias congruentias a verbo *Anaphora* rite deſumtas, prout eas expendunt Liturgici poſt laudatum *Anaſtaſium*. Lege *Renaud.* cit. in not. p. 224. ſq. & 228. ſq. ubi de Triſagio *Sanctus* &c.

10 *....Et ſanctae beatitudinis requie perfruatur, ut quae cum magni judicii dies advenerit, inter ſanctos & electos tuos reſuſcitatus gloria manifeſtatae contemplationis ſuae perpetuo ſatietur. Per Dominum.*

E Codice ms. S. Benedicti Floriacensis , in oratione alia pro Commendatione animae defuncti (ap. *Marten.* de antiq. eccl. ritib. lib. 3. cap. 15. p. 594.)

Multiplici obſequiorum genere ab antiquo uſa eſt erga fideles Eccleſia vix animam efflaſſent . Defuncti enim oculos claudebant veteres , corpus lavabant , pretioſis deliburum unguentis condiebant , veſtimentis ſibi congruis operiebant , ejus animam fuſis ad Deum precibus , hymnis & pſalmis Deo commendabant , ipſi congrua piaque cum pompa exſequiarum parentabant, oblato ſaepiuſque geminato ſummo Numini incruento Sacrificio , corpus ſepulcro in loco benedicto inferebant magno rituum adparatu ; defuncti denique recolebant apud Deum memoriam cum celebratione Miſſarum tertio poſt depoſitionem die , nono , trigeſimo , quadrageſimo , ac ſaepe etiam quotannis deinceps perpetuo . Quid vero ſingula exemplis ab ſacra & Liturgica vetuſtate petitis confirmare adgrediar , ad metam dum feſtinus propero ? Ea quaerenti pererudite prodet laud. *Marten.* l. 3. capp. 12. 13. 14. a p. 553.

T*o Per Dominum* eam exprimit formulam , quae jam inde a primis temporibus finem impoſuit eccleſiaſticis precationibus , nempe *Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum , qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti , Deus , per omnia ſecula ſeculorum* . Eas quippe omnes retulit perpetuo Eccleſia ad Deum Patrem , interpoſito tanquam clementiſſimo inter Deum & homines Mediatore Chriſto Jeſu , qui una cum Spiritu Sancto , cum Deo Patre vivit & regnat . Porro in quibuſque id genus orationibus Deum unum ac trinum pientiſſime memorat & colit Eccleſia . Sic vulgo eam formulam , quae paſſim in ſacris codicibus recurrit , commentari conſueverunt Interpretes Liturgici .

....*Ipſe*

11 . . . *Ipſe Domine, & hunc, quem Presbyterii gradum ſubire & adipiſci voluiſti, reple dono ſancti tui Spiritus . . . . ut ipſe occurrens in ſecundo adventu magni Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti unigeniti filii tui, adminiſtrationis proprii gradus & officii bene geſti ſecundum multitudinem bonitatis tuae mercedem recipiat.*

E GRAECO CODICE NONGENTORUM FERME ANNORUM IN ORDINATIONE PRESBYTERI APUD GRAECOS (ex *Morin.* de ſacr. ordinat. par. 2. p. 55. qui Codicem exſcripſit e biblioth. Card. Franciſci Barberini, Latioque donavit.)

12 IHV XPI QVI VENTVRVS EST IVDICARE VI
VOS ET MORTVOS ET SELM PER IGNEM AM

E SACRAMENTARIO GREGORIANO IN APERTIONE AURIUM AD ELECTOS (exarato in Codice Reg. Vaticano n. 335. pag. 158. ap. *Murat.* in Liturg. Rom. t. 2. poſt col. 156.)

Pro eodem ſecundo Chriſti Domini adventu ulteriora documenta ſuppeditant laudati *Renaud.* p. 15. & 30. *Thomaſ.* t. 6. p. 237. col. 2. *Mabillon.* p. 255. & 445. *Marten.* l. 3. c. 15. p. 596. 597. 598. ſqq.

E RE DIPLOMATICA.

13 . . . *Magno conſilio eſt ſeculi relinquere & ad ſanctis & a venerabilibus locis nos comendare, ut dum ultima die convinerit* (h. e. veniat Chriſtus ad judicandum) *ut nos in ſuis judiciis electionis oſtenda . . . .*

AIVALDUS Presbyter Piſtorienſis in Donatione facta monaſterio Piſtorienſi S. Bartholomaei an. 764. (ap. *Zachar.* in collect. anecdot. med. aevi, p. 272. ex archivo ejuſd. monaſt.)

E charta nimium barbarae ac foetulentae orationis latinae ſaltem colligimus, ex mente authoris adpellari ad extremum Judicium, optarique in eo ſanctae, beataeque electionis ſortem. Emollit quadantenus in hoc, aliiſque paribus eorum temporum documentis pia ſimplicitas horrorem, quem eruditis auribus ingerere conſuevit ita inſolens barbaries.

14 . . . . *Cogitante me de omnipotenti miſericordia . . . atque . . . cum venerimus ante tribunal*

Chriſti, non nos de neglegentia judicet, ſed de bonis operibus gratuletur . . . .

GAIDOALDUS Medicus in altera Donatione eidem monaſterio adſcripta an. 767. (ap. laud. *Zachar.* p. 273. ex eodem archivo.)

15 *Omneſque ſecundum Apoſtolum ante tribunal Chriſti ſtabimus, ut unuſquiſque rationem pro his quae geſſit reddat, nobis praecipue, qui ceteris mortalibus conditione aequales exiſtimus, & dignitate tantum regiminis ſupereminemus . . .*

LUDOVICUS PIUS ſub initium celebratiſſimi Capitularis (quod notis ſuis Tironianis reddidit ſaepe laudatus *Carpentierius*, p. 2.)

16 *Oportet noſtrum unicuique conſiderare terminum vitae & ita præparari, ut non ſolum eruamur ab ultricibus poenis, ſed . . . . coronari pro noſtro a Judice pro operibus bonis factis . . . .*

S. GENNADIUS Epiſcopus Aſturicenſis in Diplomate pro monaſterio S. Leocadiae in Caſtanearia apud Hiſpanos, ſub an. 916. (referente *Florezio* in Hiſp. ſacra t. 16. p. 427. & 428.)

17 *. . . . Quicumque . . . . aliquid tulerint . . . . nec aliquando habeat remiſſionem hic, vel in futuro Judicio, & cauſam noſcat eſſe meum exinde dicturus ante mageſtatem aeterni Judicis . . . . .*

TEUDICUS Comes de Vico Sciorum in charta cujuſdam Donationis an. 944. (ap. laud. *Zachar.* ex libro Capituli Piſtorienſis inſcripto ✠ pag. 5.)

18 *. . . Domine Jeſu Chriſte ſentiant te* (Deceſſores, qui Compoſtellanae S. Jacobi Baſilicae privilegia conceſſerant) *in die Judicii placabilem per tui ſancti Apoſtoli interceſſionem pro tali ſuo labore amen. Et ut nos cum eis in coelo jungamur, & in praeſenti a malis tueamur, te orante, o ſancte Dei Apoſtole, concedimus ſacroſancto altari tuo . . .*

ORDONIUS III. Galliaeciae Rex in Placito pro Compoſtellano Epiſcopo ſub an. 952. (ap. laud. *Florez.* t. 19. p. 363.)

Ex-

Exprimit quoque piiſſimum Diploma ſancta dogmata de coelo empyreo, de merito bonorum operum, de cultu & interceſſione Sanctorum.

CAPUT SECUNDUM

De Receptaculis eorum, qui ſunt extra viam.

PROLUSIO POLEMICA
HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in ordinaria Receptacula.

366 MIſſis etiam impiis nebulonibus, qui per ſummum nefas una cum immortalitate animorum quamlibet in altero ſeculo vitam repudiarunt, eos in hanc ſcenam levioris ignorantiae ſeu impietatis reos producimus, qui in ſarta tecta dogmata Receptaculorum, communi orthodoxae Eccleſiae conſenſione definita, nobiſque hoc capite exponenda catholice, ſimulque illuſtranda & vindicanda, quoquo modo erraſſe deprehenduntur. Itaque HISTORIA POLEMICA.

Principio in Empyreum Coelum, quod nobis Beatorum eſt ac dicitur ſedes & domicilium, quantum ad ejus ſitum & conditiones beatam vitam ſpectantes,

Ex Ethnicis

I. *Mythologi*, qui juſta probae vitae meritis praemia in altero ſeculo conſtituenda duxerunt, Empyrei noſtri umbram quidem ac leviorem ſpeciem exhibuerunt, quam poſtmodum pro CONCORDIA FIDEI & RATIONIS praeſtabimus; tot vero incruſtatam commentis, totque fabulis immaniſſimis obſcuratam, ut ſe homines undecumque carnales, ac fidei lumine prorſus orbatos prodiderint. Sic enim ejuſmodi, de Elyſiis differens, ſe ſe prodidit aperte *Homerus* (*c*) ſic *Albius Tibullus* Eques Romanus (*d*) ſic *Pindarus* (*e*) ſic *Claudianus* (*f*) ſic *Virgilius* (*g*). Eos innuiſſe ſufficiat. Sed ex Poëtis inſuper ad Philoſophos gradum facimus.

II. *Japones veteres* hoc in dogmatis habuere commentum. Quod ſcilicet quaedam certa ſint ac diſtincta loca in quatuor mundi plagis & partibus conſtituta, quibus in locis quotquot habitant, laetam & feliciſſimam vitam degunt. Tum vero eos, qui univerſas Japoniorum leges a Fotoke, deo ſuo, olim traditas ex amuſſim obſervant, quum primum ex hac vita diſcedunt, ea loca petere, & ibi renaſcentes Fo-

(*c*) Odyſſ. l. 4. verſ. 563. ſqq.
(*d*) L. 1. eleg. 3. ſub med.
(*e*) In Olympia od. 2.
(*f*) De raptu Proſerpinae lib. 2. a verſ. 282.
(*g*) Aeneid. 6. a verſ. 641.

Fotoke mutari in formas, triginta duabus figuris donatos, & octoginta qualitatibus adfectos, aeternum laetos admodum victuros.

Ajebant insuper, in ea loca non posse feminas admitti; quocirca eas, quae praedictarum legum observatione & cultu salvae fierent, in formam & figuram virorum transferri solitas: quo plane notabant, feminas erronea sua opinione immundas esse, detestabiles, exsecrandas (*b*).

III. *Japones recentiores* crediderunt, secundum diversa numina seu idola (quorum praecipua sunt Camus, Fotoke, Amida, Xaca) & diversas sectas ac rationes quodque idolum colendi, in altero seculo diversos exstare paradisos, in quorum quemlibet proprium numen cultores recipiat suos (*i*).

IV. *Brachmanes* Indi in eam stultam devenerunt sententiam, ut statuerint coelum ipsis dictum *Weicontam* duplex esse; hoc nempe *Lila Weicontam*, hoc est coelum deliciarum, illud vero simpliciter dictum *Weicontam*: e quibus illud a brutis incolitur, istud autem summi Dei habitaculum est, ad quod si qui ex beatis perveniant in has terras nunquam redeant. De incolis vero primi coeli illius acriter inter se pugnant Brachmanes an unquam in terras revertantur.

Rursum praeter illos coelos, septem statuunt receptacula in terris, quae etiam *mundos subcoelestes* nuncupant, in quibus justi post bene actam vitam tanta fruantur felicitatis mensura, ut majorem non optent; persuasi videlicet cujusque locum & statum esse omnium optimum. Iis vero septem locum adnumerant coelo proximum, ipsis vocitatum *Bramma locon*, id est locum Dei Bramma, qui Deus eis est supremo Deo *Wistnou*, aut *Eswarra* proxime subordinatus, & mundi creator. Hosce paradisos subcoelestes *Surgam* adpellant, eorumque incolas *Dewataes*, quorum nonnulli in terras migrare ac denuo nasci coguntur (*k*). Stolida haec opinamenta innuit quoque Cl. *Huetius* (*l*). Sed ea tamen recentioribus duntaxat Brachmanibus adjudicat.

V. *Siamenses* non longe heinc abeunt. Coelestem quidem beatitatem docuerunt, fabulis tamen foede permixtam. Beatum locum in varias domos partiti sunt. Apud ipsos coelum supremum domicilium est deorum & animarum quae perfecta sanctitate praeditae sint; ac inferiores coeli contignationes animae tenuioris sanctimoniae incolunt. In coelo demum eadem eveniunt ac in terris (*m*).

VI. *Philosophi ceteri* varie nimis de situ coeli supremi, quod in retributionem bonorum operum piis animis crediderunt paratum, opi-

(*h*) Rem enarrat *Possevin.* in bibl. sel. l. 10. cap. 2. & 5. p. m. 590. & 612.

(*i*) Haec discimus ex nostro *Franc. Solierio* in hist. eccles. Japon. l. 1. c. 14. n. 212. p. 48. edit. Paris. 1627.

(*k*) Ejusmodi fabellas pene totidem verbis descripsit *Gisbert. Voëtius* in diatriba de coelo beatorum c. 4. §. 6. p. m. 928. ex Abrahamo Rogerio in descript. religionis Brachmanicae cap. 21.

(*l*) In qq. alnet. l. 2. c. 24.

(*m*) Author est *Huet.* proxime advocatus, at sine teste, quem plane examini subjiciendum adpellasset optarem.

opinati ſunt. Sic enim e. c. illud repoſuerunt *Platonici* in ſublimi aethere, *Stoici* circa lunam, *Nonnulli* in coeleſti via lactea, *Alii* circa ſolem, nec defuerunt tandem, qui in ſole ipſo illud collocarent (*n*).

VII. *Ariſtoteles* erroris a *Roſcio* (*o*) inſimulatur, laudato *Eymerico* in direct. Inquiſit. 2. p. q. 4., quatenus adſeruit, quod coelum anima intelligente eſt animatum, ceu animal quoddam obediens Deo, cujus motus aeternus ab ejuſmodi anima cauſſatur (*).

Ex Judaeis

I. *Plerique* cum *veteres*, tum *juniores*, quos in cenſum *Saducaeorum* forſan haud immerito repoſueris, bonorum operum mercedem in praeſenti duntaxat ſeculo ſe recepturos fore crediderunt. Quo plane immortalem beatitatem in empyreo probis paratam abnegarunt (**).

II. *Ma-*

(*n*) Lege in hanc rem *Stobaeum* in eclogis, *Turneb.* in adverſar. l. 26. c. 28. *Tullium* in ſomn. Scipionis, *Tertull.* l. de anima c. 54. & 55. *Manil.* l. 1. Aſtron. *Bovillium* l. de ſenſu, *Huet.* cit.

(*o*) De haereſ. l. 2. art. *coelum.* 6. 7.

ADNOTATIO.

(*) CEterum Ariſtotelea haec adſertio in Romana laudati Authoris editione, qua utor, de an. 1585. ubi ex profeſſo errores Ariſtotelis percenſentur, omnino deſideratur. Nec eadem rurſus adparet apud adcuratiores Philoſophiae Hiſtoriographos, ni fallor, puta *Laërtium*, *Stanlejum*, *Bruckerum* & ſimiles ubi de Phyſica Ariſtotelea ſermonem inſtituunt.

Praeterea, uti recte adnotavit Eymerici commentator *Pegna* in expoſitione laudatae quaeſtionis 4., non videtur Author ſuus errores, quos ibi recitat, ex propriis fontibus, ut ajunt, hauſiſſe, ſed ex aliis libris. Et vero quum ejuſmodi librorum ſcriptores nos lateant, & de eorumdem authoritate nefas eſt judicium ferre.

Eſto demum opinio haec Ariſtoteli jure aſcribatur, ſed illa tamen ad ſenſum Philoſophi reliquos coelorum orbes, minime vero empyreum, beatorum ſedem, quae ipſi ſine dubio in mentem nunquam venit, contingeret. Quocirca neque hac in Proluſione ſedem habere putandus eſt.

Idem, ni fallor, hac ratione duce tenendum de aliis Ethnicorum ſectis, qui coelum perinde animatum dixerunt, e. g. *Sinenſes veteres* ex ominatione *Moshemii*, quam recitavit *Bruckerus* hiſt. Philoſ. t. 5. p. 887. *Eclectici* cum *Plotino* enneade 2. l. 1. c. 4. p. 99. *Aegyptii*, *Pythagorei*, *Platonici*, *Stoici*, & *Judaeorum* plurimi ap. laud. *Brucker.* tom. 2. p. 887. ſq. quem conſulas.

ADNOTATIO.

(**) PRaefatos, & quidem impiiſſimos Errones jam *ſuperius* cumulate dedimus ex Galatino, Luca Brugenſi & Pfeiffero. Ibique inſuper reliquam ferme omnem Judaeorum gentem inter adſertores utcumque beatitatis aeternae recenſuimus.

Dubitare tamen hoc loci quis poſſit de ſenſu, quo Judaicae ſectae hanc in empyreo futuram pro juſtis beatitatem intellexerint. Quippe haud immerito ſuſpicari licet, apud rudiores & carnales homines ejuſmodi beatitudinem in corporis duntaxat voluptatibus (quemadmodum & Mahumedani cenſebant) ſitam eſſe, minime vero in ſpiritali viſione ac fruitione Dei.

Carnaliter ſiquidem ipſi plerumque capiebant quae vel a Prophetis, vel a Chriſto Meſſia de ſuo eodem regno, quod quidem ipſa beatitas aeterna eſt, editſeri audierunt. Ex quo profecto errore illa proceſſiſſe videtur poſtulatio matris filiorum Zebedaei ad Chriſtum Dominum ex *Matth.* 20. 21. „ dic ut „ ſedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram „ tuam & alius ad ſiniſtram in regno tuo „. Quod ſi ſub eo carnali ſenſu de regno Meſſiae dicta Judaei adceperint, Erroribus hujuſce capi-

II. *Majemonides* , cujus veſtigiis haud parva Doctorum Judaiſmi turba inſtitit, haec adſeruit (*p*) „ Atqui vita illa , quae morti non „ erit obnoxia , aevi futuri peculiaris eſt , in quo nullum erit corpus , uti capitis incunctanter adnumerandos eſſe quis ambigat ?

Ceterum , eſto perplures privati rudioris minervae , obeſique naris ex gente homines rem ita imperite definierint ; non autem conſtat reliquum totius gentis in eandem conceſſiſſe ſententiam . Immo contra crediderim tenuiſſe vulgo Judaicas ſectas etiam poſtquam Profetas deſierant : edoctas utique a Magiſtris ingenio & doctrina legis praeſtantiſſimis, qui porro in gente hac numero floruerunt plurimi .

Quemadmodum exemplo ſunt Jeſus Siracides, Ariſtobolus, Hillel ſenior , R. Schammai , Philo , Authores Talmudis , Gomarae, Cabbalae, ac ceterorum ritualium ſynagogae commentariorum antiqui foederis interpretes, Moſes Majemonides , R. Corduerus , R. Jitzchak Lorjenſis ; ut taceam quos quatuor juſtis voluminibus Bibliotheca magna Rabbinica Bartholoccii complectitur , nec raro digna laude commendat .

Licet autem plerique ex iis Doctoribus fabellis ac nugis more ſuo ſanctum de coelo empyreo dogma foedaverint ; quod vero aeterna illa animorum , corporumque gaudia futura ſint innoxia & illibata in conſpectu Domini , fere una omnium vox eſt .

Sic enim author libri *Midras* in illud Pſalmi XI. „ recti videbunt faciem ejus „ inquit „ hi ſunt juſti , de quibus dictum eſt Da„ niel. cap. 12. & intelligentes ſplendebunt „ ſicut ſplendor coeli „ . Sic *Bereshith Rabba* „ viderunt Deum & manducaverunt & bi„ berunt „ ex cap. 24. Exodi interpretatur de divina praeſentia , qua beatorum oculi paſcuntur , eique adcinit *Nachmanides* ubi adſerit „ corpora reſurgentia perinde ſuſtentan„ da , ac Moſis in monte XL. dies , beatifica „ nempe viſione Dei „ .

Sic itidem *Talmudici* in tr. Berachoth cap. 2. haec habent „ in aevo futuro nec eſt „ eſus , nec potus , nec liberorum procreatio „ aut multiplicatio, nec venditio, nec emptio, „ nec invidia , nec odium , nec contentio ; „ ſed juſti ſedent , capitibus ſuis coronatis , „ oblectati ſplendore majeſtatis divinae „ Eademque ferme ingeminant *Majemonides* in tr. Perek Chelek , R. *Saadias Gaon* in lib. fidei c. 8. R. *Abraham Ebn Eſdrae* in Daniel. 12. 2. *Author* libri Coſari ſerm. 3. R *Iſaac Abarbanel* in l. Nachalath Abboth rad. 14. *Jehudah Zabata* in l. Michtaf Techiia c. 6. R. *Meir* in l. Affodat Haccodeſch fol. 54.

Hos pene omnes Hebraeos Rabbinos, pluresque in idem conſentientes congeſſit *Jacob. VVindetus* in diſſ. pererudita de ſtatu vita functor. c. 7 qua ſatis profecit *Jac. Baſnag.* in hiſt. Jud. l. 4. c. 32. ubi de judaico dogmate paradiſi coeleſtis , tum *Brucker.* t. 2. dum de ipſo pertractat dogmate .

In eandem prorſus iverunt ſententiam *Karaei* & *Cabbaliſtae* , uti *ſupra* jure optimo adnotavimus , quibus unum illud ſollemne Cabbaliſtarum effatum ex *VVindeto* ſubnectere juvat . „ Quum anima , inquiunt , com„ prehenderit (*poſt mortem corporis*) quid„ quid poterit comprehendere , & conjun„ cta fuerit animae ſuperiori , exuet indu„ mentum terrenum , & transferetur de loco „ ſuo & conjungetur cum majeſtate divina „ .

Idem denique mihi tenuiſſe videntur qui cum adducendo mox Majemonide crediderunt erronee in aevo futuro animas corporum expertes Angelorum inſtar ſubſtituras .

Quid ? quod ex adlatis Talmudicorum & Cabbaliſtarum documentis pronum eſt intelligere, in ſenſum myſticum referendos eſſe & terrenorum gaudiorum cumulos , quos aeternae vitae adſcribunt Talmudici libri , & terrena de coeleſti beatitate ſymbola , quibus ſua Cabbaliſtae philoſophumena ornarunt .

Maneat itaque , ex hoc , quod paucis diſcutiendum ſuſcepimus , capite Judaeos generatim craſſi erroris minime inſimulandos eſſe .

Quod autem , ut author eſt *Guido* Carmelit. de haereſ. ubi de errorib. Judaeor. c. 7. „ quidam Judaei dixerint , quod poſt reſur„ rectionem erit uſus ciborum & venereo„ rum „ error hic , quem ſignanter Guido dixit „ quorundam Judaeorum „ non „ om„ nium „ aeternam beatitatem non contingit , ſed commentum Millenarii , quod quipiam Judaei amplexi ſunt cum *Majemonide* jam cit. in ſerm de reſurrect. mortuorum parte 2. & R. *Ebn Eſdrae* in cap. 12. Danielis .

(*p*) In praecitato ſerm. de reſurrect. mortuor. par. 2.

„ uti nos opinamur. Et hoc idem pro certo habetur apud omnes ſa-
„ pientum filios, quod nempe in aevo futuro animae corporum ex-
„ pertes Angelorum inſtar erunt „. Et vero non niſi valde inſipien-
tium filii ſint, oportet, qui ſanctorum corporibus coeleſtem beatitatem
abjudicare audent.

III. *Menaſſe ben Iſraël* (*q*) nullum agnoſcit beatorum coelum ſu-
pra hunc mundum viſibilem, immo beatis in ſeculo futuro & in
priſtinum ſtatum reſtituendis terram adſignat in habitationem perpe-
tuam, in qua cibo, potu, conjugio, aliiſque deliciis perfruentur.

Rurſum (*r*) paradiſum terreſtrem tertio die conditum cum em-
pyreo beatorum coelo confundit, & ſeptem ejus habitationes, ſeu pa-
latia, totidemque felicitatis gradus pro iis, qui honeſte, ſancteque
vitam egerunt, conſtituit (*).

Conſulto denique miſſas facimus perplures in hanc rem nugas
judaicas, quibus faſtidium potius, quam proficuam & jucundam eru-
ditionem creare poſſemus Lectori. Eas magna patientia & induſtria
collegit *Andreas Eiſenmengerus* (*s*) quem qui ejuſmodi naeniis delecta-
ris, adeas.

Mahumedani iis merito adnectendi; quippe quorum empyreum
beatorum coelum peraeque ridiculis, immo grandioribus fabulis apud
Alcoranum, & alios ejuſdem gentis Authores deſcriptum proſtat.
Haec illi nugantur qua ſtomacho, qua riſu excipiendi. 1.° Duo ſunt
paradiſi, amoenitate ac voluptate corporis refertiſſimi, quorum ta-
men unus altero praeſtantior eſt . . . 2.° In iis locum habent pii
omnes, etiam Judaei & chriſtiani; tum bruta animantia, puta arie-
tes qui mactantur in Paſchate, una cum ariete Abrahae, equus S. Geor-
gii, aſinus Jeſu Chriſti, Mahumedis camelus, canis ſeptem Dormien-
tium, jumentum Alborach, quod Mahumedi olim equitare conanti
oratione quadam reſtitiſſe confingunt.

Item 3.° Paradiſus ſolis Mahumedanis paratus, tantus erit, quan-

(*q*) In tr. de reſurrect. l. 3. c. 6. 8. 9.
(*r*) In problematis de creatione, probl. 12. ex Zohar & Midras a nehelam.

ADNOTATIO.

(*) ERrorem ſecundo loco poſitum Rabbino adpingit cit. *Voëtius* in diatr. de coelo beator. c. 4. §. 8. Ceterum in dubium vocari poteſt adſignata utriuſque paradiſi confuſio. Siquidem & Cabbaliſtae & Talmudici *Paradiſi* nomine & mundum futurum, & regnum coelorum & regnum Dei vulgo intellexerunt, uti contra Druſium & Grotium adpoſite obſervat cit. *V Vindet.* lect. 7.

Tum vulgaris illa fuit apud Rabbinos paradiſi diviſio in *inferiorem* ſeu terrenum, & *ſuperiorem* ſeu coeleſtem; indeque nota Cabbaliſtarum ſententia „Omnium rerum, „ quae infra ſunt, exemplar ſupra eſt: eſt ita- „ que paradiſus inferior, eſt & paradiſus ſu- „ perior „. Quo quidem facile datur intelligi, doctiores ſaltem Hebraeos, quum agerent de aeterna piorum felicitate, ſub nomine paradiſi terreni coeleſtem myſtice deſignaſſe, nec unum cum altero confudiſſe.

Jam vero iſtorum exemplar quis certo adſerat inſcite neglexiſſe Menaſſen inter Rabbinos perdoctum virum?

(*s*) In Judaiſmo detecto par. 2. cap. 5.

ti ſunt coeli & terra & univerſus orbis ſimul . . . 4.° Ibi crapula & venus, adparatiſſima nempe convivia, pretioſa ornamenta, deliciae omnis generis, quae ſenſum oblectare queant, quin deſideretur conſuetudo cum puellis formoſiſſimis, quae ſingulae ſaltem ſingulis tribuentur. Quid plura? Taedet profecto & pudet ea perſequi. Ea quaerenti dabunt qui impia & inſana Mahumedica dogmata ex Alcorano, aliiſque ejus gentis commentariis fideliter excerpta fuſiore calamo tradunt & convellunt (*t*) (*).

Ex

(*t*) Nimirum *Damaſcen.* haereſi 101. cum notis *Lequienii*, *Euthym.* in panopl. par. 2 tit. 24. *Dionyſ. Carthus.* comment. cont. Alcoranum & ſectam Mahumedicam l. 2. art. 6. & in adjecto dial. art. 10. *Guillelm. Paris.* lib. de legib. c. 19. *Jo. Andreas*, primum Mahumedicus Doctor Alfaquinus, dein ad Chriſtum converſus Granatenſis Canonicus, in confuſione ſeu confutatione ſectae Mahumedicae cap. 9. edit. Valentinae 1515. *Nicol. Cuſanus* in cribrat. Alcorani l. 2. c. 18. *Phil Guadagnolus* in apol. cont. Mahumedicum librum, inſcriptum *Politor ſpeculi*, tract. 2. c. 3. & aliis ſparſim.

Tum *Thyrſ. Gonzalez* in demonſtrat. cont. Mahumedan. l. 2. c. 11. *Richardus*, aliis *Ricoldus* Ord. Praed. in confutat. legis Saracenicae c. 5. *Schicardus* in diſp. de paradiſo Saracenico-Judaico, *Andr. Maurus* in confuſione ſectae Mahumedicae, ubi de ſuo paradiſo, *Voëtius* proxime cit. §. 7. *Nat. Alexand.* ad Sec. VII. diſſ. 6. *Marraccius* in prodromo ad refutat. Alcorani par. 2. c. 4. p. 19. & alias, tum in confutat. ad Suram 2. & alias ſaepe numero.

Recole quae in hanc rem curſim indicavimus *ſupra* in Proluſione de Erroribus in viſionem beatam ſub finem, & confer, ſi vacat, ſuras ibidem citatas, una cum confutationibus Marraccianis.

ADNOTATIONES.

(*) I. RIdent, expaveſcunt, horrent, ira ardent, quos adpellavimus, Authores ubi incidunt in conditiones empyrei Mahumedani mox deſcriptas. Illud vocant impudentiſſimum proſtibulum, & Cherinti paradiſum, ab authore voluptuoſiſſimo inventum; huncque dein ſummae inſimulant libidinis, inſcitiae, ſtoliditatis, amentiae; tum ſuiſmet inſcitiſſime adverſantis placitis, quippe qui alias in Virgine Matre, in Joanne Baptiſta, & in cunctis generatim caſtitatem laudat, concubitum in templis inhibet, poſt ipſum lotionem injungit, praeſertim ante orationem, ob ejus foeditatem, illibatam denique munditiem ceu Deo gratiſsimam, magniſque dignam praemiis non ſemel commendat.

Mahumedem poſtremo, ut cetera adcuſationum capita praeteream, maximae impietatis traducunt; quia nempe adeo vilibus & obſcoenis collatis praemiis meritorum retributorem ac vindicem praeſtat Deum; quum vero addit, Deum O. M. ſuis adſectatoribus quod maximum eſt in paradiſo retribuere, aperte ſentire ac docere videtur, in propudioſis illis officiis ſummam paradiſi felicitatem ſitam eſſe.

Hic itaque Mahomedi ultimus finis hominis in empyreo apud pleroſque noſtrates mox productos, quibus adcinunt, & iidem Mahumedanae ſectae clari Philoſophi *Averrhoes* ubi de fine hominis & *Avicenna* l. 9. de prima philoſ. quibus *Dion. Carthuſ.* in cit. dial. art. 10. p. m. 492. *Algazelem* adjunxit.

Porro e Mahumedanis Doctoribus nonnulli cum *Ahmed* filio Zin Alabedin Perſa Aſphahenſi in cit. Politore ſpeculi ap. laud *Guadagnol.* tr. 2. c. 10. ſect. 9. p. 345. ſq. contendunt Pſeudo-prophetam ſuum in praefata empyrei deſcriptione myſtice per parabolas eſſe loquutum; ad eum modum, quo ex Evangelio de regno coelorum differuit interdum Chriſtus Dominus.

Nec eis patronus deeſt ex grege Proteſtantium, e quibus nempe *Hadrian. Relandus* in l. 2. de relig. Mahumedica §. 17. ulterius progreditur, & ut paradiſum illibatum ac viſione beata feliciſſimum Mahumedi vindicet, pleraque documenta congerit. Principio enim in rem ſuam ad Cardin. *Cuſanum* in cribratione Alcorani p. 87. Lectorem remittit.

Deinde ex *Pocockio* id profert Mahumedis effatum „ Infimo inter paradiſi incolas gradu „ eſt,

Ex Acatholicis

I. *Valentiniani* cum duce *Valentino* docuere, animam duntaxat ho-

„ est, qui hortos suos, uxores, bona, ser-
„ vos, lecticas spatio itineris mille annorum
„ prospiciet, at maximo inter ipsos in hono-
„ re est apud Deum, qui faciem ejus mane
„ & vespere contemplabitur„.

Tum ex testimonio *Herbeloti* in biblioth. orientali, Mahumedani summum collocant bonum in communione Dei, & gaudium coeleste in fruitione luminis faciei divinae, quae ubicumque est paradisum faciat.

Hanc insuper tradit sanctam opinionem, quae legitur in *Synopsi* propositorum sapientiae philosophorum Arabum pag. 75. „ Ani-
„ ma rationalis imbuta illis perfectionibus
„ (sapientia, temperantia, fortitudine &
„ justitia) quum discesserit a corpore . . . ef-
„ ficietur . . . veluti Angelus unus ex Ange-
„ lis maxime propinquis Deo. Secundum
„ multitudinem vero aut paucitatem illarum
„ perfectionum, gradus erunt, quo animae
„ magis vel minus propinquae erunt Deo,
„ qui solus est veritas „.

Ex *Pocockio* itidem in notis miscell. ad portam Mosi, refert tanquam a Mahomede cuipiam testi exceptum, illum in paradiso adsignasse suis Arabibus non modo corpori, sed etiam animo suum gaudium, hoc est „ au-
„ ctarium, videlicet intuitum faciei Dei:
„ quae voluptas omnium erit maxima, &
„ oblivisci faciet reliquas paradisi voluptates,
„ quae pecori libere in pascua dimisso com-
„ munes sunt „.

Addi possent ex compendio religionis Mahumedicae per *Anonymum* ap. *Hottinger.* in hist. orientali l. 2. c. 3. n. 6. p. m. 254. sententia, quae talis est „ Deus laudatus crea-
„ vit paradisum, eumque paravit domicilium
„ aeternitatis amicis suis, quos in eo hono-
„ rat adspectu vultus sui „.

Ex iis vero concludit Relandus, Anti-Mahumedanos scriptores ad unum perperam tradidisse „ Muslimannos non aliam beatitu-
„ dinem in coelo agnoscere nisi usum volup-
„ tatum, quae sensus adficiunt „.

Ceterum quod spectat in primis parabolicum sensum, quo Mahumedes corporeas illas & infandas voluptates proponere intenderit, adeo a vero alienum est, ut nullo possit verisimili argumento sustineri. Nimium quippe pro sensu literali & obvio sunt perspicua impostoris verba, quibus declarat epulas, potationes, sciathos, conviviorum ministros, arctissimam & perpetuam hominum cum puellis consuetudinem.

Author est *Gonzalezius* cit. quod *S. Petrus Paschasius* Martyr, Giennensis Episcopus, Mahumedanorum dogmatum scientissimus, in tractatu, quem ferreis in vinculis constitutus adversus Mahumedicos extaravit, ad pag. 68. n. 86. perscripserit „ Mahumedem
„ unicuique virorum adsignare ex virginibus
„ valde pulcris & decoris quatuor mille, &
„ ex aliis octo mille„. Quis autem hoc & similia veteratoris effata in sensum adlegoricum detorquere prudens ausit? Recole *Guadagnolum* proxime cit.

Quod insuper adtinet patrocinium Relando susceptum, principio *Cusanus*, ad quem nos revocat, in cribrat. Alcorani l. 2. c. 18. sentit cum Avicenna in metaphysica, quod Mahumedes de suo differens paradiso corporalem felicitatem describit, non tamen complete intellectualem; & c. 19. testatur se vehementi rubore suffundi, quum legeret in Alcorano paradisum tot belluinis obscoenitatibus refertum.

Cetera vero documenta, si legitima sint, rem conficere videntur pro Relando. Verum obscura nimium & ignota illa sint, oportet, nec a sectis Mahumedanicis vulgo recepta, ceu dictata a Pseudo-propheta, in cujus verba tanquam sancta & divina jurarunt omnes.

Ea quippe fugerunt perdoctos illos Mahumedanos Averrhoem, Avicennam, Algazelem, Jo. Andream; eos itidem, qui cum Mahumedanis, eorum dogmata discendi & confutandi gratia consuetudinem habuerunt, puta S. Petrum Paschasium ac Thyrsum nostrum; illos demum, quibus eadem de causa Moslemorum interpretes in Alcoranum & cetera ipsorum dogmata satis superque perspecti fuerunt, quales dixeris Guadagnolum & Marraccium. Et vero apud istos in universum de praetensa visione beata Mahumedica altum quidem silentium.

Quid? quod haec apertissime pugnat cum venereis voluptatibus, quibus impostor paradisum replevit, & cum irrationali brutorum animantium natura, quibus ibidem beatitatem concessit. Eccur denique Mahumedes, si in ea fuit sententia, ubi toties ad nauseam in Alcorano de paradiso empyreo

ver-

minis in empyreo beandam fore, minime corpus; cui nempe resurre-

verba fecit, beatam visionem vel ne quidem leviter indicarit?

Ut summum ad testimonia per Relandum ac Hottingerum producta reponi posset, fectas aliquas Mahumedicas, meliora sapientes, oblectamentis venereis procul abjectis, summum paradisi bonum in visione beata constituisse. Tum ea quae proferuntur Pseudo-prophetae verba, ipsi privatim inconsulto & nihil tale cogitanti excidisse, non autem proposita seu dogma vel placitum genti suae religiose credendum, iis simile, quae in Alcorano vulgarat.

Haec nos in patrocinium vulgatissimae nostratum Doctorum censurae hucusque disseruimus. Sed nostra tamen sententia, decantatum hoc de paradiso crapula & venere constante placitum ad calliditatem sui authoris unice referendum est. Versutissimi hominis calliditatem pluribus aperuit cit. *Guadagnol.* tr. 2. c. 10. sect. 3. & 5.

Nimirum tota vita comicum egit impostor, quo arrogantissimae atque inexplebili animi ambitioni indulgeret. Ut ergo rudiores Arabes, ventri, venerique deditos sibi dulcius compararet, arctiusque obstringeret ad fortiter ineunda bella, quibus regnum sibi potentissimum parare moliebatur, ejusmodi paradisum in sensu obvio, literali, rudioribusque auditoribus adcommodato certa fide credendum injunxit, ac identidem promisit: & ea quidem lege, ut tot tantaeque deliciae eos potissimum manerent, qui vel hostem occiderent, vel occiderentur ab hostibus.

Quod autem obtusae mentis hominibus in aeternam ardentis pugnae retributionem sponderet spiritale visionis beatae donum, nihil porro adtineret ad finem suum: quocirca de supercoelesti eo dono altum inter leges Alcorani silentium. Haec tota & adstuta comici machinatio. Quod vero ipse, alias subtilissimi ingenii vir, stultissimam, quam proposuit, rem animo tenuerit, adduci nequeo ut credam. Conf. *Baron.* ad an. 630. n. 4. sqq. & cit. *Gonzalezium* l. 2. c. 11. p. m. 131. §. *Quare.* quo nempe, inquit cit. *Marracc.* ad Suram 40. p. 618. col. 2. sub fin. „ nullus alius hactenus magis erudite, ma„ jorique cum fundamento scripsit in hac „ materia„.

II. Sunt qui Mahumedem adeo iniquum erga feminas criminentur, ut eas a suo abjecerit paradiso; in quo nempe eas duntaxat collocavit pulcerrimas, quae ibidem natae sint, a terrenis omnino dispares. Ita quidem *Hornbekius* in sum. controv. p. 16. *Grelotus* in itinerar. Constantinop. p. 275. *Ricaltius* in descript. Imper. Ottom. l. 11. c. 21. ap. cit. *Reland.* l. 2. §. 18. quibus e nostratibus unus, quem viderim, adcedit cit. *Guadagnol.* tr. 2. c. 5. sect. 3. p. 240. sq. ubi ait „ futurae vi„ tae felicitatem solis viris, nulla habita ra„ tione nec mentione feminarum, per Alco„ ranicam legem promitti „ indeque subinfert ejusmodi legem iniquam esse ac Oligarchicam.

Enim vero merito vindicandus Alcorani author ex suismet verbis, quae jam producimus, Marraccianam versionem sequuti. Sic enim habet *Sura* XIII. commate 25. „ Hor„ ti Eden. Introibunt in eos ipsi (*justi*) & „ qui probus fuerit ex patribus eorum & con„ jugibus eorum & filiis eorum „ &c.

Sic *Sura* XVI. comm. 97. „ Qui fecerit „ rectum, sit masculus, sive femina, & ip„ se fuerit credens, omnino vivificabimus „ eum vita bona (*in paradiso*) & quidem re„ pendemus iis, qui constantes fuerint, mer„ cedem suam pro optimo illius, quod fue„ rint operati „.

Sic *Sura* XL. comm. 41. „ Qui autem „ operatus fuerit bonum, sive masculus, si„ ve femina, & is fuerit fidelis, hujusmodi „ profecto ingredientur paradisum: alentur „ in illo sine supputatione (*hoc est copiosissime*).

Sic *Sura* XLIII. comm. 67. sqq. „ Qui „ crediderunt in signa nostra, & fuerunt „ Moslemi, ingredimini paradisum vos & „ conjuges vestrae, exhilarabimini. Cir„ cumferentur eis paropsides ex auro „ &c.

Sic *Sura* XLVIII. comm. 5. „ Est Deus „ sciens, sapiens. Ut introducat fideles vi„ ros & fideles mulieres in hortos: currunt „ de sub illis flumina, perpetuo commora„ turis in illis, & expiet ab eis mala eorum, „ & erit haec apud Deum felicitas magna„.

Sic *Sura* LVII. comm. 12. „ Die quadam „ videbis fideles viros, ac fideles mulieres: „ discurret lux eorum ante eos & in dextris „ eorum: & dicetur illis, faustum nuncium „ vobis hodie, horti sub quibus currunt flu„ mina, perpetuo commoraturi estis in illis. „ Haec erit felicitas magna„. Haec sui vindex vulgatus Alcorani concinnator Mahumedes.

rectionem in noviſſimo die abjudicarunt (*u*).

Iis jure adnectendi qui corporum reſurrectionem quamlibet averſati ſunt cum *Manichaeis*, & qui cum nonnullis *Socinianis* confinxerunt priſtina corpora penitus everſum iri, eiſque nova ſubſtituenda, quae cum anima reſurgant, ſimulque beentur in empyreo (*x*).

II. *Origenes* (ſi liceat eum dubios ſaltem inter acatholicos connumerare) etheroclitum quidem, multiſque improbatum de Receptaculis ſyſtema commentus videtur ſparſim apud ejus commentarios. Quod & ipſi exprobrarunt ſeveriores adverſarii *Hieronym.* (*y*) ac *Theophil.* Alexandrinus (*z*). Adculatur autem prae ceteris, quod tempus coeleſtis in empyreo beatitatis certis circunſcriptum terminis eſſe voluerit; atque adeo Chriſti regnum aliquando terminandum fore. Tum quod in patria, Joviniano mox adducendo praeludens, inaequales gloriae non agnoverit gradus. Quod denique exſiſtimarit, animos ad culmen perfectionis evectos, ac empyreum incolentes peccati, corporeaeque molis ſordibus expurgatos, poſſe adhuc delinquere: quocirca ſtatim ac in culpam deflexerint, in inferiora delabi & in vincula ſubinde craſſioris corporis compingi. Haec pluribus erui videntur, ut ex aliis commentariis, ex libris de principiis (*a*) (*).

III. *Jo-*

Nihilo ſecius, ſi qua fides *Chardino* in tom. 7. itinerar. p. 59. ap. laud. *Reland.* Mahumedani hodiernis temporibus a ſuo paradiſo feminas arcent; ſed eas tamen, quae in noviſſimo die reſurgent, in certo deliciarum habitaculo, ubi aeternis voluptatibus beentur, collocant, diverſo tamen a paradiſo coelitum.

(*u*) Conf. *Adpendicem* ad Tertull. de praeſcript. c. 49. *Epiphan.* haer. 31. n. 7. & *Philaſtr.* c. 38. quem exſcripſit *Auguſt.* haer. 1.

(*x*) Utramque errantium turbam mox dedimus in Proluſione de Erronibus in reſurrectionem.

(*y*) Epiſt. ad Avitum olim 59.

(*z*) In paſchali 1. & 2. ſparſim.

(*a*) Praeſertim ex l. 1. c. 6. l. 2. c. 3. libr. 3. c. 1.

ADNOTATIO.

(*) NEquit in dubium verti, ſi perſpecti habeantur Adamantii commentarii, eum in hoc confingendo ſyſtemate caecutiiſſe plurimum.

Nihilo ſecius quoad theſim de regno Chriſti aliquando deſituro ſuum Originem a criminatione Theophili ardentiſſime vindicat *Halloix.* in Orig. defenſo l. 4. quaeſt. 6. p. m. 316. ſqq. Reliqua vero capita *Huet.* in Origenian. l. 2. q. 11. §. 9. ſqq. ita plerumque emollire, ac temperare ſtudet, ut multo minus quam cenſere quis poſſit, & par eſſet, ac deceret virum pietate, ingenio, doctrina praeſtantiſſimum, erraſſe authorem ſubindicare conetur. Utrumque vindicem, ſi lubet, conferas cum laudatis Hieronymo ac Theophilo.

Sed & idem Adamantius contra ejuſmodi adverſariorum adſultus ſibi praeſidio eſt ubi Lectorum animos in l. 1. de princip. c. 6. n. 1. ita praemunit „ Quae quidem a nobis etiam „ cum magno metu & cautela dicuntur, diſ„ cutientibus magis & pertractantibus, quam „ pro certo ac definito ſtatuentibus. Indica„ tum namque a nobis in ſuperioribus eſt, „ de quibus manifeſto dogmate determinan„ dum ſit, quod & pro viribus nos feciſſe „ puto quum de Trinitate (alias *determinate*) „ loqueremur. Nunc autem diſputandi ſpe„ cie magis, quam definiendi, prout poſ„ ſumus, exſercemur „.

Caput inſuper & 4. ejus numerum ſic abſolvit „ Certius tamen & qualiter ſe habi„ tura ſit res, ſcit ſolus Deus & ſi qui ejus „ per Chriſtum & Spiritum Sanctum ami„ ſunt „ Haud abſimiliter de ſuis in re pero-

ſcu-

III. *Jovinianus* Monachus Mediolanenſis ſub an. circ. 382. docuit in empyrei gloria Beatos omnes pares eſſe, ac nullum ibi fore praemiorum diſcrimen; quod nempe, ajebat, nulla ſit in hoc ſeculo meritorum diſparitas. Eadem errantis Pſeudo-monachi verba e ſuis met ſcriptis recitat, ac ſtrenue convellit ejus antagoniſta *Hieronymus* (*b*). Nec errorem ſubticuit *Auguſtinus* (*c*).

Cum Joviniano conſentit e grege Proteſtantium *Georg. Major*, ſic loquutus (*d*) „ Quod ad principale & ad ſummum & ad ultimum bonum & praemium adtinet, nihilo plus adcipit Moyſes, Elias, Paulus, Baptiſta, & ceteri praeſtantiſſimi viri, quam adcipit Zachaeus, „ mulier peccatrix, Lazarus & alii. Nihilo plus adcipit Petrus & „ Apoſtoli alii deſerentes ſuas facultates, quam alii eas retinentes & „ ſequentes Chriſtum „ &c.

Tum *Jo. Spangenbergius*, quippe qui (*e*) „ in regno coelorum „ nullam praerogativam relinquit, ſed omnes beatos efficit aequales, „ & eadem illis praemia, privilegiaque largitur, quoniam gratuito „ ex miſericordia Dei per fidem adprehenſa aequaliter omnes beantur „. *Vermilius* itidem *Schonfeldius* ac *Verderius*, quibus eadem omnino ſententia propugnata eſt (*f*) (*).

IV. *Meſ-*

ſcura effatis differit in l. 3. de princ. c. 6. n. 9. ſub fin. Quem denique in ſenſum in eodem comment. l. 4. c. vulgo 2. n. 23. de coelo ſpeciatim inquit, ſeu de regno coelorum ſimile nobis exhiberi theſauro abſcondito in agro ex *Matth.* 13. 44.

Quod ſi praefati ſyſtematis poſitiones non adſerendo, ſed dubitando, vel rem diſcutiendi gratia literis mandarit Adamantius, quis eum ſimpliciter erraſſe jure cenſeat?

(*b*) Lib. 2. adverſ. Jovinian. n. 18. ſqq.

(*c*) Haereſi 82.

(*d*) Ap. *Coccium* in theſau. t. 2. l. 10. art. 9. p. 1155.

(*e*) Ap. cit. *Coccium*.

(*f*) Ap. *Conr. Dannhaverum* in diſput. de gradibus futurae gloriae in prooem. ſub fin. Exſtat ap. cit. faſciculum a p. 367.

ADNOTATIO.

(*) SAne cuiquam videri poſſit, iis jure ſubnectendos eſſe pleroſque omnes univerſim ex ſcholis Proteſtantium, qui bonis operibus rationem proprii ad gloriam meriti pro virili abjudicant. Si enim dona gloriae, bonis & inaequalibus anteactae vitae operibus neglectis, ex una Creatoris munificentia prorſus pendeant, nulla porro elucet ratio, ob quam inaequalitas adceptae gloriae in quibuſque beatis decerni poſſit, non autem aequalitas omnimoda, ne perſonarum adceptorem dicamus Deum. Id quod ſubindicaſſe vidimus *Spangenbergium* mox adlatum.

Nihilo tamen ſecius inaequalitatem gloriae in beatis vulgo tuentur *Reformati* ap. & cum cit. *Dannhavero* p. 373. duce *Calvino*, qui l. 3. inſt. c. 25 ſect. 10. ſic differit „ Quod „ Scripturae docent, ab omni controverſia „ exemtum apud nos eſſe debet: nempe ſi„ cuti varie Deus ſua dona ſanctis in hoc „ mundo diſtribuens eos inaequaliter irra„ diat, ita non fore aequalem gloriae mo„ dum in coelis, ubi dona ſua coronabit „ Deus „ quod reliqua tota lectione pluribus illuſtrat.

Eidem nuperrime adhaeret dogmati *Stackouſius* in theol. t. 4. ubi de coelo ſect. 1. §. 2. p. 690. ſqq. cum *Smalridgio*, *Bullo*, *Stanhopio*, aliiſque Britannis Theologis. Ipſique pridem ſuum eccleſiae Reformatae ſenſum explicans, detulerat calculum, & idem (ſuſpicor) Britannus, *Ludov. Leblanc*, eximiae moderationis ac modeſtiae vir, in theſib. theologicis p. m. 583. ſqq. ſequutus nempe & amplexus *Davenantium* ſuum p. 569. §. 33. & *Confeſſionem Wittembergicam* p. 571. §. 43.

Vi-

IV. *Meſſaliani*, fortaſſe *Syri*, ſub an. circ. 570. aeterna operum bonorum praemia, ſicut & malorum ſupplicia repudiabant (*).

V. *Michaël Balbus Amoraeus* Imperator Graecorum ſub an. circ. 820. propalam effutiebat, doctrinam de bonis aeternis vanam eſſe (g). Sed hunc tamen impium una cum *David-Georgianis*, *Libertinis*, aliiſque hujus furfuris ſceleſtiſſimis hominibus, id ipſum pervicaciter ſentientibus, ad foeces potius Sadocaeorum, Atheorumque relegandos jubemus.

VI. *Almaricani* alias producti decreverunt, contemplantis, ſeu beati hominis mentem ſuum eſſe deperdere in proprio genere, & in illud reale eſſe redire, quod habuit in mente divina (**).

VII. *Anonymi Pariſienſes* an. circ. 1230. docebant, quod nec beatae

Videlicet apud Authores iſtos corona coeleſtis „ licet non propter, ſecundum tamen bona electorum opera „ confertur a Deo, ut ait cit. proxime *Dannhaverus*; in ea quippe collatione, ſaltem ex quadam decentia reſpicit Deus factorum operum rectitudinem, in qua idem, qui undequaque bonus & rectus eſt, magnopere complacet.

Ac „ inde eſt (pergit cit. *Leblanc* p. 585. §. 16.) quod Scriptura dicit, Deum reddere ſingulis tam bonis quam malis κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν, ſecundum opera ipſorum, id eſt prout eorum operibus congruit & conſentaneum eſt. Etenim conveniens eſt, & „ omnino divinam ſapientiam decet ut bonis „ bene ſit, ſicut malis male „ Ex diſparitate igitur inter bona opera electorum, inaequalitatem iſtorum in beata fruitione recte ſubinferunt.

Quomodo vero haec ſibi conſtent, non admiſſa in bonis electorum operibus ratione veri ac proprii ad beatitatem meriti, Polemicis noſtratibus diſcutiendum relinquimus. Nobis autem, ne cum illis heic contendamus, ſatis eſt quod eos in ſancto dogmate de inaequalitate beatitatis in electis utcumque ſocios habeamus.

ADNOTATIO.

(*) POrro *Damaſcenus* in libello de haereſ. ubi de Meſſalianis hoc eis deliramentum non imputat. Et vero *Syri Neſtoriani* in pſeudo-ſynodo Ezechielis eorum Patriarchae, Mudainae ſeu Seleuciae habita an. Choſroae Anuſcervani 45. Chriſti 577. menſe Februario, canonem primum condiderunt „ adverſus Meſſalianos, qui Euchariſtiam, jejunium, & pſalmodiam contemnebant, fornicationem licitam eſſe ajebant, „ praemia denique bonorum operum, poenaſque ſcelerum negabant „.

Haec delibavimus ex *Sim. Aſſemano* bibl. or. t. 3. par. 2. in diſſ. de Syris Neſtor. cap. 6. §. 2. n. 9. p. 183.

(g) Ap. *Coccium* proxime cit. ex *Zonara* in hoc Michaële.

ADNOTATIO.

(**) HAec nos monuit *Prateolus* in Almarico, citato *Gerſonio* tr. 3. ſuper cantic. *Magnificat*. Hoc vero documentum apud laudatum Gerſonem nobis reperire non licuit, aut in veteri ejus operum editione Pariſienſi de an. 1514. 12. April., aut in noviſſima etiam Pariſienſi, a Dupinio procurata ad tom. IV. ubi habetur tractatus ille 3.

Quod ſi praefata ineptia Almaricanis reapſe decreta ſit, ſibi ipſi non conſtant, quum alias (ſi fides tralaticiis quibuslibet Haereſeologis. e quibus id exceptum retulit *Spondan.* in contin. Baron. ad an 1204. n. 17.) coeleſtem quemlibet paradiſum abnuerint, definientes nimirum, eum qui Dei cognitione praeditus ſit, in ſe quoque paradiſo frui, ex eodem *Prateolo* in errore 3. Almarici. Aut fortaſſe Novatores illi, infanda Almarici proles, intelligendi ſunt loquuti de beatis, qui ejuſmodi eſſent in terris per contemplationem, minime vero in coelis poſt hoc ſeculum.

tae electorum animae, nec corpora (quin corpus Virginis Matris exciperent) erunt olim in empyreo coelo cum Angelis, ſed in coelo aqueo, ſeu chriſtallino, quod ſuper firmamentum eminet. Stultiſſimum errorem, qui inter alios ordine ſeptimus eſt, Guilielmus Pariſienſis Epiſcopus in conſeſſu Magiſtrorum proſcripſit (*h*).

VIII. *Beguini* tenuerunt, nihil aliud coelum eſſe, quam propriam voluntatem facere (*).

IX. *Anonymi*, fortaſſe Britanni, ſub an. circ. 1366. per Cantuarienſem dioeceſim haec diſſeminarunt anti-dogmata. 1.° Quilibet viator tam adultus quam non adultus, Sarazenus, Judaeus & Paganus, etiam in utero materno defunctus, habebit claram viſionem Dei ante mortem ſuam; qua viſione manente, habebit electionem liberam convertendi ſe ad Deum, vel divertendi ſe ab eo: & ſi pro tunc elegerit converti ad Deum, ſalvabitur, ſin autem damnabitur (*i*). Ajebant 2.° „Quod Chriſti beata mater Maria & omnes homines beati adhuc veraciter ſunt mortales, ſi intelligatur de lege ordinata„ (*k*) . . . 3.° „Quod Virgo beata eſt adhuc peccabilis & damnabilis pro peccato, ſi intelligatur quod ipſa beata Virgo non ſit facta impeccabilis, & etiam indamnabilis per ejuſdem gratiam confirmationis finalis beatitudinis ordinata„ (*l*) . . . 4.° Quod omnes beati tam Angeli quam homines, excepto Chriſto, ſunt peccabiles & damnabiles, ſi intelligatur ut proximus praecedens„ (*m*) . . . 5.° „Quod beati ſunt mortales & immortales (*n*)„.

Haec autem placita inter alia anathemate profligavit Simon Langham Archiep. Cantuarienſis, & ſub hoc tenore proſcripſit „Iſtos itaque praemiſſos triginta articulos de congregato concilio tam Doctorum ſacrae paginae, quam aliorum prudentium virorum, prout quidam expreſſe ponuntur, & alii modificantur, damnamus & reprobamus, & tanquam erroneos judicamus. Dat. apud Lamheth „quin-

(*h*) Conf. *D'Argentr.* t. 1. in collect. errorum in Anglia & Pariſius condemnatorum cap. 4. p. m. 186.

ADNOTATIO.

(*) SED hic tamen ineptiſſimus error, qui a nonnemine Beguinorum ſectae univerſim adpingitur, unius fuit ex eodem nefando coetu adſectatoris, prout illum refert *Alvarus Pelagius* de planctu Eccleſiae tit 2. c. 52. §. *Quod vero*. Nec is quidem inter ceteros Beguinorum errores a Conc. Viennenſi proſcriptos & Haereſeologis vulgo recenſitos adparet uſpiam.

Porro alios admiſerunt Beguini errores nonnihil empyrei, quo de agimus, dogma concernentes; de iis vero ſatis jam dictum *ſupra* in Proluſione de Erronibus in viſionem beatam.

(*i*) Eſt error ex damnatis ordine 1. (*k*) Error XXIV.
(*l*) Error XXV. (*m*) Error XXVI. (*n*) Error XXX.

„ quinto idus Novembris anno Domini MCCCLXVIII. & noſtrae tranſ-
„ lationis tertio (*o*) (*) „ .

X. *Zwinglius* celebrium Ethnicorum domicilium empyreum fecit ubi in praefatione ad libellum Franciſco I. Francorum Regi nuncupatum, ſic Regem adloquitur „ Sperandum eſt tibi, o piiſſime
„ Rex, te viſurum eſſe ſanctorum, prudentium, fidelium, conſtan-
„ tium, fortium, virtuoſorum omnium, quicumque a condito mun-
„ do fuerunt, ſodalitatem, coetum & contubernium. Heic Adam re-
„ demtum & Redemtorem. Heic Abelum . . . Deiparam Virginem . . .
„ Baptiſtam, Petrum, Paullum. Heic *Herculem*, *Theſeum*, *Socratem*,
„ *Ariſtidem*, *Antigonum*, *Numam*, *Camillum*, *Catones*, *Scipiones* (*p*) „ .

Hunc Archipatriarchae ſui Ethniciſmum (Pergit idem *Waltherus*) adprobarunt, diſertiſque verbis defendere conati ſunt *Zwingliani Tigurini*, qui quinquennio poſt Authoris obitum evulgarunt libellum, una cum *Henr. Bullingero*, qui libello praefatiunculam adjecit. Quibus adde *Rudolphum Gualterum*, qui in ſua pro Zvvinglio apologia, ſeu apologetica praefatione praefatam Ethnicorum beatitatem fuſius defendendam ſuſcepit (*q*).

Quin etiam adſignatis Zvvinglio beatis ethnicis plerique nonnullis Proteſtantibus adnumerantur e. c. vulgatus *Mercurius Triſme-*

(*o*) Haec *VVilkinſius* in Conciliis magnae Britann. & Hibern. t. 3. ad eum an. pag. 75. ſq.

ADNOTATIO.

(*) CONtroverti fortaſſe poſſet, num praefati omnes articuli, primo excepto, ab erroris nota vindicari congruenter valeant? certum quippe in primis eſt, B. Virginem, ceteroſque omnino homines ſuapte natura, ſeorſim ab omni dono ſuperno, mortales eſſe, ſeu morti obnoxios, quod ſubinferre licet ex dictis *ſupra* Tom. III. p. 154. n. 199. ſqq. Nuſquam itaque Virgo Parens & reliqui homines non ſunt mortales.

Tum eos omnes, itemque Angelos creatos eſſe natura ſua peccabiles, atque adeo damnabiles: immo vulgo tenent Theologi, creaturam ex ſeſe impeccabilem reputandam eſſe chimaeram, quae produci omnino nequeat. Nunquam ergo non ſunt ex ſeſe peccato & damnationi obnoxii. Quis enim hucuſque ſomniaverit, naturas rerum aliquando mutatum iri?

Deinde in confeſſo eſt apud omnes, ſanctam Virginem, Angelos, & coelicolas reliquos vi antecedentis doni perſeverantiae finalis, aut potius ſubſequuti doni beatitudinis nec peccare ulterius, nec mori, nec damnari poſſe. Sunt igitur vi ſuperni ejus doni immortales, impeccabiles, indamnabiles qui etiamnum natura ſua peccare valent, mori atque damnari.

Quod autem ſub expoſito ſenſu Theologaſtri Errones illi praefatos articulos decreverint, plane colligi videtur ex adjectis eis conditionibus „ ſi intelligatur de lege ordinata „ necnon „ ſi intelligatur quod ipſa beata Virgo non ſit facta impeccabilis & etiam in-
„ damnabilis per ejuſdem gratiam confirma-
„ tionis finalis beatitudinis ordinate „ item
„ ſi intelligatur ut proximus praecedens „ .

Ergo ne omni carent macula iidem articuli ad ſenſum adſertorum? Sed hanc tamen rem doctiores nobis viri definierint.

(*p*) Haec recitat ex Proteſtantium grege *Michael VValtherus* in diſſ. de praetenſa Ethnicorum ſalute aeterna quoad infantes & adultos p. m. 1095. ap. faſciculum ſaepe laud.

(*q*) Conf. ejus. *VValther.* p. 1096. ſqq.

giſtus, *Plato*, *Ariſtoteles*, *Photion*, *Fabritius*, *Xenophon*, *T. Cicero*, *L. Annaeus Seneca* (r) (*).

XI. *Jo. Brentius* Semi-lutheranus, Ubiquetariorum parens ſub an. circ. 1540., ut ſeſe expediret ab argumento, quo evincitur e ſacris literis realis adſcenſus Chriſti corporis ad ſummum coelum, quod empyreum adpellamus, commentus eſt ejuſmodi materiale coelum eſſe fictitium; quum nempe illud incorporeum ſit & ſpiritale, nec locis, nec locorum ſpatiis aut intervallis, ſed majeſtate Dei definitum (s). Commentum iſtud Brentii Achates *Schmidelinus*, & reliquus Ubiquiſtarum grex ceu catholicum dogma oſculati ſunt, & ambabus ulnis amplexi (**). Ex

(r) De iis ſuſius idem *VValther*, a p. 1114. ad finem uſque diſſertationis.

ADNOTATIO.

(*) POrro ejuſmodi de coeleſti beatitate praefatorum Gentilium placitum, ceu perridiculum ſomnium, ac errorem omnino exſecrandum acerbiſſime confutarunt ex eiſdem Proteſtantium ſcholis *Oecolampadius*, *Beza*, *Buzerus*, *Mylius* ap. & cum cit. *VValth.* a p. 1112., quidquid *Pareus* & alii aut interpretationibus, aut vindiciis Zvvinglium defendere curaverint. Quoniam, inquiunt illi, ethnicis praedicatione ac omni in Chriſtum fide privatis nulla potuit ſalus obtingere.

Nihilo tamen ſecius *Juſtinum* audio in apol. 1. n. 46. ſic loquentem „ Qui cum ratione vixerunt, chriſtiani, etiamſi Athei „ aeſtimati, ſunt: quales inter Graecos „ fuere Socrates, Heraclitus ... ac multi „ alii, quorum actionibus ac nominibus re„ cenſendis, quia longum id eſſe ſcimus, „ nunc ſuperſedemus „.

Ubi ejus Apologiſta *Halloixius* in vitis & docum. ſcripror. Orient. Eccl. II. Seculi ubi de Juſtino c. 28. quaeſt. de Socrate a p. m. 333. prolixa diſſ. defendit quod S. Martyr pluries & pluribus ſatis probabiliter docuerit, ea Socratem philoſophum de Deo & Chriſto fide imbutum fuiſſe, ut ejus ſperari ſalus poſſit.

Tum *Ariſtobulum* lego, haec pro Platone ajentem ap. *Clement.* Al. l. 1. ſtrom. „ Plato ipſe quoque Reipubl. noſtrae leges „ & inſtituta ſectatus eſt, a quo partes eo„ rum ſingulas curioſe ac diligenter inſpectas „ & excuſsas eſſe conſtat „ Idemque ingeminat, Clemente laudato & exſcripto, *Euſeb.* praep. ev. l. 9. c. 6. Plura de Theologia Platonis quodammodo chriſtiana *Auguſtinus* de civ. l. 8. c. 5. ſqq.

Alii deinceps perlegi poſſunt Patres, qui ſtant pro ſalute adductorum Socratis & Platonis, aliorumque infidelium peculiariter. Vide ſis *Clem. Alexandr.* l. 2. & 6. ſtrom. & *Abulenſ.* ap. quem in paradoxo 5. c. 132. fol. verſo 108. Socrates, Plato, Ariſtoteles e limbo Patrum a Chriſto Domino educti ſunt & in coelum convolarunt.

Ceterum opinamenta haec etheroclita a vulgatiſſimo Sapientum placito enormiter aberrare quis non videat?

(s) Haec *Brentius* in recognitione doctrinae ſuae de majeſtate Chriſti ap. *Gregor. de Valent.* in controverſia ubiquetaria l. 2. c. 6. §. *Hic.* ac rurſum l. 4. c. 1. §. *Atque*.

ADNOTATIO.

(**) ET haec quidem Brentiani, ut expeditius propugnent Chriſtum Dominum ubique eſſe, quum ubique ſit coelum empyreum una cum praeſentiſſima ſummi Dei majeſtate.

Enim vero in ſenſu ſaniore loquuti plerique orthodoxorum ſapientum tenuerunt empyreum non eſſe quid corporeum, ſed ſpiritale. Sic enim *Honorius Auguſtodun.* fato functus 1124. l. 1. de imagine mundi c. 139. ap. Biblioth. PP. Lugd. t. 20. Sic *Anonymus* in tract. ſub eodem titulo l. 1. c. 28. qui Anſelmo, & aliis adſcribitur ap. *Gerberonium* in edit. oper. S. Anſelmi, in cenſura librorum de origine mundi, operibus praefixa.

Sic itidem alii *Anonymi*, quos ſuppreſſo nomine laudavit *Ant. Agellius* in Pl. 148. 4. Sic demum *Sanctesius* jamjam adpellandus.

Ex Doctoribus Orthodoxis

I. *Thomas de Vio Cajetanus*, Ord. Praed. E. R. Cardinalis, vir pietate, acumine ingenii & doctrina conſpicuus, qui mortem obiit 1534., in expoſitione 2. Cor. 12. 2. aſſeruit, quod Paullus ubi refert, ſe uſque ad tertium coelum raptum fuiſſe, per tertium intellexerit ſummum, in quo eſt ſedes beatorum, quodque idem Cajetanus coelum aqueum adpellat, & Philoſophi apud ipſum primum mobile: ſubditque, *Empyreum ſi quidem coelum, a poſterioribus traditum, nullibi inuenitur in Scriptura* (*).

Y y 2 II. *Au-*

ADNOTATIO.

(*) HEinc Scriptores eccleſiaſtici cum Poſitivi, tum Scholaſtici adverſus Cajetanum quaſi haeretice, vel ſaltem temere loquutum facto agmine inſurrexerunt, cum *Ambroſio Catharino*, Dominicano, & Cajetani rivali in Geneſ. c. 1. 1., tum in opuſc. de bonorum praemio, & *Gabr. Henao* in empyreolog. l. 1. exſercit. 2. ſec. 8. a n. 103. Ei ſiquidem intolerando crimini vertunt, quod ſub ea aſſertione empyreum evertat coelum, illud volens aqueum, quod tamen tale exſiſtere fide certum eſt apud plurimos cum *Araujo* l. 10 metaph. q. 3. ar. 4. n. 54 *Vera Cruce* in Phyſic. l. de ſpeculat. concl. 4.; tum *Empyrei* nomen, jam a tempore *Severini Boëthii* de Scholarium diſciplina cap. 3. eccleſiaſticis Doctoribus conſecratum, faſtidiat atque repudiet.

Jam vero ſapientiſſimus *Siurius* in comment. de noviſſim. tr. 26. c. 1. n. 5. Cajetani patrocinium ſuſcepturus, minime ei concedit, heic a Theologis ceteris re non diſſidere, tametſi adfirmet, locum beatis deſtinatum eſſe ſummum & ſupremum coelum, quoniam hoc ipſum aqueum vult, ac primum mobile; ſed ex eo duntaxat Cardinalem excuſat, quod mentem ſuam (quam ſine dubitatione erroneam ſupponit) conſerit in ſummae D. Thomae commentariis 1. p q. 66. art. 3. & 3. p. q. 57. art. 5. ubi cum S. Doctore coelum empyreum omnium ſupremum ponit exponitque.

Ceterum mea opinione, nec Siurius recta via Cajetanum defendendum adgreditur, nec ipſe, nec reliqui ipſum erroris aut temeritatis jure quidem optimo inſimulare pergunt. Siquidem primo omnium loco male defendit Siurius; quoniam teſte *Echardo* de ſcript. Ord. Praed. ad an. 1508. in Cajetano, Cardinalis noſter commentaria omnia in S. Thomam abſolvit Romae an. 1522. 10. Mart. Epiſtolas vero Paulli, & ſeptem alias canonicas Cajetae an. 1529. 16. Aug. Quamobrem potius ac verius dicendus eſt per id quod de empyreo poſterius conſcripſit in commentario ad Paullinam Epiſtolam, correxiſſe aut revocaſſe quod prius ſenſerat & ſcripſerat in ſummam Thomaſianam, quam e converſo.

Nec melius deinde ipſum falſum aut certo Erronem ſupponit, quia nondum certo exploratum eſt, quod ſummum coelum nec aqueum ſit, nec aliqua ratione, ſeu metaphora dici poſſit, quemadmodum & primum mobile; quod tamen ultimum ex ſola Philoſophorum ſententia retulit Cajetanus, conſtanter ubique adſeverans, ſummum coelum, quacumque illud materia conſtet, eſſe beatorum ſedem.

Ex iis plane injuria idem traducitur ab Authoribus, qui eum empyreum quoad rem & nomen evertere conclamarunt. Porro quoad rem non evertit, qui ſummum coelum beatorum gaudiis paratum eſſe poſuit; nec quoad nomen, qui nude adſeruit, empyrei coeli nomen nullibi in ſcriptura reperiri; id quod ſub aliis vocibus expreſſit Angelicus *Thomas*, inquiens nempe, quod *coelum Empyreum non inuenitur propoſitum niſi per authoritates Baſilii, Strabi & Bedae*, 1. p q. 66. art. 3. o. Ergone Cajetano nefas eſt proferre quod certum eſt, ac Thomae licuit, quin ſubinde cuiquam offenſioni ſit Thomas?

Illorum demum opinio, quae definit, fide certum eſſe coelum empyreum exſiſtere, mihi vel impertinens eſt, vel aperte falſa. Nam ſi id intelligat de ſuprema Beatorum ſede, quae vulgo coelum empyreum adpellatur, hoc nec Cajetano, nec ulli catholicorum in dubium vertitur, nec eo loci diſceptatur; ſi vero intendat eſſe dogma fidei, quod illud coelum hac vel illla materie conſtet, hoc aut illo loco ſitum ſit, his, vel illis phyſicis do-

II. *Auguſtinus Steuchus* Eugubinus, ſive Iguinus, quae ejus patria eſt in Umbria, Canonicus Regularis S. Auguſtini, Kiſami Epiſcopus, Sedis Apoſtolicae Bibliothecarius, Tridentinae Synodi Pater, qui fl. 1545., vir alioqui pietate, eruditione ac doctrina ſpectatiſſimus, contendit haud eſſe ſtatuendum corpus aliquod, aut locum quemdam corporeum, in quo Angeli & homines beati habitent, ſed vulgati empyrei loco admittendam eſſe lucem illam increatam a Divinitate emicantem, noſtrae beatitatis & gloriae fontem, intra quam commorantur Angeli & homines ſupra mundum exſiſtentes in ſe ipſis, ſicut mundum non in alio corpore, ſed in ſe ipſo exſiſtit: quocirca empyreum coelum a ſacra Theologia admiſſum, non aliud eſſe arbitratur, quam aeternam & increatam Divinitatis lucem, quae coeleſtes incolas beat. (*t*) Et quidem Clariſſ. V. *Claudius de Sainctes* vulgo Sanctesius, qui vitam ducebat an. 1576., in Normanniae Provincia Ebroicenſis Epiſcopus, eam ſententiam tanquam ſolidam coopravit, defenditque (*u*) quibus e Proteſtantibus adcedunt re *Conrad. Vorſtius* (*x*) ac virtute alii, quos tradit & perſtringit jam citatus *Voëtius* (*y*) (*). Dein-

doribus ornetur, nulla plane eſt, nec forſan in terris erit de his revelatio & eccleſiaſtica definitio. Idcirco ſapientiores, prudentioreſque Theologi eam ſub ſecundo ſenſu expoſitam opinionem merito rejiciunt cum *Valentia* in 1. p. d. 4. q. 12. punc. 3.

Igitur quum error Cajetano adfictus valde dubius ſit, ac in dubio nullus jure reus damnetur, ideo heic inter Errones minime recenſendus.

(*t*) Ita in Coſmopoeja in c. 1. Geneſ. n. 1. §. *Proponit*.

(*u*) De rebus Euchariſtiae controverſis, repetitione ſeu lib. 4. fol. m. 153.

(*x*) In antapodixi adverſus Jeſuitas Monaſterienſes p. 127.

(*y*) In diatr. de coelo beat. cap. 2. a p. m. 888. ap. faſcicu. alias advocatum.

ADNOTATIO.

(*) HOC plane opinamentum noſtrates praeprimis Theologi communi adſenſu rejiciunt. Sed prae ceteris *Benedictus Pererius* in comment. in Geneſ. l. 1. in Geneſ. 1. 1. acerbius in Eugubinum ceu perridiculum, immo haereticum paradoxon conſcribentem invehitur. At, me judice, ipſe egregie hallucinatur, ubi ſupponit & fert, Eugubinum conſtituiſſe empyreum in re aliqua increata, & Deo coaeterna. Id plane haereticum eſſet, eoque poſito, Eugubinus haereticus argumentis Pererii convinceretur.

Verum *ex coaeterna* nunquam Eugubini calamo excidit. Haec ejus verba, *eſt enim coelum empyreum claritas divina, quam ſemper fuiſſe cum Deo neceſſe eſt, ad quam claritatem admiſit Angelos incredibili humanitate ſua & homines pios.*

Eandem cum Pererio hallucinationem paſſus eſt *Anton. Poſſevinus* in adpar. ſacr. in Auguſtino Steucho Eugub. ubi Eugubinum citat adſerentem, *quod coelum empyreum non eſſet creatum, ſed coeternum Deo*: ſiquidem ipſum *aeternum* dixit non ſemel, at nunquam *Deo coaeternum*.

Quid jam vero de expoſita Eugubini ſententia? Idem in primis Author, dum eam adſereret, quaſi ipſe ſibi timens, ita proteſtatus eſt: *dico ut mihi videtur; ſi fallor, errorem non defendo*. Dixerit deinde fortaſſe quiſpiam, eam ipſum, ac laudatum deinceps Sanctesium monentis ſat probabilibus communiviſſe, ac pluribus communiri poſſe. Dixerit praeterea alius, eam tametſi Patrum Doctorumque torrenti adverſam, nulli definito fidei dogmati repugnare.

Ceterum quum Romae & Hiſpaniae Inquiſitorum juſſu illa ab Eugubiniana Coſmopoeia jamdiu expuncta fuerit, haud aliud nobis faciundum ſupereſt, quam ſacro eorum judicio noſtrum ſubmittere.

Deinde circa Limbum Patrum, quem vulgo ſinum Abrahae appellarunt,

I. *Gerardus Ruffus* e ſecta, reor, Oecolampadii, dubitare videtur penitus de hoc Limbo, de quo nempe nihil meminerit in Scripturis legiſſe: quocirca ſuum hac de re poſtulat ab Oecolampadio judicium (*).

II. *Jo. Calvinus* haec habet (z) „ Neſcio qui factum ſit, ut poſteritas locum putaret eſſe ſubterraneum, cui adfinxit nomen Limbi. Sed haec fabula tametſi magnos authores habet, & hodie quoque a multis ſerio pro veritate defenditur, nihil tamen quam fabula eſt. Nam concludere in carcere mortuorum animas puerile eſt: Chriſti autem animam illuc deſcendere ut eas manumitteret, quid opus fuit „ ?

At ſtatim ſui immemor pergit proxime „ Libenter equidem fateor, Chriſtum ipſis illuxiſſe virtute ſui ſpiritus, ut gratiam, quam ſpe guſtaverant duntaxat, mundo fuiſſe exhibitam agnoſcerent. Et probabili ratione huc aptari poteſt Petri locus, ubi dicit *Chriſtum veniſſe, ac praedicaſſe ſpiritibus, qui in ſpelunca erant* (*carcerem* vertunt communiter) nam & contextus eo nos ducit, fideles, qui ante id tempus defuncti fuerant, conſortes fuiſſe ejuſdem nobiſcum gratiae, quia vim mortis inde amplificat, quod ad mortuos uſque penetraverit, dum piae animae ejus viſitationis, quam ſollicite exſpectaverant, praeſenti adſpectu ſunt potitae „. Totidem ille verbis quod inſcite ac pueriliter abnuerat, revocavit.

Rurſum ſecum pugnans adſeruit (a) juſtorum animas ante mortem Chriſti Domini fuiſſe in coelo, quantumvis nec Deum viderint, nec ſint viſurae uſque ad noviſſimum diem. Eique ſuffragium tulit *Beza* (b). Sed Calvino tamen in ea opinatione praeluſerant Graecorum plurimi cum *Euthymio* in Joan. 14. 3. ac *Theophyl.* in *Luc.* 23. (c).

III. *Proteſtantes* apud & cum *Sebaſtiano Niemanno* (d) & *Mich. Siricio* (e), Limbo Patrum nominatim rejecto ceu commentitio, duo tan-

ADNOTATIO.

(*) HAec diſcimus ex epiſtola Ruffi ad Oecolampadium data Meldis an. 1524. 24 Auguſti, quae exſtat inter epiſtolas Reformatorum eccleſiae Helveticae ab *Jo. Conrado Fueslino* Tiguri editas ab an. 1742. in centuria 1. epiſt. 5. §. 5. p. 24. Denegat hic, ut alias conſtat ex eadem epiſtola, ſacroſanctae Traditioni authoritatem, quam nempe uni ſacrae Scripturae concedit.

De hoc Ruffo prodidit *Melchior Adamus* in vitis Theolog. p. 90. ap. cit. *Fueslin.* in nota ad eamdem epiſt. eum juſſu Margarethae Reginae Navarrae veniſſe Argentoratum una cum Jac. Fabro Stapulenſi ad Capitonem & Buzerum, ut de omnibus praecipuis doctrinae capitibus cum illis conferret.

(z) Inſt. l. 2. c. 16. ſect. 9. p. m. 132.

(a) In pſycho-pannichia ap. *Bellarm.* l. 4. de anima Chriſti c. 9. n. 20.

(b) In l. contra Brentium de Chriſti majeſtate, parte 2. ubi de adſcenſione Chriſti in coelum diſputat, ap. cit. *Bellarm.* quid tamen diverſum ſentire videtur idem *Beza* in comment. in c. 3. epiſt. 1. Petri v. 19. p. 787. edit. Pariſ. 1556.

(c) Lege *Maldon.* in Joan. 14. 3.

(d) In diſput. de receptaculis & ſtatu animar. ſeparat. theſi 29. ap. cit. faſc. p. 639.

(e) In diſſ. de beata animae poſt mortem immortalit. c. 3. p. 811. ap. eundem faſcic.

tantum vulgo admittunt receptacula, empyreum ſcilicet & gehennam.

IV. *Propugnatores* beatae viſionis, qua juſtorum animae donatae ſint in ſinu Abrahae ante mortem Servatoris Chriſti, anne huc loci conſcribendi ſunt, tanquam erroris in fide enormiſſimi rei? Conſcribendi quidem ex ſententia *Mamachii* (*f*), contendentis pro virili, poſt plures Theologos apud & cum *Suarezio* (*g*) juſtorum animas tum temporis caruiſſe beata viſione Dei, expreſſum eſſe ac inviolabile fidei dogma. Minime vero conſcribendi, ſi audias *Joan. Cadonicum* Canonicum Cremonenſem, qui eam definiit theſim (*h*) & pluribus communivit & illuſtravit (*i*). Quibus adde utriuſque partis patronos in diſſertationibus prelo commiſſis aut non editis; prioris nempe cum Mamachio *Liberatum Faſſonium*, Scholarum Piarum Theologum, & *Fridericum Pallavicinium*, e Soc. J. in univerſitate Cremonenſi Theologiae Praelectorem; alterius vero *Angelum M. Feltrium*, & *Florianum Dalhamum* ſodales etiam Scholarum Piarum, *Proſp. Cagliolam* Syracuſanum, *Joan. Lamium*, ſatis notum (*). In-

(*f*) In comment. *ſuperius* citato „ De „ animabus juſtorum in ſinu Abrahae &c.

(*g*) In 3. p. t. 2. d. 42. ſect. 1.

(*h*) In vindiciis Auguſtinianis ab imputatione regni millenarii, in praefat. & c. 4. & alias.

(*i*) In variis de hoc argumento dialogis & literis.

ADNOTATIO.

(*) A Cerrime nuper haec quaeſtio controverſa eſt. Primus omnium Cadonicus mox cit. praenotatam opinionem in vulgus ſparſit in editis vindiciis Auguſtinianis an. 1747.

Sed & Cadonico quoad ſubſtantiam rei ex ſchola Proteſtantium pridem praeluxerat *Michaël Siricius*, qui in loco mox citato, etſi perperam abnuat receptaculum, quod Limbum Patrum vocamus, tenet vero, pluribuſque confirmare adgreditur, juſtos omnes veteris Teſtamenti ante mortem Chriſti ex ejuſdem meritis ad empyreum fuiſſe traductos, ibique viſione beata potitos. Quin & plerique alii ex eadem ſchola idem olim tenuerunt. Eos retulit cit. *Mamach.* t. 2. p. 717. ſqq. Sed ad nuperam Cadonici ſententiam redeamus.

Illico ergo quae cum Thoma Aquinate, ac univerſa Theologorum ſchola pugnabat, oppugnatorem excepit Pallavicinium, qui in Theologicis praelectionibus diſſertationem alumnis dictavit adverſus hanc theſim Cadonicianam. Sed eam mox Cadonicus, contra Pallavicinium peracerbe invectus vindicavit dialogis tribus mss. Mox tamen in patrocinium innocui Pallavicinii adcedens *Zaccharias*, Cadonicum perſtrinxit pro merito in hiſt. lit. Ital. t. 2. l. 3. c. 2. §. 4. p. 499. ſqq. edit. 2. Typis excuſſi ſunt dialogi an. 1753. tum editus formis Germanis, reor, quibuſdam obſtaculis ſuperatis, ſub an. 1758. vel inſequenti alter Cadonici commentarius, praeſixa percelebri *Hiſtoria quaeſtionis & Voto* Clar. V. *Floriani Dalham*, Scholarum Piarum alumni graviſſimi.

Palam deinde ſtilum acuit in placitum Cadonici, Authore Fortunato Cardinale Tamburino, Faſſonius, edita diſſ. „ de Piorum „ in ſinu Abrahae beatitudine ante Chriſti „ mortem „ an. 1760 qua argumentis undecumque petitis ardenti animo Cadonici opinionem convellere adgreditur.

Tum ad arenam deſcendit, civis Cadonici, in ejus patrocinium, contra Faſſonium Feltrius an. 1762. diſſ. quam praenotavit „ S. Hilarii Pictavienſis Epiſcopi de Piorum „ ſtatu in ſinu Abrahae ante Chriſti mortem „ ſententia nunc primum illuſtrata „ videlicet de viſione beata in ſinu Abrahae quieſcentibus conceſſa, ac ſubinde ſex literis an. 1763.

Per id tempus Faſſonius edito folio amare conqueſtus de Lamio eſt, quod ſuſcepto Cadonicianae cauſſae patrocinio, diſſertationem ſuam male habuerit in monum. literariis, eique

Insuper circa Limbum decedentium cum solo peccato originis, qui parvulorum Limbus nuncupari consuevit,

I. *Pelagiani* peccatum originis enixis viribus rejicientes, consequen-

eique perperam adfixerit, pronuntiasse de Augustino, quod a traditione majorum recesserit, si justos in sinu Abrahae ante descensum Christi beata visione cumulatos crediderit.

Cui extemplo reposuit Lamius t. 24. ad an. 1763. col. 76. sqq. non nisi quae disseruerat consodalis suus Feltrius, ejusdem verbis expositis, sensisse ac pronuntiasse.

Hoc idem anno Cadonicus pro sua sententia novum edit opus inscriptum „ D. Aure„ lii Augustini quae videtur sententia de bea„ titate Sanctorum Patriarcharum, Prophe„ tarum, ceterorumque justorum antiqui „ Testamenti ante Christi Domini descensum „ in inferos a Jo. Cadonici . . . illustrata, „ atque demisso animo Theologis catholicis „ subjecta, ut dijudicent num vere Augusti„ ni dicenda sit, & utrum novis efficacibus„ que argumentis confirmet constantem Ec„ clesiae doctrinam circa veritatem & anti„ quitatem Purgatorii & circa non retarda„ tam justorum beatitudinem in mansione„ coelesti contra haereticos haec dogmata „ impugnantes. Adcedunt animadversiones „ ejusdem Authoris adversus recentem li„ brum P. Liberati Fassonii „.

Commentarium istum cum laude retulit, & Quaestionis historiolam enarravit ejusdem anni Scriptor *Petrus Maria Gazzaniga* Ord. Praed. in Vindobonensi Universitate Theologiae Professor, in tr. de Deo ejusque propriet. diss. 2. c. 6. Adpend. 1. a p. m. 389. Fatetur quidem hic Author, nolle quaestionem decidere, nihilo secius in partem Cadoniciani systematis propendere videtur; nec illud denique probat *Suarezii* & *Gravesonii* adsertum, quod nempe „ certa fide tenendum sit, ante „ Christi mortem nullam animam quantum„ vis sanctam & puram, essentialem beatitu„ dinem adcepisse.

Sed en inopinato praelium subinde iniit, & zelo quidem ardentissimo, cum Cadonico ejusque fautoribus cit. Mamachius. Hic autem in praelaudato commentario, postquam quaestionis historiam acerbo & valde pungente stilo enarravit, totos intendit nervos, exseritque conatus, ut demonstret placitum Cadoniciano adversum ex doctrina Ecclesiae catholicae ubique, ab omnibus, semper agnitum, susceptum, universisque christianis ad credendum esse propositum.

Id quidem toto volumine primo conatur Author evincere, permagna suffultus omnigenae eruditionis suppellectile, perpetuis observationibus adornata. In secundo vero totus est in convellendis radicitus singulis quibusque fundamentis pro Cadoniciana opinione ubilibet productis. Quo demum abunde solideque conficiat, opinionem istam cum opposito sanctae fidei dogmate certo pugnare.

Mamachianum commentarium, eo utpote graviter exsulcerati, amaris animis exceperunt Cadonicus & Dalhamus, & cum authore vehementer expostularunt epistolis amaro tantisper felle conditis in publicum emissis & a Lamio, summo Cadonicianae causae patrono cum laude contendentium indicatis apud ephemerid. liter. t. 28. ad an. 1767. a col. 87. & t. 29. ad an. 1768. a col. 157. & a 284. is enim ubi edita ex utraque parte opera pro instituto suo commemorat, ea semper quae suae rei favent, probat & ad sidera effert, quae vero nocent, litigantium more ad ima deprimit.

Et cum iis demum epistolaribus vindiciis finita vel saltem sopita est lis haec literaria, nec ultra, quod sciam, progressa; esto deinceps Cadonicus heinc inde suam curaverit novis ratiociniis illustrare sententiam, e. c. epistola contra oppositum Mingarelli placitum, a Lamio adducta in ephem. ad an. 1769. col. 19. 136. 146., tum subinde unus vel alter ex Schola Theologus Cadonicianae parti addictus ejus opinionem propugnandam susceperit, e. c. qui procudit theses illas Placentiae an. 1769. Mense Julio in Alberoniano Collegio PP. Missionariorum S. Lazari publicae disputationi propositas, quas inter Cadoniciana opinio ceu nata ex Augustino firmo pede defenditur ap. cit. Lamium ad eum an. num. 45. a col. 709. atque alii fortasse qui nos latent. De causa Cadoniciana strictim hactenus.

Jam vero ut quod nobis superius in quaestionem positum est definiamus, haec habe. Nimirum quantumvis se contorserit Mamachius in congerendis undecumque documentis, quibus evinceret, dogma fidei esse constanti universae Ecclesiae traditione compro-

ba-

quenter eum Limbum, quem ex traditione Ecclesiae decedentibus cum sola originis noxa destinatum fatemur, inficiari pariter debuerunt. Quin immo parvulis, ceterisque absque baptismo, & insimul absque noxa ulla personali mortem obeuntibus aeternam & beatam quamdam vitam, a regno coelorum distinctam; in loco quodam coelum inter & infernum medio, post mortem statim adeundam tribuerunt (*).

II. *Vin-*

batum, quod animae justorum in sinu Abrahae ante mortem Servatoris expertes fuerint beatae visionis Dei; nihilo tamen secius qui contra habent eas animas tum fuisse beatitate donatas, hanc opinionem tanquam minime adversam dogmaticae traditioni Ecclesiae sustinere, illustrare, defendere pergunt, & quidem impune, Romana Sede, sub cujus oculis scripsit Mamachius, omnino tacente.

Adiaphora ergo haec controversia est, quam, quin religioni aut fidei noceas, exagitare utrinque possis, quum sua sint pro utraque parte qualiacumque fundamenta, de quorum merito nihil heic opus est dicere.

Vel ut summum ad eas haec quaestio revocanda est, in quibus apud Theologos disputari consuevit, an adsertum aliquod ad dogma fidei adtineat, nec ne.

E quibus porro consequitur, Cadonicum & ceteros opinionem de justis illis beatitate donatis, tametsi omnium Scholasticorum votis adversantem, at nullum alias errorem certo includentem, sustinentes, non nisi per summam injuriam apud hunc nostrum Errorum catalogum recensendos fore. Et huic quidem judicio quantum ad rejiciendum hanc nostram ad quaestiones adiaphoras, ab omni partium studio immunis, merito adstipulatur, & idem Scholasticus, quem nuper laudavimus, *Petrus M. Gazzaniga*.

Heinc autem valde immerito traducuntur & haec opinio ceu *nova*, & ejus patroni ceu *novarum opinionum cupidi*, necnon ceu *novi dogmatistae*, *Lutherani* demum & *Calvinistae*, quod istorum plerique eandem pridem amplexi sint quoad visionem beatam justis ante mortem Christi vita functis concessam. Quasi vero quidquid Acatholici opinati sint in re theologica, antidogmaticum sit aut haereticum.

Quin immo severi ejusmodi censores in illam fortasse inciderent censuram ab *Innocentio* P. XI. latam, quam recitavimus Tom. I. p. 357. ubi de moderatione in adfigenda cuilibet thesi censura opportune pertractatum est.

ADNOTATIO.

(*) MEdium hunc locum & hanc vitam aeternam mediam saepe, ardenterque confutavit Pelagiano-mastyx *Augustinus*. Sic enim in l. de pecc. orig. c. 21. n. 23. Ait Pelagius „ sine baptismo parvuli „ morientes quo non eant scio, quo eant „ nescio, id est non ire in regnum coelorum „ scio: quo vero eant, ideo se nescire „ dicebat, aut dicit, quia dicere non audebat, in mortem illos ire perpetuam „.

Sic l. 2. oper. imp. n. 113. Julianum redarguens „ Facitis duas aeternas felicitates, „ unam quae sit in regno Dei, alteram quae „ sit extra regnum Dei. Dicite, obsecro, in illa „ felicitate, quae extra Dei regnum erit, ullus „ ne regnabit, an nullus? Si nullus, liberior „ erit procul dubio sine ullo rege illa felicitas. Si vero ullus in ea regnabit, quis erit „ rex imaginum Dei, qui non erit Deus? „ Porro si Deus erit . . . Deus ipse ibi regnabit, & ipsae imagines ejus in veri Dei sui „ regno felices erunt „.

Sic l. 3. de anima & ejus orig. c. 11. n. 17. ut Vincentium Victorem revincat „ Ut autem „ manifestissime adpareat non esse regnum „ coelorum distribuendum baptizatis, & alias „ partes regni Dei dandas quibus tibi visum „ est non baptizatis, ipsum Dominum audi, „ qui non ait, *si quis non renatus fuerit ex* „ *aqua & spiritu non potest intrare in regnum* „ *coelorum*, sed *non potest*, inquit, *intrare* „ *in regnum Dei* „ Sic alias frequentissime S. Doctor.

Ergo ne Pelagianorum choro, ceu errore seducti adcensendi, qui ejusmodi parvulis naturalem quamdam beatitatem in loco empyreum inter & gehennam medio, videlicet in terra innovata, olim obtinendam elargiuntur? Minime gentium.

Nec enim Augustinus placitum illud Pelagianorum ceu antidogmaticum opposita ecclesiae doctrina dogmatica confutabat, sed tanquam

II. *Vincentius Victor* in Mauritania Caeſareenſi natus, ex Rogatiſtarum factione, quae Donatiſtarum ſciſſura erat, partem quandam Mauritaniae circa urbem Cartennam occupans, ad catholicam demum Eccleſiam converſus, in libris duobus, quos olim contra S. Auguſtinum Petro Hiſpano Presbytero nuncupavit, placita haereticorum Pelagianorum nonnulla, & alia iis pejora effutiit. Audi praecipuos in rem noſtram ex oppugnatore *Auguſtino* (*k*) qui hunc juvenem „ non praepropere deteſtandum, ſed adhuc docendum quanta potuit „ lenitate tractavit „ quo plane obtinuit, ut „ ab eo reſcripta correctionis ejus adceperit (*l*) „.

Primum ergo Vincentius „ de illis parvulis, qui morte praeveniuntur priuſquam baptizentur in Chriſto, quum reſpondere voluiſſet, auſus eſt eis promittere non ſolum paradiſum, verum etiam „ regnum coelorum (*m*) „ Quippe docuit (*n*) „ aliquos eorum, qui „ ſine baptiſmo Chriſti ex hac vita emigraverint, interim non ire „ in regnum coelorum, ſed in paradiſum; poſtea vero in reſurrectione mortuorum etiam ad regni coelorum beatitudinem pervenire „. Deinde „ videns in quam ſe profunditatem naufragoſi gurgitis ejecerit, ſane, inquit, pro eis oblationes adſiduas, & offerenda jugiter „ ſanctorum cenſeo ſacrificia ſacerdotum (*o*) „ Cui continenter ſubjicit S. Doctor „ Ecce aliud unde nunquam exiturus eſt, niſi eum dixiſſe poeniteat. Quis enim offerat corpus Chriſti, niſi pro eis, qui „ membra ſunt Chriſti „ ?

III. *Ulric. Zwinglius* Vincentio huic parvulis baptiſmate non ablutis coeleſtem Dei viſionem tribuenti, ceu probabili fundamento opinanti adhaeſit (*p*). Quippe qui alias docuerat peccati originalis ma-

quam prorſus adiaphorum, quod ipſe propria oppugnabat ſententia, ejiciente hujuſmodi parvulos in gehennam, damni ac ſenſus poenas daturos. Ecquid enim pro hac, vel contra illam opinionem e ſacro codice vel eccleſiaſtica traditione extundere liceat ?

Illam rurſum pugnabant Pelagiani aeternam vitam, ceu nitidum ſuapſe natura conſectaneum praecipuae haereſeos, quae quidquam peccati originis ab eis parvulis rejiciebat; quibus nempe prorſus innocuis illius vitae donum ſatis congruere videretur. Nec inſuper omnino conſtat apud Interpretes Antipelagianos, qualem ipſi illam intelligerent vitam, anne ſupernam, vel potius naturalem, quamvis ab iſta ſtent Doctores frequentius; idque colligi ſatis videtur ex *Auguſt.* l. 1. oper. imp. n. 53. Plura in hanc rem *Janſenius* de haereſi Pelag. l. 3. c. 19. ſqq. & *De Rub.* in tr. de pecc. orig. c. 73.

Et vero noſtrates, iique numero plures, ac doctrina graviſſimi Theologi, eam qualemcumque beatitatem ex providentia & bonitate Creatoris iis adjudicant, quos fatentur noxa originis faedos, nulla tamen perſonali, ac praeterea in ſtatu naturae elevatae olim productos. Nec ipſis inſuper eam concedunt beatitatem ſtatim a morte obtinendam, ſed poſt diem noviſſimum, quum Deus creaverit *terram novam* ex *Apoc.* 21. 1. Abſit vero, ut tot, tantique nominis Doctores Dogmatiſtis Pelagianis abſque ulteriore examine adnumeres. Lege *Petr. de Godoy* Clar. Theol. in 1. 2. q. 83. tr. 4. diſp. 38. §. 8.

(*k*) In libris de anima & ejus origine ad Renatum.

(*l*) Totidem fere verbis haec teſtatur idem Africanus Doctor in l. 2. retract. c. 56.

(*m*) *Auguſt.* l. 1. de anima c. 9.

(*n*) Teſte ibidem *Aug.* l. 3. c. 13.

(*o*) *Auguſt.* ibid. l. 1. c. 9.

(*p*) In declaratione de peccato originis ad Urbanum Rhegium.

culam peccatum non esse, sed naturae morbum.

IV. *Jo. Calvinus* in dogmatis habuit, docuitque, parvulos parentum fidelium etiam sine lavacro baptismatis sanctos esse ac vera, nitidaque Ecclesiae Christi membra, ac si decesserint, salvos fieri (*q*). Quandoquidem, inquit, fidelium parentum filiis in vim foederis Dei cum Abrahamo initi ex *Genes.* 17. 7. haud imputatur peccatum originis. Quo circa pro ejusmodi in Limbo sedem non reperit. At ipse tamen sibi parum constans haec alias (*r*) adseruit, nempe *jam ab utero nos morti esse destinatos, quia filii irae omnes nascimur*.

Cum Calvino in praefato dogmate de filiis parentum fidelium sui adiectatores plerumque consentiunt cum *Beza* (*s*) & *Petro Martyre Vermilio* (*t*).

V. *Henricus Bullingerus*, famosus ille in Tigurina cathedra Zvvinglii subcessor, ultra progressus (*u*) salutem absque baptismo adserit filiis eorum, qui fuerint aliquando fideles, licet tum non sint, quum eis nascuntur filii: immo addere videtur, satis ad hocce privilegium esse, quod majores olim fideles exstiterint, esto ejusmodi non sint parentes proximi.

VI. *Martin. Buzerus* (*x*) Limbo immunes eos voluit parvulos, qui licet sine baptismo decedant, ipsi tamen praedestinati sunt, uti egregie comminiscitur.

VII. *Anabaptistae* contra eis Limbum replent parvulis, qui etiam sancto regenerati lavacro ad futurum seculum commigrant. Hoc quippe, illorum opinione, parvulis rationis usura orbatis peccatum originis neutiquam delet, nihil eis prodest; immo alias obest plurimum, quippe qui novo non abluti baptismate quum ad usuram rationis pervenerint, absque vera tandem regeneratione decedentes in ima tartara detruduntur. Quocirca adultos ad suam sectam adcedentes baptismo iterum tingebant, unde ipsis nomen *Anabaptistae* (*y*).

VIII. *Anonymi* ex *Protestantibus* censebant olim, quod licet parvuli quique peccato originis sint aeque infecti, atque ceteri homines ad unum omnes, atque adeo per naturam aeternae damnationis rei; verumtamen ob summam Jehovaeh φιλανθρωπίαν fide donentur extraordinaria, sicque aeternum salvi fiant, licet absque baptismo pereant (*).

IX. *Hie-*

(*q*) In l. 4. instit. c. 16. sect. 24. sqq. & in antid. C. Trident. ad sess. 6. c. 5.

(*r*) Expos. in Joan. 3. 36.

(*s*) In lib. quaest. & respons. par. 2. quaest. 114. & 146.

(*t*) Expos. in 1. Cor. 7. ad 70 „ alios „ qui filii vestri immundi essent, nunc autem „ sancti sunt „.

(*u*) Expos. in eundem locum ex 1. Cor. 7.

(*x*) Expos. in cap. 3. Matthaei.

(*y*) Plura de hoc argumento quum de Sacramento Baptismi sermo erit. Vide sis interea *Hospin.* l. 1. de haeres. sui temporis in Anabaptistis, *Prateol.* ubi de Anabaptistis, *Pluchetum* ibid. *Harnold. Meshovium* in hist. Anabaptistica l. 3. §. 13. 19.

ADNOTATIO.

(*) TOtidem fere verbis commentum exponit, & idem de schola Protestantium, *Michael Walcherus* in diss. proxime cit. de praetensa ethnicorum salute aeterna quoad infantes & adultos p. m. 1077. Profert subinde argumenta pro comm en-

to

IX. *Hieronymus Columbus* (z) ceu probabile decrevit, parvulos ſine baptiſmo decedentes eo in nube vel in mari tingendos eſſe ab aliquo homine ſeu Angelo in die poſtremi Judicii; quo hereditatis Chriſti futuri ſint participes.

Hoc ſane decretum eis interea Limbum non negat, ſed perpetuam duntaxat viſionis beatae privationem. Sed illud temen vulgo exploditur & ad paradoxa improbabilia ac temeraria, omni utique fundamento deſtituta, merito amandatur (a).

X. *Ignatius Ludovicus Bianchi* Cler. Reg. an. 1768. librum edi-

to excogitata, petita utique praeprimis ab infinita Dei miſericordia erga homines, ab univerſali Dei voluntate ſalvandi omnes, atque adeo conferendi omnibus vocationem & gratiae ſufficientiam ad ſalutem, ab univerſali Chriſti merito & redemtione, ab ſolicita Dei cura quoad ſalutem adultorum, ab univerſalitate promiſſionum, quae a Domino cunctis indiſcriminatim hominibus oblatae ſunt.

Quae quidem argumenta ſunt, ait „ non „ certe levia, ſed valde ardua & ponderoſa, „ ut unumquemque ſatis poſſint exſercere „.

Pergit inſuper, ac repoſitis commento adverſantium argumentis ſatis urgentibus, concludit denique „ Nos interim exſiſtima„ mus, τὸ ἐπέχειν heic eſſe tutiſſimum, „ totamque quaeſtionem relinquendam in du„ bio „. Et vero in fide dubius, ex vulgatiſſimo axiomate, haereticus eſt. Nec equidem video, quid ſe ſinat evincere VValtherus iis capitibus, quae architecti errores premunt, quibuſcum utique univerſale, penituſque abſolutum (ſi unam exceperis Deiparam) de peccato originis dogma adpoſite conſiſtat in ſchola noſtratum Doctorum.

Quin immo ſi ea teneant, probentque miſericordiã Dei extraordinariam penes infantes, quos omnes Limbo adimas, haud infirmiori jure convinceres eandem probare penes impios adultos, quibus pariter univerſis gehennam exſpolies.

Nullus dubito, ſtolido huic commento anſam dediſſe placitum, quod ap. cit. *Hoſium* cum VValdenſibus communicavit *Lutherus*, videlicet parvulos quum baptizantur actualem fidem elicere, juxta illud „ qui crediderit „ & baptizatus fuerit, ſalvus erit „ caeteroqui, ajebat ad illos Haereſiarches, praeſtaret baptiſmum omittere, quam parvulos ſine fide, hoc eſt non credentes baptiſmate abluere.

Heinc vero proclive fuit Anonymis extraordinariam in Deo providentiam & in parvulis abſque ſacra unda in alterum ſeculum abeuntibus fidem comminiſci.

Ecquid vero cauſſae eſt, quod VValtherus figmentum peremtorio illico non exploſerit argumento, petito a verbis Chriſti Domini ad Nicodemum *Joan.* 3. 5. „ niſi quis re„ natus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt „ intrare in regnum Dei „?

Verum dubio procul illud cauſſae fuit, quod ſuus Patriarcha *Calvinus* l. 4. inſt. c. 16. ſect. 25. adſerat ex tripode illos falli, qui putant hoc loco Baptiſmi mentionem fieri: ubi porro tacite falſos dicit ſacros Eccleſiae Patres & Interpretes, qui omnes ad unum ſummam baptiſmi neceſſitatem ad ſalutem in omnibus ſimpliciter hominibus, illis diſerte innixam verbis agnoverunt.

Heu! Vide hominum fanatiſmum. Erraſſe ſcribit *VValtherus* p. 1088. Auguſtinum, quod „ etiam non baptizatis chriſtianorum liberis ſalutem praecluſerit „ ſubinde & univerſam Eccleſiam orthodoxam, quae cum Auguſtino dogmatice ſentit, erroris, & quidem palmaris, inſimulare conſequens fuit; ſuum vero Calvinum proferentem in loco mox cit. ſect. 24. articulum oppoſitum, ceu fundentem oracula, & revelata a Deo dogmata reveretur. Ergo ne unus Calvinus Auguſtino, cunctis Patribus, Eccleſiae univerſae, ceu plus omnibus ſapiens, ac ſplendidiore a Deo lumine colluſtratus, jure praeponendus?

Adde, Proteſtantes perſaepe nos irridere, quod pene res dogmaticas in verba, ſeu traditionem veterum Patrum juremus; quum ipſi tamen in eodem negotio ab uno ore recentiſſimi Calvini, aut Lutheri, aut Authoris confeſſionis auguſtanae toti pendeant. Haec illorum miſeranda faſcinatio.

(z) De angelica & humana hierarchia lib. 2. c. 8.

(a) Conf. *Marcellin. Siurius* de Noviſſim. tr. 4. c. 1. n. 7.

dit formis Venetis de remedio aeternae ſalutis pro parvulis, qui decedunt ſine baptiſmo in utero materno. Et hoc ibi remedium conſtituit in oblatione mortis parvuli, quam ejuſdem nomine peragat mater in proteſtationem fidei & baptiſmi. Quo quidem ſyſtemate admiſſo, parvuli omnes, quibus faverit, aut in poſterum faveat ejuſmodi materna oblatio, a Limbo exſulent oportet. Illud vero ceu prorſus temerarium inſectatur *Lamius* (*b*).

XI. *Everſores* generatim dogmatis de hoc Limbo mihi tandem habendi qui cum *Vincentio Victore* & *Zvvinglio* baptiſmo neceſſitatem ad ſalutem denegarunt. Quippe qui eo ſaltem nomine ſingulos quoſque parvulos ſine baptiſmate occumbentes a Limbo eximant, oportet. Tum qui cum *Anabaptiſtis* nullam baptiſmo parvulis adminiſtrato virtutem remittendi culpam originis largiuntur. Heinc enim facile conſequitur, in Limbo cunctis parvulis etiam baptiſmate ablutis ſedem eſſe. Fuſius in utramque a vero aberrantium claſſem tempore diſſeremus (*c*).

Praeterea circa Purgatorium

I. *Baſilides*, qui II. Chriſtiano Seculo emerſit, docuit, quod non alia ſit in altera vita peccatorum poena, quam animae poſt mortem corporis tranſmigratio (*d*) (*).

II. *Aërius* Presbyter Arianus, *Aërianorum* conditor, ſi placet, cum paribus Dogmatiſtis hac in Erronum claſſe, tanquam in opportuniore ſede reponatur; quippe qui dum preces pro defunctis explodit, conditionem dogmaticam exſiſtentiae Purgatorii adnexam valide oppugnat (**). III. Sy-

(*b*) In ephem. lit. t. 29. ad an. 1768. col. 653. ſqq. ac t. 30. ad an. 1769. ſub die 17. Martii.

(*c*) In Tom. VIII. ubi de Erronibus in baptiſmum. (*d*) Ap. *Origen.* tr. 28. in cap. 24. Matthaei, n. 38.

ADNOTATIO.

(*) POrro theſis haec ex directo ac apertiſſime Purgatorium aufert; minime vero illa, quae a *Valentia*, *Bellarmino*, *Galano*, *Gotto*, *Tournelyo*, ceteriſque vulgo Polemicis, ex Epiphanio & Auguſtino, tribuitur Aërio Haereſiarchae, quatenus hic orationes pro mortuis damnavit: ſtat enim optime quod adſeruerit Aërius Purgatorii receptaculum & poenas, ac ſenſerit deinceps purgandis animabus ſuffragia non prodeſſe.

Ut ſummum dixeris, valde ex obliquo peccaſſe Aërium, ſcilicet non in ſubſtantiam dogmatis de exiſtentia Purgatorii, ſed in circumſtantiam, aut conditionem ex Dei placito poenis illis adnexam. Ut ut res habeat, non Aërius, ut vulgo creditur ac definitur a *Orio* to. unico in ſupplementum tertiae partis, q. 3. dub. 1. §. 1. n. 2. primus contra Purgatorium arma movit, ſed Baſilides.

ADNOTATIO.

(**) NOvum Aërii placitum, negantis noſtra erga animos piacularibus flammis addictos ſuffragia utcumque ſalutaria eſſe, inter errores merito recenſent *Epiphan.* haer. 75. n. 3. & *Auguſtin.* haer. 53. quos reliqui *Haereſeologi* cum *Iſid.* ac *Damaſc.* ubi de Aërianis agunt incunctanter ſequuti ſunt.

Sed

III. *Syri Neſtoriani* Purgatorium explodunt; quippe qui non niſi paradiſum terreſtrem pro juſtis & profundum in eodem paradiſo locum

Sed en tibi *Lambert.* ille *Danaeus*, Eccleſiae Romanae olim profugus, hoſtiſque, ſi quis alius, impudentiſſimus juxta ac inſenſiſſimus, in expoſitione haereſum libri S. Auguſtini ad Quodvultdeum, ad cit. haer. 53. ubi ait S. Doctor ferri de Aêrio „ propria „ quoque dogmata addidiſſe nonnulla dicens, „ orare, vel offerre pro mortuis oblationem „ non oportere „ hunc ſubjicit numero 2. commentarium.

„ Preces pro defunctis non eſſe fundendas & faciendas, quia hujuſmodi noſtris „ ſuffragiis nequeunt juvari. Hoc cur chriſtiani non admittant, non video, quando „ Papiſtae ipſi genus hominis ſuperſtitioſiſſimum, etiam de ea re diverſas Patrum eccleſiaſticorum ſententias adnotarint, ut „ eſt in Can. *Quibus peccata*. & Can. *In praeſenti*. Can. *Tempus*. 13. quaeſt. 2.„.

Quaſi nempe in eo ſtatuendo, credendoque dogmate Patres noſtri ad unum non convenerint, ſed multa inter ipſos fuerit ſententiarum diſcrepantia. Verum quam diſerte in illud, abſque ulla prorſus diſcordia, una omnes conſpirarint, plures e noſtratibus ubi agunt de ſuffragiis pro mortuis palam oſtenderunt: prae primis *Coccius* in theſau. t. 2. l. 7. art. 5. a p. 847. & *Gaulter.* in tab. chronograph. in veritate x. teſtimoniis ſeculorum omnium chriſtianorum aduſque XVII. inchoatum comprobata.

Sed age, diſpiciamus tantiſper, qua vel inſcitia, vel peſſima fide ad infringendum dogma eos ex Jure eccleſiaſtico petitos obtrudat canones e Decreto Gratiani par. 2. cauſſa 13. quaeſt. 2.

Ergo canon *Quibus peccata*. ab Auguſtino depromtus ſic habet „ Quibus peccata „ dimiſſa non ſunt, a ſacris locis poſt mortem „ adjuvari non poſſunt „ Hoc totum canonis argumentum, eo tendens ex vulgatiſſima Interpretum commentatione, ut moneat, nihil prodeſſe decedentibus in lethali peccato, ſi ſacris in locis ſepeliantur. Quid haec vero ad ſuffragia pro iis qui decedentes ornati gratia reatum commiſſi criminis poenis eſuunt piacularibus?

Deinde can. *In praeſenti*. deſumtus ab Hieronymo, haec infit „ In praeſenti ſeculo „ ſcimus, ſive orationibus, ſive conſiliis invicem poſſe nos adjuvari, quum autem ante tribunal Chriſti venerimus, nec Job, „ nec David, nec Noë rogare poſſe pro quo„ quam ſed unumquemque portare onus „ ſuum. Verum hoc de impoenitentibus ad„ cipiendum eſt, de quibus Propheta . . . de „ aliis autem intelligi non poteſt „ ubinam heic quidquam de ſuffragiis pro animabus Purgatorii?

Tertius denique can. *Tempus.* ex Enchiridio Auguſtini deſcriptus, inquit „ Tempus „ quod inter hominis mortem & ultimam „ reſurrectionem interpoſitum eſt, animas „ abditis receptaculis continet, ſicut quae„ quae digna eſt vel requie vel aerumna pro „ eo quod ſortita eſt in carne dum viveret. „ Neque negandum eſt, defunctorum ani„ mas pietate ſuorum viventium relevari „ quum pro illis ſacrificium Mediatoris offertur, vel eleemoſynae fiunt in Eccleſia. „ Sed haec eis proſunt, qui quum viverent, „ haec ſibi ut poſtea poſſent prodeſſe meruerunt „.

Addit praeterea Auguſtin. pro valde malis, pro reprobis nempe in gehenna damnatis nihil prodeſſe ſuffragia noſtra, id quod Patres ceteri docuerunt. Item, quod ſuffragia noſtra „ quibus proſunt (hoc eſt animabus in Purgatorio patientibus) aut ad „ hoc proſunt ut ſit plena remiſſio, aut certe ut tolerabilior fiat ipſa damnatio „. Declarat demum ex Ambroſio cur ſtatis quibuſdam diebus ſuffragia pro mortuis in Eccleſia celebrari conſueverit.

En tibi detectam vafertimi hoſtis fraudem in receaſione canonum, quorum nuda citatione imperitis auſus eſt imponere, atque Patribus diverſas de dogmate ſancto opiniones adpingere.

Sed animoſe pergit Danaeus „ Et Epi„ phanius hoc loco negat aperte verbo Dei „ fundari & niti hujuſmodi pro mortuis con„ ceptas preces, ſed tantum more & tradi„ tione quadam majorum. At quidquid ſine „ fide fit, peccatum eſt Rom. 14 ℣. 23. „ Haec ille, quibus ea tantum reponimus tanquam ſibi prophetice adnuntiata, quae ad hunc errorem Aêrii praeclare & acerbe, ut par erat, ibidem Epiphanius num. 3. in haec aurea verba reſpondit.

„ Neceſſario facere illud (preces effun„ dere pro defunctis) Eccleſiam dico, quae „ traditum ſibi ritum illum a majoribus ad„ ceperit. Poteſt vero quiſquam maternam „ fan-

cum pro impiis agnoſcunt (e) (*).

IV. *Jacobitae*, *Cophti*, *Abaſſini* „ nec purgatorium, nec pro defunctis preces admittunt; nec beatos ante judicii diem ad paradiſum evolare credunt „ Haec *Thom. a Jeſu* (f). Tum Jacobitas purgatorium non agnoſcere tradidiſſe fertur *Michaël Feure* (g) (**).

V. *Ma-*

„ ſanctionem, aut legem patris evertere? „ quemadmodum a Salomone ſcriptum eſt, „ *audi fili ſermones patris tui, & ne repellas „ leges matris tuae*: quibus Patrem, hoc eſt „ unigenitum Deum cum Spiritu ſancto declarat partim ſcripto, partim ſine ſcripto „ docuiſſe; matrem vero noſtram Eccleſiam „ decreta quaedam habere penes ſe, quae „ diſſolvi, evertique nequeunt. Quae quidem quum in Eccleſia conſtituta ſint, praeclara quidem ac penitus admiranda, ex hoc ipſo capite veterator ille convincitur „.

„ Sed nos eo relicto, vel ut ſcarabaeo quodam, aut cantharide, vel bupreſte, „ quod eſt infecti quoddam genus, ac ſolido „ Eccleſiae dogmate, Deique virtute confracto; ad inſequentes haereſes cum eodem „ Dei praeſidio tranſeamus „. Haec Aërio Epiphanius, haec nos Danaeo.

(e) Ap. *Simon. Aſſeman.* bibl. orient. t. 3. par. 2. diſſ. de Syris Neſtorian. c. 7. §. 16. p. 344.

ADNOTATIO.

(*) Nihilo ſecius orare pro defunctis deprehenduntur Neſtoriani. Argumento ſunt teſtimonia excerpta ab *Georgio Arbelenſi* in declarat. offic. defunctorum tr. 7. c. 6. ac *Timotheo* Patriarcha II. ap. laudatum *Aſſeman*: tum ab *Liturgiis*, nomine *Theodori Interpretis* ſeu Mopſueſteni, ac *Neſtorii*, quibus, reor, hodieque Neſtoriani utuntur, ap. *Renaudot.* in Liturg. oriental. t. 2. ubi eas recitat pag. 621. & 633. edit. 1716. Eos, ſi vacat, conferas.

(f) De converſione omnium gentium procuranda lib. 7. c. 23. par. 1. n. 6. p. 416.
(g) In theatro Turciae.

ADNOTATIO.

(**) Et vero in Thomam tanquam imperitum orientalium errorum, praecipuum Orientalium adcuſatorem, atque deceptum ubi ait Jacobitas nec purgatorium, nec pro defunctis preces admittere; acriter invehuntur *Renaud.* proxime cit. t. 2. in obſervat. in liturgias Syriacas p. 104. ſq. & laud. *Aſſem.* bibl. or. t. 2. in diſſ. de Monophyſ. §. *Ex quo*. & ſq.

Et quidem ſi *Aſſemanum* audias, Joan. Darenſis Jacobita l. 4. de reſur. corp. c. 24. ex *Ecchellenſi* diſerte purgatorium confeſſus eſt, itidemque Barhebraeus in l. radiorum t. 7. c. 3. ex *Nairono*, qui praeterea in Evopl. par. 3. c. 3. a p. 304. nonnulla adfert pro ſancto dogmate teſtimonia ex eccleſia Syrorum, cujus partem conſtituunt Monophyſitae Jacobitae.

Addit „ Syri enim in omnibus fere quotidianis nocturnis orationes peculiares recitant pro defunctis, qui in purgatorio „ purgantur, item in Miſſa & in orationibus „ totius anni „.

Hancque demum tradit particulam ex tertio nocturno feriae quartae, ex Syriaco idiomate latine verſam „ Notum eſt omni „ prudenti, quod mortui ſuffragiis adjuvantur oblatione Myſterii, quam offert Eccleſia pro eis: gaudent mortui oblatione, „ quam faciunt vivi, & ſentiunt in inferis „ ſanguinem vivum pro eis „. Injuria itaque iis Syris abjudicari videtur de Purgatorio fides.

Immo & omnibus generatim Orientalibus chriſtianis, ſi fides adhibenda *Ecchellenſi* praefat. in catalogum Ebedjeſu ap. cit. Aſſem. Illo quippe adteſtante, ab omnibus Orientalibus creditur & animas defunctorum cruciari, & viventium ſuffragiis juvari poſſe. Excipe vero Novatores Armenos & Graecos mox advocandos: tum Abaſſinos ſaltem recentiores Seculi XVI. de quibus nempe *Godignus* de Abaſſinorum reb. l. 1. c. 28. p. m. 171.

V. *Maronitae* iis adjunguntur pariter errantes a *Thoma* eodem (*h*). At ipsos tamen vidicant, praeter alia, quae *superius* adtulimus pro integerrima Maronitae gentis fide documenta, e *Dandino* & *Benedicto* P. XIV. petita (*i*).

VI. *Novatores Armeni* Purgatorium in altero seculo piis animabus expiandis destinatum mordicus rejecerunt. Atque inter eos quidem hoc antidogma scriptis tradidisse feruntur *Vanathanus* (*k*) *Vartanus* (*l*) *Gregor. Dattievensis* (*m*). Eos refert & ex Armena cum primis traditione valide confutat *Galanus* (*n*).

VII. *Albanenses* (cujusmodi plerisque habentur & vocitantur) in eadem fuerunt cum Armenis sententia, ajentes, Purgatorium, uti & Infernum, nihil esse (*).

VIII. *Graeci* „dicunt, Purgatorium non esse, nec poenas illius (**)„.

IX. *Gun-*

171. ex oculatis ac fidedignis testibus ajebat „ Purgatorium negant „.

Renaudotus insuper ardenter, & jure quidem, pugnat pro precibus Syrorum Jacobitarum erga defunctos. Ex eo nempe quod Liturgia nulla sit inter tam multas cum veteres, tum recentiores, quibus Syri Jacobitae utuntur, quae mortuorum commemorationem non praecipiat. Nonnullas in hanc rem indicamus in monumentis Antiquitatis. Ceteras, si lubeat, videris ap. ipsum *Renaud.* & in monitis ad Armen. c. 5.

Quo plane summopere urgetur hujusce dogmatis (uti & perplurium aliorum) veritas ex universalitate traditionis, non modo ab Occidentalibus ecclesiis, verum etiam ab Orientalibus petita.

Putandum itaque Thomam & Faureum falsis testimoniis usos fuisse: atque adeo nec eos esse audiendos, nec alios qui cum ipsis praefatos errores universae generatim Jacobiticae ecclesiae absque alio examine adpinxerunt.

(*h*) L. 7. p. 413. & 498.
(*i*) *Supra* p. 95. in Adnotat.
(k) In tr. de loc. animar.
(*l*) In confut. epist. Rom. Pontif. n. 14.
(*m*) In lib. interrogat. ubi de purgator.
(*n*) In conciliat. eccl. Armenae cum Rom. t. 2. quaest. 9. §. 2. a p. 194.

ADNOTATIO.

(*) ITA *Prateolus* art. *Albanenses*, errore 11. & post eum *Roscius* l. 2. art. *Purgatorium* 2. *Gotti* proxime laud. *Sianda* in Alban. At hunc iis adfictum errorem nec in Guidone, nec Lutzemburgo, nec Castro, nec alio antiquiore Prateolo, hucusque reperi; nec Prateoli sententiam amplexi sunt adeo ratiores Polemici ipso juniores, ut Greg. de Valentia, Bellarminus, Tournelyus. Nec quidem refert, quod rejecerint Infernum; poterant enim, isto rejecto, Purgatorium admisisse, Originis exemplo, qui non alias poenas quam purgatorias admisit, teste *Huetio* in Origenian. q. 11. §. 17.

ADNOTATIO.

(**) TOtidem verbis primus omnium, arbitror, *Guido* in sum. de haeses. ubi de err. Graecorum, errore 5. c. 5., & post eum *Lutzemburg.* art. *Graeci*, *Castrus* art. *Purgatorium*, ubi ait, illum esse unum ex notissimis Graecorum erroribus, *Prateol.* in Graecis, *Paul. Grysaldus* in decision. fidei cath art. *Purgatorium*, *Thom. a Jesu* de convers. omn. gent. l. 6. c. 14. tum *Gaulter.*, *Roscius*, *Sander.* & ceteri vulgo *Haereseologi* in suis Catalogis.

Ceterum Cl. V., & ipse Graecus, *Leo Allatius* de utriusque Ecclesiae occidentalis atque orientalis perpetua in dogmate de Purgatorio consensione, sub init. geavi planctu conqueritur de Guidone, Grysaldo, ceterisque Latinis Authoribus, quod errorem privatum aliquot Graecorum cunctis genera-

tim

IX. *Gundulfiani*, qui nihil aliud in dogmatis habebant, quam quae

tim Graecis, seu toti Graecanicae Ecclesiae universim adscribant: id quod similiter planxerat *Clemens Galanus* in conciliat. Ecclesiae Armenae cum Romana, to. 1. partis 2. in praef. in adtribuentes universae Armenae Ecclesiae, qui singularium fuerant personatum errores.

Et quidem laudatus Allatius ut ab eo errore suam vindicet Ecclesiam, permultis adglomerat toto commentario celebrium Graecorum, ac praeprimis sacrarum ejusdem gentis Liturgiarum testimonia, quibus perpetuam in sua Ecclesia de Purgatorii dogmate fidem ac traditionem evincat.

Enim vero licet permulti in alio genere errores Graecis generatim adceptis immerito adpingantur, uti do Allatio, ab *Gaulterio*, *Luciano* natione Cyprio, *Thoma a Jesu* hispano, & aliis; quod tamen dogma Purgatorii spectat, nonnulla sunt quae dubium ingerunt annon de eo fides in Graecorum communitate fuerit haud raro penitus intermissa; quamobrem Latini Authores jure oppositum errorem Graecis universim adtribuerint.

Primum enim Angelicus in Opusculo, Urbano P. IV. dicato, *contra Graecor. errores*, quod et genuinum Thomae foetum cum aliis defendit *De Rubeis* dis. 17. c. 2. adversus *Oudinum* dubitantem, in penultimo ejus capite oppugnat permodeste, more suo, opinionem Purgatorias paenas abnegantem, quae propterea verosimiliter tunc temporis apud Graecos universim obtineret.

Deinde in Florentina Synodo ex iis quae cum Graecis disputata sunt, haud levis quidem oborta suspicio est, quod ipsorum animis eadem haeretica opinio vulgo insederit; quidquid enim ipsi aliquando adfirmassent, se non inficiari Purgatorium, sed ignem tantum, & arbitrari illud esse duntaxat locum tenebricosum & laboribus plenum, deinde vero ad interrogata super eodem dogmate non nisi tergiversando & obliquis circumflexionibus respondebant. Conf. Acta C. Florent. ap. *Harduin.* t. 9. in quaestione de igne Purgatorio a p. m. 18.

Et quidem in postrema ejusdem Synodi sessione, in qua haeresis adversus Purgatorii dogma proscribitur, solum damnati sunt Graecorum errores, aut plane de quibus Graeci suspecti fuerant. Conf. *Bellar.* l. 1. de Purgat. c 2. & *Lutzemburg.* opusc. de Purgat. §. 1.

Norunt insuper Eruditi, saepe Graecam Ecclesiam in duas divisam factiones patuisse; quarum nempe una cuncta Ecclesiae Latinae dogmata mordicus tenebat, altera vero cuncta iis oppositа: tunc autem factio ista plane nostro de Purgatorio dogmati refragata est; subindeque periit in magna parte Graecae Ecclesiae dogmatis fides. Conf. *Arcud.* de purgat. igne adverf. Barlaam.

Praeterea post Allatii tempora, edita est *Orthodoxa Confessio Catholicae atque Apostolicae Ecclesiae Orientalis*, lucubrata a Meletio Syrigo, magnae Ecclesiae Doctore, ac pluribus orthodoxis Doctoribus, necnon CPnis Patriarchis recepta & adprobata, ut testatur *Dionysius* CPnus Patriarcha scripto suo sub an. 1671. mense Julio. Plura de ea Confessione qui ipsam an. 1695. graeco-latinam typis Lipsiensibus mandavit, *Laurentius Normannus* in praefat.

In ea vero Confessione fidei ad Quaestionem 66. „ de Purgatorio autem igne *quid* „ *nobis judicandum* „ ? haec subjicitur responsio: „ nihil usquam de eo in sacris literis „ traditur, quod temporaria ulla poena ani„ morum expurgatrix, a morte exsistat: im„ mo vero eam praecipue ob causam (quod „ nempe purgatorias paenas admiserit) in „ II. Synodo CPna, ab Ecclesia Origenis „ damnata est sententia „.

Igitur haec responsio, tametsi parum consona responsioni ad Quaestionem 65. qua adseritur, oportere nos pro defunctis preces fundere, sacrificia offerre, eleemosynas erogare, ex communi ecclesiae orientalis adsensu sanctum Purgatorii dogma explodit.

His itaque rite perpensis, pronum est definire, Guidonem & ceteros latinos Scriptores, etiam adcuratiores & adprime criticos, in eam prudentes descendisse sententiam, ut praefatum errorem Graecis generatim & confidenter adpingerent.

Quin etiam consequenter suspicari possent, documenta pro graeca fide per Allatium tradita, non universae gentis fidei, quae omnium opinione adeo lubrica est ac versatilis, sed ipsorum duntaxat loquentium esse testimonia.

Quod autem recentiorem ecclesiam graecanicam spectat, ei *Romanensium dogma de Purgatorio*, quod superstitiosum & erroneum idem adpellitat, vel maxime quidem invitus, adserit e grege Anglorum Protestantium *Thom. Smithus* in epist. de statu hodierno ecclesiae graecae, edita 1698. p. m. 139. sqq.

quae didicerant ab Haereſiarcha magiſtro ſuo *Gundulfo*, gente Italo, ſub an. 1025. reperti ſunt eum inter alios foviſſe, ac in pleriſque Galliarum dioeceſibus diſſeminaſſe errorem, qui vivorum ſuffragia piis animabus in Purgatorio laborantibus prodeſſe abnuit. Eos in carcerem conjecit celebratiſſimus ille eccleſiarum Cameracenſis, & Adtrebatenſis tum unitarum Epiſcopus Gerardus, ac ſubinde in Synodo dioeceſana damnavit, convicit, ad ſeriam hujus una cum ceteris erroribus revocationem perduxit (*o*).

X. *Flagellantes*, hoc nomine nuncupati, quod novo quodam religionis ſtudio ſe cruentis verberibus urbes paſſim agroſque obeuntes immiſericorditer dilacerarent, Peruſiae apud Italos primum exorti an. 1260., Authore incerto, vel ut nonnullis placet cum *Spondano* (*p*) Eremita quodam ſpectatae ſanctitatis *Rainerio*, vel pellice quadam flagitioſi Presbyteri (*q*) vel ut fortaſſe verius ſcripſit *Jacob. de Varagine* (*r*) authoribus hominibus *pauperibus & ſimplicibus in Tuſcia*; ac deinceps per univerſam Italiam, & pleraſque Europae provincias mirifice propagati, atque per bina ferme ſecula vigentes, hac extincti, illac repullulantes: haec itaque Flagellantium progenies hunc praeter alios perinde haereticos cooptavit errorem „ quod poſt „ hanc vitam non eſt aliquod animarum Purgatorium, quare defun„ ctos non juvant ſuffragia vivorum (*) „.

(*o*) Diſcimus hunc errorem ex cap. 9. & reliquam Gundulfianam cauſſam ex ceteris capitibus laudatae Synodi Adtrebatenſis ap. *Acher.* in ſpicileg. t. 13. a p. 1. edit. a. 1677.

(*p*) In cont. Baron. an. 1060. §. 12.

(*q*) Quod tradit *Bzov.* in cont. *Baron.* ad an. 1340. §. 24. cui perperam illigat initium Flagellantium.

(*r*) In Chron. de reb. Genuenſium cap. 6. ad an. 1261. cui praeter vulgatiſſimam Scriptorum opinionem Flagellantium natales conſignat, ap. *Murat.* de ſcript. rer. ital. t. 9.

ADNOTATIONES.

(*) I. HIC ordine XLIV. eſt in catalogo 1. articulorum haereticorum de ſecta Flagellantium, quem ex 4. lib. de conſolatione Eccleſiae *Lutzemburg.* exſcripſit ubi de haereſi Flagellantium; atque idem eſt ordine XLI. in conſimili XLIV. errorum indice, quem ex Chron. Sebaſtiani Franck recitavit *Rodolph. Hoſpinianus* de origine Monachatus l. 6 c. 30. p. m. 489. ſq. ubi inſolentiſſime, more ſuo, quo majorem eccleſiae Romanae invidiam conflet, Flagellantium ſectam inter regulares Monachatus ordines recenſet.

Sed in utroque tamen Authore, quem admodum & in ceteris plerumque Haereſeologis, atque Hiſtoricis ubi de erroribus Flagellantium pertractant, adcuratiorem criticen deſidero.

Quia enim, ut diſcere eſt ex eiſdem Hiſtoricis, aliud fuit illorum exordium, nempe innocuum, pium, ſanctum, ad veram de peccatis poenitentiam excitans; alius vero progreſſus & finis, vergens videlicet in fanatiſmum, ac in haereſes exſecrandas deſinens: quocirca & exordium bonis ut plurimum cum pietate ac plauſu exceptum eſt, progreſſus vero gravioribus ſaepe poenis coërcitus, immo exſtinctus; indeque tot fere ubique gentium id genus hominum ſocietates ſubciſivis temporibus repullulaſſe novimus.

Quin etiam Flagellantium in fanatiſmum jam prorumpentium nec ſidem ubique mores, nec eadem dogmata; nec enim omnes uno eodemque cujuſpiam univerſalis ſocietatis vinculo illigati, ſectae ſuae obibant munera; ſed unaquaeque, ut video, factio regulas ſibi praeſcriptas ſectabatur, in uno ferme

XI. *Pseudo-apostolici*, nec non *Henricus* & *Petrus de Bruis* idem de

me duntaxat cum ceteris quibusque consentiens, nimirum in publica, cruentaque cum certo ritu Flagellatione.

Heinc videris, aliter de Flagellantibus Italis, aliter de Germanis, Bohemis, Gallis, Ungaris, Britannis, Graecis, immo secus ac secus de iis vicissim, qui in diversa tempora inciderunt, ceu opposita inter se dogmata profitentibus, Historiographos disseruisse notum est. In testes adhibeo mox cit. *Jac. de Varagine*, Ferrariensem *Ricobaldum* in hist. Imperat. ad an. 1261. ap. Murat. de script. rer. ital. t. 9. *Monachum* S. Justinae Paduanae in Chron. ab Urstisio luce donato 1585., ad an. 1260. *Aventin.* in Annal. Bojorum l. 7. *Siffrid.* in epit. hist. l. 2. ad an. 1261. *Albert. Argentinensem* ad an. 1349. in Chron. quem exscripserunt *Naucler.* generat. 45. & *Crantz.* in VVandal. l. 8. c. 28. & in Metrop. l. 9. c. 44. *Chronic. Parmense* ad an. 1260. & *Franc. Pipinum* Ord. Praed. in Chron. c. 36. quos habes ap. *Murat.* de script. rer. ital. t. 9. *Gerson.* in tr. contra sectam Flagellantium se, in C. Constant. conscripto 1417. in par. 1. operum t. 2. a col. 660. edit. Dupinianae 1706.

Ex iis autem ceteri recentiores quae nobis in hanc retulerunt rem ut plurimum mutuati sunt: ut puta *Spondan.* & *Hospinianus* citt. *Nat. Alex.* ad Sec. XIII. & XIV. ubi de Flagellantib. *Boilaeus* in hist. Flagellantium c. 9. ac *Thiers* in critice ejusdem historiae sparsim, & ex Haereseologis *Lutzemb. Castrus*, *Prateol. Pluchet.* in Flagellantibus, *D'Argentr.* denique t. 1. ad an. 1349. p. 361. sqq. qui plurium insuper Authorum documenta profert, recitatque Bullam, qua Clemens P. VI. Flagellantium sectas quasque proscripsit, ceu plerisque erroribus vel certo, vel ex prudenti suspicione infectas, ex *Trithem.* in Chron. Hirsaug. ad an. 1348.

Jam vero non nisi injuria, atque diligentis & perspicuae critices defectu, qui unius sub certa tempestate gliscentis sectae errores erant, singulis quibusque generatim Flagellantibus tribuuntur. Authorum porro erat ea quae recitant falsa dogmata, vel certae singillatim factioni adscribere, vel *aliquibus* duntaxat indeterminate Flagellantibus, minime universim *omnibus*.

Quod enim signanter articulum heic propositum, Purgatorio adversum spectat, Germanam factionem reperio, quae ad an. 1349., quo potissimum Flagellantium denuo erumpentium haereses ingruebant, sanctum dogma expresse tenuit, si qua fides *Albert. Argentinensi* ap. cit. *Naucler.*

Quippe qui haec enarrat de quibusdam Flagellantibus, tum circulum facientibus, ut ait, in civitate Spira „ Omnes genuflexi „ in modum crucifixi in facies suas corruerunt, tum singulturantes, & transierunt „ juxta circulum magistri monentis eos ut „ orarent ad Dominum pro clementia super „ populum, item super omnes eorum benefactores & malefactores, & omnes peccatores in Purgatorio exsistentes „.

Ad haec, de actis primaevorum saltem Flagellantium non nisi sanctissima quaeque citati produnt Authores, ducibus praesertim citt. *De Varagine* ac *Siffrido*. Quin etiam plerisque illorum coetibus iidem praeerant Episcopi; tum aliis & Presbyteri, & Monachi, & Principes, & Magistratus plane orthodoxi, & per plures vitae inculpatae, ac pietate insignes viri nomen dabant. Ecquis autem ejusmodi Flagellantium societatibus immanes illos errores fidei adversos cordate adpinxerit?

Ego quidem sic arbitror, ut qui ab laudatis *Lutzemburgo* & *Franckio*, ceterisque vulgo scriptoribus adscribuntur cunctis universim Flagellantibus, non ad primos, sed ad posteriores jure pertineant; immo ex iis ad eos unice vel praecipue, qui cum Lollhardis, Beguinis, aliisque Belgii ac Thuringiae pestibus foedus tandem aliquando inierunt an. circ. 1350. nec multo post in Gallias, aliasque provincias pervaserunt: id quod mihi discere videor ex *Theodorico Urie* in hist. C. Constant. dist. 13. & ex cit. tractatu *Gersonii*.

Itaque ne cum adlegatis Scriptoribus consimilem incurramus notam, quandocumque occurrerit sermo de erroribus, qui cunctis generatim Flagellantibus hucusque adfigi consueverunt, nobis singillatim expressa erit oratio de *Novatoribus Flagellantibus*, non secus ac alias penes *Novatores Armenos* perpetuo nobis observatum est.

II. De flagellatione sui ipsius ad sancte coërcendos carnis adsultus, hac occasione adrepta, ut nonnihil cursim adnotemus eruditionis gratia; originem illa traxisse fertur ex S. Dominico Eremita, quem Loricatum vocant, primo ejus authore, vita functo 1061. A nonnullis tamen adversariis oppugnata, vindicem adepta est & egregium propagatorem

de Purgatorio dogma repudiarunt (*s*) tum *Albigenſes* (*t*) *Cathari* etiam & *Waldenſes*, vulgo Pauperes de Lugduno (*u*) quos ſequuti ſunt *Waldenſes Pedemontani* (*x*) alii itidem *Cathari Albigenſes*, *Bagnolenſes* & *Concoretiani* (*y*) quibus apud nonneminem, fere penitus conſentiente *Coccio* (*z*) *Joan. Wicleffus* adnumerandus venit (*).

rem S. Petrum Damianum Dominico ſynchronum. Lege ipſum *Damianum* epiſt. 27. ad Petrum Cerebroſum Monach. & epiſt. ad Blancam, ſeu opuſc. 50. c. 14.

Tum deinceps flagrorum cruciatum improbavit ſummopere laudat. *Gerſon.*, at probaſſe videtur S. *Vincentius Ferrerius*, ut liquet ex epiſtola ejuſdem Gerſonis ad S. Vincentium, fere proxime praemiſſa citato tractatui Gerſoniano col. 658. ſq.

Hunc exceperunt Proteſtantes, qui cum cit. *Hoſpiniano* l. 6. de orig. Monach. c. 30. p. 491. & l. 2. c. 4. p. 40. pium eum ritum, orthodoxis jam omnibus vulgo probatum, tanquã ſuperſtitioſiſſimum more ſuo refellunt. Sed eos tamen acriter profligavit *Gretſerus* noſter libris 3. de ſpontanea diſciplinarum ſeu flagellorum cruce.

Noſtra demum aetate in eam piam conſuetudinem inſurrexit cit. *Boilaeus* Doctor Sorbonicus, quem critice ſua perſtrinxit adductus *Joan. Baptiſta Thiers* S. Theologiae Doctor, cui denique ſuppetias tulit laudat. *D'Argentr.* p. 369. Nec quid ultra, quod ſciam, inter noſtrates Theologos, aut Criticos de hac controverſia.

(*s*) Ap. S. *Bernard.* ſer. 66. in cant. & epiſt. 240.

(*t*) Ex *Caeſar.* l. 5. dial. c. 21. quem nonnulli Haereſeologi exſcripſerunt.

(*u*) Ap. *Monetam* Ven. in tr. adverſus Catharos & VValdenſ. l. 4. c. 9. §. 2. ſecundum editionem a V. C. *Richinio* procuratam & illuſtratam.

(*x*) Inſtituti doctrina contra Purgatorium VValdenſium veterum, reperta in libro quodam de Anti-Chriſto de an. 1126. ap. *Leger.* in hiſt. gener. eccleſ. VValdenſ. l. 1. c. 15. p. 83. ſqq.

(*y*) Ex *Peregr. Priſciano* ap. *Murat.* antiq. ital. t. 5. diſſ. 60. col. 95.

(*z*) In theſ. t. 2. l. 7. art. 5. ad an. 1390. ex iis, quae perobſcure idem tradit in lib. de orat. c. 3.

ADNOTATIO.

(*) MErito tamen repugnant *Caſtrus* art. *Purgatorium*, & cit. *Bellarm.* l. 1. de Purgat. c. 2. quoniam nec *C. Conſtantienſe*, quod ejus dogmata retulit & proſcripſit, nec *Th. Valdenſis*, qui omnes ejus errores ſedulo inveſtigavit, impugnavitque, eum, de quo eſt ſermo, ipſi impegit. Addo: Haereſiarches ſanctum dogma ut certum adſeruit ubi inter 260. erroneos articulos, ex ejuſdem commentariis excerptos a Jo. Lucke in Oxonienſi Academia Theol. Baccalaureo, haec habet de Teſtamentis verba faciens „omnes exſiſtentes in Purgatorio communicative participant merita Eccleſiae militantis „ proportionaliter ſecundum ſuam capacitatem &c. „ Quin & idem diſerte docuit dialog. l. 2. c. 22. ubi „ Eccleſia dormiens eſt „ praedeſtinati in Purgatorio patientes „ & c. 40. „ quum multae animae ſint interim in „ Purgatorio expiandae „ &c.

Conf. *Orthuinum Gratium* in faſciculo rer. exſpetendar. & fugiendar. in 2. edit. Londin. t. 1. p. 266. & ejus exſcriptorem *D'Argentreum* in collect. judic. t. 1. ubi de VVicleffi errorib. p. m. 38.

Laudatus *Caſtrus* videtur Lutzemburgum corripere, quod in opuſculo de Purgatorio, catalogo haereticorum adjecto, hunc VVicleffo errorem, & unus ipſe ſingularis, impingat. Ceterum non VVicleffo, ſed VVicleffitis errorem Lutzemburgus impegit, ſic loquens in laudato opuſculo §. 1. „ſubceſſive „ VVicleffitas & Huſſitas Satanas in hoc er„ rore involvit„ quod recte adnotavit, ſincereque fere exſcripſit *Bellarm.*

Et ſaepe quidem valde diverſa ſunt Haereſiarcharum dogmata ab iis quae poſtmodum ſui diſcipuli, eorum cognomina retinentes, ſibi definienda ſtatuerunt. Sic enim e. g. multa docuerunt Pelagiani, multa Almaricani, multa Lutheranici, multa poſteri Calviniſtae, quae nec Pelagius, nec Almaricus, nec Lutherus, nec Calvinus, eorum Authores & Patres excogitarant.

Et

XII. *Joan. Huſs* in eundem incidit errorem apud laudatum *Lutzemburgum*, ut author eſt *Caſtrus* idem proxime adpellatus.

Sed enim ibidem rurſum fallitur hic Author; eum quippe errorem Lutzemburgus non Huſſo, ſed *Huſſitis*, Huſſi adſectatoribus adjudicat, qui illum plane profeſſi ſunt, quemadmodum diſertis verbis teſtatus eſt *Pius* P. II. primum *Aeneas Sylvius* (*a*) (*).

XIII. *Pro-*

Et vero dum adcuſo praecipitem Caſtri lectionem in opuſculo Lutzemburgi, nolim hunc excuſare ubi vocat VVicleffitas hujus criminis reos; licet enim ejuſmodi fortaſſe fuerint quum jam vita functo VVicleffo, in Anglia VVicleffiſmus effervebat at de eo tamen reatu ex iis documentis, quae viderim, minime conſtat.

(*a*) In hiſt. Bohem. c. 35.

ADNOTATIO.

(*) *Bellarmino* proxime adducto, quod mireris, vitus eſt laudatus Sylvius confundere Huſſitas cum VValdenſibus; quum tamen expreſſe ferat de Huſſitis, quod *impiam VValdenſium ſectam atque inſaniam amplexi ſunt*, moxque cooptatas VValdenſium haereſes recitat, & illam ſignanter quod *Purgatorius ignis nullus inveniatur*.

Haud igitur Sylvius Huſſitas cum VValdenſibus confundit, ſed adfirmat perſpicue, Huſſitas VValdenſium errores ebibiſſe. Sylvio quoad Huſſitarum errorem in Purgatorium ſubſcribunt plurimi cum *Lutzemb.* in catalogo, etiam in Huſſitis, *Prateol.* in Huſſitis *Gotto* proxime laud.

Enim vero nec omnes Huſſitae errorem illum profeſſi ſunt, ſed *Thaboritae*, qui, duce *Joanne Ziſca*, Huſſi erroribus verbo & armis tenacius retentis, hunc & alios addiderunt; quos tamen alii Huſſitae Thaboritarum hoſtes confutare tenebantur, ex edicto ſuae Pſeudo-ſynodi Pragenſis ſub an. 1421. 7. Julii coactae. Conf. *Cochlaeum* ac *Sylvium* in Hiſtoriis Huſſitarum.

Quod vero Bohemi Huſſitae ex Huſſo Authore errorem iſtum didicerint, ut ſentire videtur laudatus *Caſtrus*, & poſt eum citatus *Gottus*, ex nullo, quod viderim, documento conjicere licet; ac minime quidem ex eo quod illum Sectarii poſteri tenuerint, colligitur certo fuiſſe doctum ab eorum Authore, ut nuper in eundem Caſtrum diſſerebamus.

Quid? quod ex Huſſianae Haereſeos hiſtoriographis ediſcimus, quod Huſſus in id potiſſimum intenderit, ut doctrinam VVicleffi, quem ut virum coeleſtem colebat, ſpargeret ac tueretur; haec vero errorem in Purgatorium non praeferebat. Adde, quod nec error idem a Conſtantienſibus Patribus Huſſo fuit adfixus.

Idem profecto Haereſiarches adhuc dum in vivis ageret hujuſce antidogmatis ab adverſariis incuſatus eſt. Huſſus etvero ſuimet vindicem non ſemel egit in duobus commentariorum voluminibus edit. 1715.

Sic enim vol. 1. in ſerm. de elucidatione fidei ſuae p. 64. „ Rogo piiſſimum Jeſum „ Chriſtum, qui vere poenitentibus non de„ negat gratiam, ut dignetur illis culpam „ dimittere, qui de me dicunt, vel dixerunt „ privatim vel publice, quod ego negarem „ ſanctorum ſuffragia, & reſpectu viantium, „ & reſpectu in gratia mortuorum „.

Sic in diſp. adverſus Indulgentias papales p. 229. „ Poſitis indulgentiis papalibus a „ poena & a culpa, ut praemittitur, vide„ tur quod poteſt Papa Purgatorium deſtrue„ re „ Videlicet illis poſitis „ nullus veniet „ ad Purgatorium, quo dato, omnes vigi„ liae, Miſſae defunctorum, oblagia, lar„ gae eleemoſynae, anniverſaria, omnia „ alia ſuffragia . . . pro hujuſmodi hominibus „ forent fruſtra &c. „

Sic in tr. de Eccleſia c. 2. p. 245. explicans partitionem Eccleſiae in tres particulares, de ſecunda inquit „ Eccleſia dormiens „ eſt numerus praedeſtinatorum in purgato„ rio patiens. Et dicitur dormiens, quia „ ibi exſiſtens jam beatitudinem non prome„ retur, eo quod Dei praeveniente & juvan„ te gratia, in praeſenti meruit, ut poſt ſa„ tisfactionem purgatorii in patria praemie„ tur „.

Sic in tr. de Corpore & ſanguine Domini, quem Conſtantienſi in carcere lucubravit, c. 4. p. 50. inter alias cauſſas aut rationes, vel potius effectus, quibus obtinendis par ſit

ad

XIII. *Proteſtantes* ad unum, Patres ſuos, avos & proavos conſectati, (ſi *VVicleffum* excipias & *Huſſum*, qui, ut vidimus, cum Eccleſia orthodoxa ſanctum dogma ſaepe numero profeſſi ſunt) in eodem luto uſque dum haerent. Adeo ut *Eilbrachtius* (*b*) muſſitarit „ purgatorium „ eſſe blaſphemum & exitiale Sathanae commentum, quod miſericor„ diae Dei contumeliam irroget, & fidem noſtram evertat „ *Calvini* utique veſtigia premens, hunc in modum inſuſurrantis (*c*) „ Clama„ dum ergo non modo vocis, ſed gutturis ac laterum contentione, „ purgatorium exitiale Sathanae eſſe commentum, quod Chriſti cru„ cem evacuat, quod contumeliam Dei miſericordiae non ferendam „ irrogat, quod fidem noſtram labefacit & evertit „.

Cui tamen perbelle repoſuit doctiſſimus ille *Horantius* (*d*) „ Cla„ mabis tu ſola vocis, ac gutturis & laterum contentione, non fidei „ zelo, non veritatis amore : contra clamat univerſa ſanctorum Ec„ cleſia, clamavit ſemper, & perpetuo clamabit „ Docet videlicet Proteſtantium ſchola, ex ſumma Dei benignitate, & ex copioſa Chriſti redemtione ac ſatisfactione, homini remiſſa culpa, luendum ſupereſſe nihil : quo circa ſanctum Purgatorii dogma putidum commentum dicunt, ſuis multo potius recentiſſimis cogitationibus fidentes, quam eccleſiaſticae omnium retro Seculorum traditioni.

Ita quidem omnium, reor, primus & anteſignanus *Martin. Lutherus*. Hic enim tametſi purgatorium in percelebri illa Lipſienſi Jo. Eckii cum Luthero & Carolſtadio ad an. 1519. ſub Junio & Julio diſputatione catholice faſſus ſit, at pleriſque tamen admixtis erroribus. Adſeruit deinceps 1.° nequit purgatorium ex Scripturis probari (quum tamen in praefata diſputatione (*e*) conceſſerit, in ſacro codice de eo fieri mentionem, admiſeritque lubens ex 2. *Machab.* 12. *τὸ ſancta eſt & ſalubris cogitatio pro defunctis orare*) (*f*) ... 2.° animae in purgatorio de ſalute obtinenda ſecurae non ſunt ſaltem omnes: nec probatum eſt ullis aut rationibus, aut Scripturis, ipſas eſſe extra omnem ſtatum merendi, aut augendae caritatis (*g*) ... 3.° abſque intermiſſione peccant dum poenas horrent, & requiem quaerunt (*h*) ... 4.° quae liberantur per Eccleſiae ſuffragia, minus ac ſi per ſeſe feciſ-

ad Euchariſticam communionem adcedere, hos indicat: per eam „ liberari a poena pur„ gatorii, quam deberet homo pati „ & ipſam inſuper communionem „ prodeſſe vivis & „ mortuis „.

Sic demum volum. 2. in ſerm. de exſequiis ſeu ſuffragio mortuorum p. 77. inter laudabiles exſequiarum cauſſas hanc tertiam adhibet „ ut devotius orando pro mortuis, „ dormienti Eccleſiae, id eſt ſanctis in pur„ gatorio adjutorium impendamus „. Subinde vero in decurſu ſermonis & receptaculum purgatorii adſerit, & de ſuffragiis pro animabus in eo laborantibus fuſius & ſapienter differit. Haec quidem Huſſus ſui interpres & vindex.

(*b*) Epanorth. c. 15. p. 109. ap. *VValenburchios Fratres* t. 2. tr. 5. c. 1. p. 270.

(*c*) Inſt. l. 3. c. 5. ſect. 6. p. m. 175.

(*d*) Locor. cath. l. 5. c. 29.

(*e*) Apud *Cochlaeum* de hac re conſulendum in comment. de act. & ſcript. Luthe. ri ad an. 1519.

(*f*) Eſt Prop. XXXVII. ex damnatis a Leone P. X. in Bulla *Exſurge Domine*. 1520.

(*g*) Eſt Prop. XXXVIII.

(*h*) Eſt Prop. XXXIX.

ciſſent ſatis, beantur (*i*) . . . 5.° nullam poenam exigit Deus remiſſa culpa, quam Sacerdos poſſit tollere vel minuere, quia talis poena ſecundum divinam juſtitiam debita, nulla eſt (*k*) . . . 6.° ſententia eſt Apoſtoli poenam & culpam ſimul finiri (*l*) . . . 7.° Manifeſtus eſt error Miſſam adplicare, ſeu offerre pro defunctis (*m*). Tandem aliquando purgatorium in futuro ſeculo omnino ſuſtulit, adfirmans illud hac in vita & in morte duntaxat eſſe, quatenus horror & poena mortis purgat ſi quid purgandum ſupereſt (*n*) (*).

Hoc ſubinde poſtremum Lutheri placitum, quod purgatorium immani errore penitus aufert, cooptarunt ejus gregales, ceterique poſteri, & ſcriptis paſſim mandatum mordicus ſuſtinuerunt adverſus Romanam Eccleſiam. Puta *Centuriatores* (*o*) cum reliquis *Lutheranis rigidis*, & *Phil. Melanchon* (*p*) cum ſuis *Lutheranis mollibus*. Quibus adceſſerunt *Brentius* (*q*) *Bernard. Ochinus* (*r*) *Zwingliani* plurimi (*s*) *Anabaptiſtae Trinitarii* (*t*). Haud

(*i*) Eſt Prop. XL.

(*k*) Hanc & aliam 3.° loco poſitam, inter alias perplures in Luthero proſcripſit Facultas Theol. Academiae Lovanienſ. Conf. cit. *D'Argentr* t. 1. p. 360. col. 2.

(*l*) Iſtam ex lib. Lutheri de captiv. babyl. excerptam damnavit Facultas Sorbonica ceu contumelioſam in Paullum, falſam, impiam & in Spiritum S. blaſphemam ap. cit. *D'Argentr.* p. 370. col. 2.

(*m*) Hanc ex eodem excerptam libro confixit ceu haereticam eadem Sorbon. Facultas, eodem teſte *D'Argentr.* p. 367. col. 2.

(*n*) In hanc recidunt Prop. IV. ex damnatis a Leone X. & Prop. VI. & VII. ex depromtis e lib. captiv. babyl. & confixis a Facultate Sorbonica ap. laud. *D'Argentr.* tit. XI. de Purgat. p. 372. col. 2.

ADNOTATIO.

(*) SUſpicor equidem, Lutherum jam tum animo expreſſam foviſſe, aut ſaltem concepiſſe ſimpliciter haereſim exiſtentiae Purgatorii adverſam, quum an. 1521. illam conſcripſit *ex Eremo*, *die omnium Sanctorum*, ut idem ait, de abroganda miſſa privata ſententiam, ſummopere exſecrandam, diriſque omnibus devovendam.

Ibi ſiquidem ad p. 458. in t. 2. oper. edit. Jenenſ. 1600. adſerit primum „ Miſſam „ pro vivis ſolum eſſe inſtitutam „ ſubinde eam animabus Purgatorii ſuffragari negare debuit. Statim deinde inſurgens adverſus S. Gregorium, quod „ in dialogo ſcribat, „ Paſchaſium & alios mortuos adparuiſſe, „ ſuffragia poſtulaſſe & reſponſa dediſſe „ ſic ſtatuit „ Tutius itaque fuerit totum purga„ torium negare, quam Gregorio hoc loco „ credere; quod heic ſit periculum erroris, „ illeic nullum periculum „ Diſerte itaque cenſuit Haereſiarches exiſtentiam purgatorii abſque ullo erroris naevo poſſe reſpui.

His addi ſolet cum *Bellarm.* & *Cocio* famoſum illud pro iſta haereſi teſtimonium ab effato Lutheri ad VValdenſes, vulgo *Picardos* ſeu Pedemontanos petito in libro vel epiſtola ad ipſos, ubi ajebat „ Quum negatis „ purgatorium, damnatis Miſſas . . . per „ omnia etiam probo „.

Sane impium opuſculum evolvere non licuit. Suſpicor vero, illud in ea ſitum eſſe praefatione, quam Pedemontani VValdenſes ſuae confeſſioni fidei de an. 1533. praefixerunt; quippe quae ipſorum doctrinam & dogmata, inter quae illud erat de commentitio Papiſtarum purgatorio, magnopere commendat: id quod edicimus ex *Legero* in hiſt. gener. eccleſiae eorum VValdenſ. l. 1. art. 20. p. m. 104.

(*o*) Centur. 1. & 4. l. 2. c. 4.

(*p*) In locis ubi de ſatisfactione p. m. 440. edit. Lipſ. 1553.

(*q*) In confeſſ. VVittemberg. cap. de purgatorio.

(*r*) In dial. de purgator.

(*s*) Colligitur ex cap. 5. decreti Helvetiorum contra dogmata ab eis defenſa ap. cit. *Cochlaeum* ad an. 1526. verſus fin.

(*t*) In commentariis, quos ediderunt 1567. l. 2. c. 1. ut innuiſſe mihi videtur cit. *Bellarm.* de purgat. l. 1. c. 2.

Haud minus ardenter antidogma defendendum ſuſcepit *Calvinus*, qui (*u*) praeter alia, haec inſolenter effutiebat „ Quod ſi proxima diſputatione pluſquam perſpicuum eſt, Chriſti ſanguinem unicam eſſe pro fidelium peccatis ſatisfactionem, expiationem, purgationem; quid ſupereſt, niſi purgatorium meram eſſe, eamque horribilem in Chriſtum blaſphemiam? Praeterea ſacrilegia, quibus quotidie defenditur (noſtratibus nempe Polemicis, a quibus idem ſycophanta paſſim pro merito vapulat) offendicula, quae in religione parit, aliaque innumera, quae ex tali impietatis fonte prodiiſſe conſpicimus „. Et ducem quidem *Calvinianus* totus grex conſimili ardore aemulatus eſt cum *Vermilio* (*x*).

Addito ex utraque promiſcue *Schola Lutherana* & *Calviniana*, ut ceteros mittam, plurium inſtar, *Ameſium* (*y*) *Crocium* (*z*) *Calixtum* (*a*) *Perkinſium* (*b*) *Pareum* (*c*) *Scheiblerum* (*d*) *Balthaſ. Cellarium* (*e*) *Aegid. Hunnium* (*f*) *Jo. Hülſemannum* (*g*) *Jo. Dallaeum* (*h*). Quibus demum adjiciendae ferme pleraeque omnes *fidei Confeſſiones* ab eccleſiis pene cunctis veterum, juniorumque Proteſtantium profectae, in corpore ac ſyſtemate hujuſmodi Confeſſionum contentae (*i*).

XIV. *Novi Aëriani, Auguſtino-Bohemi, VValdenſes neoterici*, ceu diſtinctae, diverſaeque ab expoſitis factiones, inter hoſtes Purgatorii recenſentur *Joſepho de Turre* (*k*).

XV. *Jacobus* Rex Scotiae VI. & Angliae I. qui regnabat an. 1606., alios inter errores, pluraque paradoxa typis commiſſa, Purgatorium & ſuffragia pro defunctis irridebat, inquiens (*l*) „ Jam Purgatorium, jam illa frivola, quae id commentum conſequuntur, indigna exſiſtimo, in quibus opera ac tempus impendatur. Sane Bellarminus nullum ei ex Scripturis fundamentum adſtruere potuit (*m*) (*) „.

Ad

(*u*) In cit. l. 3. inſt. c. 5. ſect. 6.

(*x*) Expoſit. in 1. Cor. 3.

(*y*) In Bellarmino enervato in librum 1. de purgat.

(*z*) In *Anti-Becano* ubi de purgat.

(*a*) Diſſ. de purgat. theſi 19. & alias.

(*b*) In catholico reformato controv. 17. & alibi.

(*c*) Commentar. in 1. Cor. 3. 12.

(*d*) In confeſſ. Helvetica poſter. art. 26.

(*e*) Diſput. theolog. de purgat. a p 294. ap. faſciculum alias cit. edit. 1692.

(*f*) Diſp. de purgat. Pontificiorum ibid. p. 401. ſqq.

(*g*) Diſp. conſimili de purgat. Pontif. ibid. a p. 426.

(*h*) In libris ſeptem de poenis & ſatisfactionibus humanis, ubi potiſſimum de Purgatorio.

(*i*) Earum ſyllabum recitamus *infra* in Tom. V. interim ſi lubeat eas vide ap. adlegatum *Corpus & ſyntagma confeſſionum fidei*, Genevae nova editione vulgatum 1654.

(*k*) Alias cit. in catal. Haeret. recent. ad Sec. XVI. ubi de hujuſmodi Acatholicis. Hic tamen Author pro adſertis id genus Scriptorem ſaepius parvae authoritatis laudat, aut nullius.

(*l*) In monitoria Praefatione Apologiae ſuo nomine editae, ab ejus Sacellano lucubratae, pag. 46. ap. *Bellarm.* in Apolog. pro reſponſione ſua ad librum ejuſdem Jacobi Regis, cap. 1. §. *Scribit*.

(*m*) Haec recitat, & paucis egregie confutat *Bellarmin.* cit. cap. 8. §. *Poſt crucem*, ſqq. Eum conſule, ſimulque *Suarez.* & *Becan.* in ſuis apologiis adverſum praefatam monitoriam Praefat. ubi de dogmate Purgatorii.

ADNOTATIO.

(*) INgentem Erronum ex orthodoxis Doctoribus in ſanctum dogma ſeriem ne recenſere pergamus, aequum pro inſtituto noſtro brevitatis ſtudium jure vetat.

Lo-

Ad extremum circa Gehennalem Infernum

I. *Cain*, Protopalaftae Adami primogenitus, ſummae impietatis incuſatur, quippe qui in Deum O. M. fratris Abelis munera, minime vero ſua grato animo recipientem ira percitus blaſphemans aeternas futuri ſeculi poenas negarit, pluraque dogmata. Siquidem ad illa verba ex *Geneſ.* 4. 8. *Dixit Cain ad Abel fratrem ſuum, egrediamur foras; quumque eſſent in agro, conſurrexit Cain adverſus fratrem ſuum Abel & interfecit eum*, apud *Judaicum Targum*, ſeu *Paraphraſim Chaldaeam Hieroſolymitanam* (*n*) introducitur Cain in haec verba fratrem adloquens „ Cui reſpondit Cain, non eſt judicium, neque judex, non ſeculum aliud, nec merces bona pro juſtis, nec poena „ pro impiis; nec Dei miſericordia creatus eſt mundus, nec Dei miſericordia regitur, eo quod ſuſcepta eſt oblatio tua cum beneplacito, mea autem non eſt ſuſcepta cum beneplacito „. Eamque lectionem adprobavit, tenuitque *R. Jonathas* (*o*).

Et quidem *Cajani* exorti an. circ. 159., qui propterea fortaſſe Cainum ceu authorem ſectae ſuae exſecrandae magnopere coluerunt, *in via Cain abierunt* (quod in ſumme impios declamat in epiſt. canonica *S. Judae* ℣. 11.) idem cum ipſo ſceleriſſime ſentientes: quippe qui & Legem & Legis authorem Deum blaſphemarunt, & carnis reſurrectionem abjecerunt (*p*) ut cetera mittam immaniſſima eorum ſcelera, nunquam ſine ſcandalo & animi horrore non recenſenda. Ea quaerenti dabunt veteres *Haereſeologi* (*q*).

II. *Ethnici Philoſophi* atque *Poëtae*, revelatae fidei lumine deſtituti, cunctis ferme aetatibus, dogma iſtud vel non agnoverunt, vel neſcientes oppugnarunt; nonnullis tamen exceptis, qui, natura ductante, futuras poſt hanc vitam poenas ſontibus ſtatuerunt, quales plerique feruntur poſtmodum ubi de CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS, indicandi (*r*).

Itaque *Ethnici* ſapientes haud infrequenti opinionum conſenſione Ge-

Eos cupienti abunde dabit ex authenticis documentis, & ab ſacra Facultate Sorbonica ut plurimum notatos, cit. *D'Argentr.* in collect. judic. tomis 2. & 3 ſparſim. Ubi quidem nonnullos animadverteris cum articulis Luthericis pene conſentientes, & alios nova paradoxa, immo errores novos procudentes; nec raros plane ab explicitis mentis erroribus profeſſione publica revocantes animum.

(*n*) Eam recitat *La Haye* in citat. Geneſeos locum, ac primum laudaverat *Fevardent.* in expoſit. in epiſt. Judae ad ℣. 11 ni fallor.

(*o*) In eum Geneſis locum ap. cit. *La Haye*.

(*p*) Ex *Auguſt.* haer 18.

(*q*) Nimirum *Philaſtr.* c. 2. *Epiphan.* haer. 18. *Iren.* l. 1 c. 35. *Clem. Alex.* l. 7. ſtrom *Theodoret.* l. 1. haer. fab. c. 15. *Author* adpendic. de haereſibus ad l. de praeſcript. Tertull. c. 47. quibus adde Interpretes libri S. Auguſtini de haereſib. *Danaeum* & *Cozzam*, qui ad hanc haereſim 18. rem pene exhauriunt.

(*r*) Conferendi interea *Plato* l. 10. de rep. ſub fin. *Clem. Alex.* in Protrept. & 5. ſtr. c. 1. & 6. *Tertull.* in l. de Anima c. 50. & in Apolog. c. 48. *Lactant.* inſt. l. 7. c. 21. *Arnob.* l. 2. n. 10. *Theodoret.* xi. contra Graecos ante med. *Jamblich.* de ſecta *Pythagorica*, *Euſeb.* de Praepar. l. 12. c. 3. *Eugubin.* de peren. Philoſ. l. 10. c. 8.

Gehennam ut fabulam repudiarunt; addebantque, adſertum illud de Inferorum ſuppliciis eſſe merum commentum poëticum, ad pravos homines in officio continendos, deterrendoſque a patrandis ſceleribus excogitatum (*s*).

Quod ſi lubeat ex illis unum aut alterum audire, adeas *Ovidium* ubi *Pythagoram* ex ſyſtemate perpetuae ejus μετεμψυχωσεως cunctis futurae diſſerentem inducit (*t*) *T. Lucretium Carum* (*u*) *M. T. Ciceronem* (*x*) *L. Ann. Senecam* (*y*) *D. Jun. Juvenalem* (*z*) *Plinium* (*a*) *Lucianum* denique Samoſatenſem (*b*).

Iis rurſum adnectendi *Anonymi*, qui orthodoxa dogmata gehennam concernentia, variis ducti momentis, adrodere perrentarunt. Ut puta qui aetate Juſtini Martyris ponentes hominis animum immortalem & incorporeum, hoc ipſo nec poenas poſt hanc vitam, ſi quid mali fecerit, daturum exiſtimabant; pati enim nequit, ajebant, quod incorporeum eſt (*c*).

Sed & alii poenarum aeternitatem perfrequenter oppugnarunt; quibus utique durum ac perridiculum viſum eſt cum *Porphyrio* (*d*) tantulae morae culpas infinito plecti ſupplicio: quod quidem in cauſſa fuit, cur veteres Patres nodum illum ſaepe ſaepius agitarint, diſſolverintque (*e*).

Aſiaticos inter Philoſophos, *Japones* Xekianae doctrinae ſectatores tale habuerunt de poenis gehennalibus ſyſtema, ut faterentur, eis pravos pro conditione criminum & occaſione virtutis exſercendae atque neglectae cruciari, minime vero aeternum (*f*).

Arbitrati ſunt *Saracenici* Philoſophi, cum *Algazel* & *Avicenna* (*g*) peccatoribus hanc ſolam poenam in Inferno reddendam, quod nempe per meram ultimi finis privationem crucientur. Addidit vero Avicenna, quod praeterea per corporum ſimilitudines torqueantur, non ſecus ac homo in ſomnis per hujuſmodi ſimilitudines in phantaſia excitatas ſaepe angitur & cruciatur.

Idem praeterea Algazel (*h*) ita ſuos credere contribules Mahomedicos jubet „Ex igne gehennali exituri ſunt tandem illi qui unum „Deum confeſſi fuerint, poſtquam poenas delictorum dederint, adeo

(*s*) Ap. *Tulli.* l. 1. de nat. deor.

(*t*) Metamor. l. 15. verſ. 153. ſqq.

(*u*) De rerum natura l. 3. verſ. 979. ſqq.

(*x*) In Tuſcul. diſpp. l. 1. de contemnenda morte, fere ſub med.

(*y*) L. de conſolatione ad Marciam c. 19.

(*z*) Saty. 2. verſ. 149.

(*a*) Hiſt. nat. l. 2. c. 63. ſub fin. p. 105. edit. Harduini.

(*b*) In diſcurſ. de luctu ſub init.

(*c*) Conf. *Juſtin.* in dial. cum Tryph. ſub init.

(*d*) Ap. *Auguſt.* epiſt. olim 49. quaeſt. 4.

(*e*) Lege *Chryſoſt.* hom. 37. in Joan. & 9 in 1. Cor. *Auguſt.* proxime cit. & 21. civ. c. 11. vulgatum *Cyprian.* ſerm. de reſurr. Chriſti ſub fin. *Alger.* l. 2 de Eucharc. c. 7. & l. 2. de remiſſ. peccat. c. 21. *Bernard.* epiſt. 253. Adde quae in hanc rem nos *infra* tempore differemus.

(*f*) Conf. cit. *Brucker* tom. 5. p. 819.

(*g*) Ap. *S. Th.* qui illum refert 3. contra gentil. c. 145. n. 4. ſub fin., iſtum vero in 1v. ſent. diſt. 43.

(*h*) Ap. *Pocokium* in Porta Moſis, referente cit. *Bruck.* t. 3. ubi de nat. & indole philoſophiae Saracenicae p. 172.

„ ut ex Dei gratia non permanſurus ſit in gehenna quiſquam, qui „ unum Deum confiteatur „. Id ipſum tenuiſſe videntur pleraeque Mahumedanorum ſectae apud *Dan. Claſenium* (*i*) tum apud *Abraham. Ecchellenſem* plura in hanc rem differentem (*k*). Et hanc quidem inter orientales philoſophos vulgatiſſimam fuiſſe doctrinam, ibidem *Bruckerus* teſtatur (*). Ab iis tamen excipienda *Jahmianorum* ſecta, quae,

(*i*) Conſulendum in Theol. gentili l. 2. c. 2. §. 13.
(k) In hiſtoria Arabum cap. 18. p. m. 244. ſq. edit. Pariſ. 1651.

ADNOTATIO.

(*) ERgo ne Inferni Mahumedani ſupplíciis finis erit? Haec porro aeterna interdum adſeruntur ab pſeudo prophetа in Alcorano. Sic enim e. c. in Sura 2. n. 81. ex interpretatione *Marraccii* „Hi (ſcilicet Idololatrae) erunt ſocii ignis, ipſi in „ eo perenniter manſuri „ & Sura 11. n. 107. & 108 „ Porro qui infelices fuerint in igne „ collocabuntur . . . perpetuo moraturi ſunt „ in eo quamdiu permanſerint coeli & terra „.

Tum Sura 47. n. 13. „ Qui vero infideles fuerint, deliciis indulgebunt & comedent ſicut comeduut pecudes, & ignis „ erit receptaculum eorum „ quae *VVindetus* de vita functorum ſtatu ſect. 9. ſub fin. ſic legit „ Verum perfidi ſunt aeternum in igne & „ immerguntur ſimul in aquam & viſceribus „ dirumpuntur „.

In Sura denique 98. n. 5. „ Porro qui „ increduli ſunt ex ſcripturalibus & adſociantibus conjicientur in ignem gehennae, „ perpetuo commoraturi in eo: hi ſunt peſſimi creaturarum „ Quid plura? „ Gehennae poenam aeternam plus centum locis „ adſerit Mahumedes in Alcorano „ inquit cit. *VVindetus*. Inde vero *Marraccius* in Indice ad Suram 11. n. 108. definire non dubitavit, apud Alcoranum ignis gehennalis poenam ſimpliciter aeternam eſſe.

Ceterum anne a dogmate in ſacroſanctis legis ſuae tabulis toties inculcato receſſiſſe turpiter credendus Algazel, religioſus ille inter Moſlemos factionis, quam Sonniticam, hoc eſt orthodoxam Mahumedica gens depraedicat, ſectator? Minime gentium.

Immo vero, me judice, adducta verba, & reliqua id genus, quae in Alcorano leguntur, in eum ſenſum interpretanda ſunt, ut indicent, atque tacite exprimant, gehennae poenas pro infidelibus ac idololatris, quales ab pſeudopropheta dicuntur judaei, chriſtiani, ac ceteri, qui pſeudoreligionem ab ſeſe propoſitam reſpuerent, aeternas fore; minime autem pro ſectatoribus Mahumedaniſmi, quo nomine apud cit. Algazelum, ac interdum quoque apud Alcoranum veniunt *qui unum Deum confeſſi fuerint*.

Audiatur in hanc rem, aliis praetermiſſis, Mahumedicus ille *Anonymus* ap. Reland. de relig. Mahumed. l. 1. c. 6. p. m. 61. „ Quidam ex hominibus intrabunt paradiſum „ bonitate & miſericordia ejus (Dei) quidam „ infernum. At ex fidelibus nemo in igne „ infernali aeternum manebit, ſed intrabunt „ illi paradiſum poſt quam poenas dederunt ſecundum proportionem peccatorum „ ſuorum, ſic ut fideles in paradiſo perpetuo „ manſuri ſint & infideles in igne infernali „. Haec ille.

Ipſique deinceps adprime adcinit cit. *Reland.* l. 2. §. 16. p. m. 197. ſq. hanc in rem Anonymi, totiuſque Mahumedaniſmi opinionem ſic interpretatus „ Certe genii infideles aeque „ in aeternum in inferno torquebuntur, ac „ homines infideles, & angeli quidam adeſſe „ runt, qui tortorum vice fungentur. Nec „ unquam ex inferno liberabuntur, quia „ aeterna poena futura eſt illorum infidelium, „ qui Mahumedani non fuerunt „. En tibi graphice delineatum Mahumediſmi, ejuſque authoris erroneum ſenſum in ſanctum dogma de aeternitate poenarum cunctis omnino reprobis futura.

Vindicandi quidem ipſi ſunt ab *iis*, qui cum *Macovio* in Theol. polem. eos inſimulant quod infernum ſimpliciter abnuant; tum ab aliis, qui cum *Th. a Jeſu* de conv. omn. gent. procur. eos incuſant ſentire cum Origene daemones aliquando ſervandos eſſe (quod tamen in Alcorano ad cap. *de diabolis*. deprehendi adſerit cit. *Guadagnol.* in apol. pro chriſt. relig. tr. 2. cap. 9. p. m. 292.) verum illico iidem adcenſendi erroribus, damnatis quibuſ-

quae, authore *Jahm* quodam, in dogmatis habuit, finem habituros & paradiſum & gehennam, poſtquam eos ingreſſi fuerint qui iis deſtinati ſint, *donec tandem non maneat exiſtens quidquam praeter Deum* (*l*).

Nec poſtremo defuerunt *Ethnici* qui adſererent, poſt hanc vitam, ſpiritalem quamlibet ſubſtantiam ab omni poenarum genere liberandam fore, ea potiſſimum ratione perſuaſi, quod malum quodlibet citra orbem Lunae concluſum eſt (*m*).

III. *Judaei* (ſaltem ab aetate Chriſti Domini) veritatem de poenis gehennae, quae improbos manent poſt hanc vitam in dubium non revocant, ſed unanimi conſenſione omnes, ſi impiiſſimos *Sadoeaeos* exceperis, uſque modo profeſſi ſunt. Conſtat ex *Judaica confeſſione* fidei art. 11. (*n*) ex *Talmud* in Gemarah tract. Rhos Hashannah cap. 1. (*o*) ex *Leone Mutinenſi* (*p*) & ex ſexcentis aliis documentis, quae depromere poſſis e judaicis ſcriptis, & ab Interpretibus rerum judaicarum (*q*). Quin etiam vocem *Gehenna*, exprimendo reproborum domicilio cum apud Hebraeos, tum apud nos ab priſcis uſque temporibus uſitatiſſimam, ipſis debemus.

Ejus etymon ex traditione Hebraeorum liquido aperuit *R. David Kimchi* (*r*) ubi nimirum inſtituto de Gehenna ſermone, inquit, quod Gehenna „ ſit locus in terra prope Jeruſalem contemtiſſimus, in „ quem projiciebant ſordes & cadavera, ibique perpetuo ignis erat „ ad comburendum ſordes & oſſa: quapropter (locus) ubi crucian„ tur impii metaphorice ſeu parabolice *Gheinnam* Gehenna voca„ tur (*s*) „. Eam nihilominus de Gehenna impiorum veritatem plerique Judaei variis obſcurarunt erroribus.

Primum videlicet *nonnulli* antiquiorum Rabbinorum tenuerunt (*t*) Gehennae ignem non eſſe corporeum, ſed haberi a Deo in loco divinitus incluſum, uti ſunt Angeli in empyreo. Tum *Talmudiſtae* ſomniarunt (*u*) eum ignem a fluvio quodam igneo naſci & incrementum

buſque poenarum aeternitatem denegantibus.

Sed & iis duo addi poſſent Mahumedanorū errores, ſi fides *Gonzalezio* noſtro in demonſtr. cont. Mahum. l. 5. c. 29. Quod nempe gehenna non duratura ſit ultra mille annos, eoque temporis ſpatio finito, ab ea damnatos omnes extrahendos: tum quod Mahumedes poſt diem judicii ob ſuam magnam authoritatem & potentiam educturus ſit ab inferno damnatos quoslibet, cujuſcumque ſint conditionis. Horum primum teſtatur Author depromſiſſe ex *Alcorano* l. 1. c. 13. ſecundum editionem, quae tum temporis fortaſſe apud Mahumedanos in Hiſpania obtineret; alterum vero ex *Richoldo* in lib. de Turcarum moribus cap. 12. Plura iis ſimilia adnotat *Eduard. Pocok.* in miſcell. l. 7. quem conſulas.

(*l*) Haec impii illi *Mahumedici* ap. *Claſen.* mox cit. §. 14.

(*m*) Ap. *Cajet.* to. 3. opuſculor. tr. 1. orat. 1. ad Julium P. II. Dominica 1. Advent. an. 1504. habita.

(*n*) Ap. *Buxtorf.* in Synag. jud. c. 3.

(*o*) Ap. *VVindet.* de vita funct. ſtatu ſect. 6. fere ſub fin.

(*p*) De jud. cerem. par. 5. c. 10.

(*q*) Vide ſis *Bartolocc.* in bibl. rabbin. t. 2. in diſſ. de inferno ſecundum Hebraeos a p. 128. & cit. *VVindet.* ſect. 6. & 9.

(*r*) In expoſit. Pſal. 27. 13.

(*s*) Plura ex documentis rabbinicis de hac prope Jeroſolymam Gehenna *Bartolocc.* in cit. diſſ. ſub init. *VVindet.* cit. ſect. 9. ſub init. *Dan. Claſenius* de theolog. gentili l. 1. c. 18.

(*t*) Ap. *R. Moſen Bar Nachman Gerundenſem* in lib. Toràth. Ha-Adam.

(*u*) In Cod. Chaghighà cap. 2.

adquirere a ſudore animalium currum Dei trahentium, & ſuper capita impiorum in Gehenna excurrere. *Alii* inſuper *Talmudiſtae* ex Talmude (*x*) cum *RR. David Kimchi* & *Simeone Ben Lakiſc* (*y*) fabulati ſunt ſolem, ſaltem poſt noviſſimum diem, de vagina ſua, hoc eſt flammivomis radiis impios in gehenna torrefacere.

Addunt plerique cum *Baal Turrim* (*z*) ex Codice Sanhedrin (*a*) ſaepenumero reprobis in gehenna intermitti penitus ſupplicia & ab iis animas feriari, nempe die Sabbati in honorem feſti. At mihi dubitare liceat, num hoc placitum circa impios in gehenna, vel potius circa juſtos in purgatorio, quod iidem admittunt, conſtitutos, ab Rabbinis intelligendum veniat.

Talmudiſtae itidem ex Talmude (*b*) privilegium, quo immunes ſint ab igne gehennali, judaicae plebeculae divenditant, ac perſuadere connituntur propter Talmudicam ſapientiam, qua ſe ipſos repletos eſſe jactitant, & qua aeſtuantes externo nullo igni, quantumvis gehennali obnoxios eſſe fabulantur. Immo inter eos aliqui dogmatizant, ſingulos quoſque praevaricatores Iſraëlis (*c*) ab eodem igne devorante immunes eſſe. Quoslibet itaque inferni cruciatus in gentes mundi, per quas praecipue chriſtianos intelligunt, refundunt alii. Quod ſi qui ſint Judaei, quos ſacer codex iniquos reputat, in gehennam cum reprobis relegant quidem, eos tamen abſque ullo ignis ſupplicio damnatis reliquis praeficiunt, & ſuperiores conſtituunt (*d*).

Praeterea pleroſque apud *Rabbinos* (*e*) gehennales impiorum cruciatus ultra XII. menſes non protenduntur. Immo ſi qua fides *Bartoloccio* (*f*) haec vulgatiſſima fuit inter Hebraeos ſententia. Ceterum & iſta, me judice, ad piaculares mediocriter impiorum poenas in purgatorio, non autem ad acerbiſſimas impiiſſimorum in gehenna, ad ſenſum Rabbinorum referenda eſt. Id quod idem *Bartoloccius* jam faſſus erat (*g*).

Ad extremum circa aeternitatem poenarum gehennalium varia apud Hebraeos opinamenta reperias. Sunt enim qui eam damnatis quibuſque ſimpliciter adſerunt. Puta *Phariſaei* vetuſtiores (*h*) *Targum* (*i*) *R. Menachem* (*k*) *R. Jalkut* (*l*) & alii perpauci (*m*). Alii vero aeternitati ſolum addicunt ſceleſtiſſimos quoſdam homines, qui ſignanter in *Talmude* (*n*) recitantur, nempe haeretici, traditores, apoſtatae, epicurei, qui negant legem & reſurrectionem mortuorum, qui ſeparant ſe ſe a dogmatibus Eccleſiae, qui terrefaciunt in terra viventium,

(*x*) Cod. Avodà Zarà cap. 1.
(*y*) In expoſit. Malach. 4. 1.
(*z*) In expoſit. Exodi 35. 3.
(*a*) Cap. 7. paullo poſt med.
(*b*) In Cod. Chaghighà cap. 3.
(*c*) In eodem Cod. mox cit.
(*d*) Ex *R. Harambàn*, *R. Joſuvà Ben Levi*, aliiſque.
(*e*) Ut author eſt *Iſaac Abarbenel* in diſſ. de poena excidii ap. *Ugolin.* in theſau. t. 30. col. 177.
(*f*) Tom. 3. p. 421. col. 1. ex documentis judaicis.
(*g*) Tom. 2. p. 143. col. 2. ſub fin. & p. 159. col. 1. ſub init.
(*h*) Authore *Joſepho* antiq. jud. l. 18. c. 1. n. 3. ex edit. Havercampi.
(*i*) In expoſit. Iſaiae 33. 14.
(*k*) In Parashaim.
(*l*) In Zachar. 13. 9.
(*m*) Ap. cit. *VVindet.* ſect. 9. p. m. 168. & 170.
(*n*) Cod. Roſc haſciànà p. 17.

tium, tyranni qui terrorem magnum incutiunt communitati non secundum Deum, qui peccaverunt & peccare fecerunt multos. Quibus & alii plerumque subnectuntur variorum criminum rei (o).

Animosius denique alii plenam cruciatuum remissionem impertiuntur quibuscumque damnatis, atque aeternitatem e medio tollunt, cum *R. Mose Almosny* (p) *R. Isaac Ben Arama* (q) *R. Jacobo Chavif* (r) & *Cabbalistis*, apud quos (s) *Omnes tandem ex inferno liberandi sunt, & ad Deum ceu radicem, ex qua primitus emanarunt, reducendi*. Quod si postrema haec documenta verum teneant, quo jure *Bartoloccius* (t) cum laude in rem suam adductus a *Patuzzio* (u) adserat simpliciter ex sententia judaicae gentis immortalitatem gehennalium cruciatuum, plane non video. De erroribus Judaeorum hactenus (x).

Ad alios inde christiano nomine insignitos, ipsoque qua cetera dignos, qua indignos, calamum ordine convertimus.

IV. *Basilides* Haeresiarches & purgatorias poenas, & gehennalem post hanc vitam infernum prorsus abstulit ubi non aliam admisit pro altera vita improbis poenam, quam animae post mortem corporis transmigrationem (y). Huic adjiciendi *Eunomiani*, qui minas futuri supplicii & gehennam, non juxta veritatem, sed ad metum prolatas dixerunt (z) & *Messaliani* (a).

V. *Tertullianus* adfirmavit, animam nihil pati posse sine corpore (b) ibidemque facili consequutione sentit, reproborum animas usque ad Judicii diem neutiquam esse torquendas (*).

VI. *Ori-*

(o) Ex Cod. Sanhedrin, Cod. Chaghigha, lib. Zohar.

(p) In Tephilla Mosheh.

(q) In comment. in Pentateuchum.

(r) In Rosh hashannah.

(s) Uti habetur in Idra suta, seu Synodo minore, sect. 3. §. 94. referente *Bergero* in Cabbalismo jud. christ. ubi de Cabbala dogmat. cap. 3. §. 40. p. m. 136. sq.

(t) T. 2. in cit. diss. p. 159. col. 2.

(u) De futuro impior. statu l. 3. c. 18. §. 2.

(x) Eos maximam partem congestos, exscriptosque damus ex laudatis *Bartoloccio* & *VVindeto*, quos pridem defloravit magno in rem suam profectu *Jac. Basnag.* in hist. Jud. l. 4. cap. 32.

(y) Ex cit. *Origene* tr. 28. in cap. 24. Matth., n. 38.

(z) Teste *Constantino Armenopulo* de opinionibus haereticor. § 13.

(a) De quibus *supra* ubi de coelo empyreo.

(b) In Apolog. c. 48. fere sub init. & l. de testim. animae c. 4. n. 14.

ADNOTATIONES.

(*) I. HOC quidem Tertullianeum placitum, quod ejus Interpretes cum *Zephyro*, *Pamelio*, *Lacerda* ad paradoxa Authoris erronea revocare consueverunt, *Magdeburgenses Centuriatores* ap. *Pamel.* in parad. 8. Tertull. inter sancta fidei dogmata collocarunt.

Immerito tamen; nam & ipsum Author postmodum, meliora sapiens, & adcuratius de fide orthodoxa institutus, diserte revocavit, pluribusque ejus falsitatem fluduit ostendere ac stabilire in l. de anima toto cap. 58. & l. de resurrect. carn. c. 17. sub init.

Constat insuper ex aliis Patribus, in gehenna animos etiam corporibus exspoliatos poenas luere. Sic enim adserunt *Lactant.* inst. l. 7. c. 20. *Augustin.* civ. l. 13. c. 8. & l. 21. c. 9. 10. *Pseudo-Justin.* in qq. ad orthod. q. 75. Statutum denique est ex antiquissima Patrum, Doctorumque traditione, in decreto fidei, reproborum animos, mortuo corpore statim ad gehennam migrare, ibique pro meritis poenas dare. Ecquis autem traditionis ecclesiasticae decreto unam Magdeburgenses

VI. *Origenes* nonnulla docuit, quae cum dogmate pugnant, videlicet quod damnatorum ſupplicia noxarum duntaxat expurgandarum cauſſa a Deo hominibus infligantur, proindeque aliquando tandem deſitura, quum nimirum Deus erit omnia in omnibus, cunctiſque creaturis rationalibus perfecta demum felicitas adveniet (*c*).

Palmarem hunc errorem plurimos continentem Origeni ex ſuiſmet ſcriptis multi adtribuunt, cum *Aug.* (*d*) *Sophron.* (*e*) vulgato *Gennad.* (*f*) *Photio* (*g*) quibus adhaerent *Petavius* (*h*) & *Huet.* (*i*). At Origenis defenſores cum *Pico Mirandul.*, *Jacobo Merlino*, *Genebrardo*, *Halloixio* demum (*k*), uti alias, & heic Origenem ſuum vindicare nituntur. Neque vero laudatus *Huetius* eundem penitus inultum dimiſit (*l*).

Idem Origenes adcuſatur, quod omnes Inferni poenas in uno ſpiritali verme, ſeu conſcientiae diro remorſu de praeteritis ſceleribus collocarit (*m*): tum quod ſentiat, & daemones, & reproborum animas non niſi poſt extremum Judicium fore in Inferno cruciandas (*n*).

Et vero in ea, quae indicavimus, Origeniana dogmata Patres alios inclinaſſe, vel humanitus incidiſſe, plurium graviorum Doctorum judicium eſt, & quidem ipſis Patrum ſcripturis haud leviter innixum.

Siquidem Inferni poenas finem habituras adſeruiſſe, vel ſaltem innuiſſe viſi ſunt *Juſtin.* (*o*) *Iren.* (*p*) *Arnob.* ſenior (*q*) *Nazianz.* (*r*) *Nyſſen.* (*s*) *Ambroſ.* quatenus cenſuit, reos ſuppliciis gehennae ſubjici, quoniam iis aliquando eximendi ſunt, Diaboli vero poenam differ-

burgenſium illorum cenſuram prudens ac ſapiens praepoſuerit?

II. Pleroſque in errore, quem revocavit Africanus Pater, ſocios habuit, quos jamjam producimus. Praemittendum tamen, quod *Jo. Vincent. Pattuzzius* in comment. de futuro impior. ſtatu l. 2. c. 5. n. 1. ubi agit de loco, a Deo exercendae in impios vindictae deputato, uti tenet Eccleſiae ſenſus, adcuſat *Marcionitas* tanquam huic dogmati adverſantes; teſtemque adhibet Alfonſum a Caſtro V. *Infernus*. Ceterum nec ibi Alfonſus *Marcionitas* nominat; nec eum illis errorem adpingunt, ubi ipſorum haereſes enarrant, *Philaſtr.* cap. 45. *Epiphan.* haer. 42. *Auguſtin.* haer. 22. *Niceph.* hiſt. l. 4. c. 28. nec alii item, quos viderim ex junioribus Haereſeologis. Immo Caſtrus ubi a Patuzzio laudatur minime ſimilem errorem commemorat.

(*c*) Hom. 7. in Levit. & l. 3. Periarch. c. 5. & tr. 33. in Matth. & alias ſaepe.

(*d*) Haer. 43.

(*e*) Epiſt. ad Sergium.

(*f*) L. de dogmat. c. 8.

(*g*) Cod. 117.

(*h*) Theol. dogm. l. 3. de Angel. c. 6.

(*i*) In Origenian. l. 2. q. 11. §. 16.

(*k*) In Origine defenſo l. 4. quaeſt. 5. a p. 305.

(*l*) Conſulitor ibid. §. 23.

(*m*) L. 2. Periarch. c. 11. idque obſervatum a *S. Hieron.* Apol. 2. contr. Ruſin. & epiſt 59. ad Avitum.

(*n*) Hom. 7. in Exod. & hom. 13. in Num. & l. 5. in epiſt. ad Rom. & de Principiis l. 1. c. 6.

(*o*) In dial. cum Tryphon.

(*p*) L. 2. c. 64.

(*q*) L. 2. contra gent. n. 10. & 19.

(*r*) Orat. 40.

(*s*) L. de anima & Reſurrect. & orat. Catechet. magna c. 8. & 26. verum hujus opinionis labem Nyſſeno abſtergere nititur *Germanus* Patr. CPnus in l. quem laudat *Photius* cod. 233., fatetur autem ibi Germanus, ea loca Nyſſeni, quae nos indicavimus, vere Nyſſeni eſſe.

ferri, ut nunquam finiatur (*t*) *Hieronym.* & quidem ſine dubitatione, dum tradit aperte, diabolo & hominibus impiis, hoc eſt infidelibus, ſempiternas deſtinari poenas; iniquis vero, hoc eſt chriſtianis peccatorum reis ſolummodo temporarias (*u*). Et quidem licet Hieronymum hac labe multi purgare tentarint cum *Sixto Sen.* (*x*) *Simoneto* in Theol. ubi de poena peccati lethalis, *Antoine* ibidem fere Simonetum exſcribente; alii vero cum *Rufino* (*y*) *Petav.* (*z*) *Huet.* (*a*) non poſſe ſolide vindicari opinantur (*).

Etiam daemonum & animarum apud Inferos poenas mere ſpiritales futuras cenſuiſſe videntur cum *Philone* Hebraeo (*b*) *Greg. Nyſſen.* (*c*) *Tertullian.* (*d*) *Arnob.* (*e*) *Aeneas Gazaeus*, qui clar. ſub an. 487. (*f*): & conſentire videntur *Lactant.* (*g*) *Ambroſ.* (*h*) *Theophyl.* (*i*) ii enim ſentiunt, purum ſpiritum a corpore nullo pati poſſe: quocirca & ignem & reliqua materialia tormenta, quae communior nunc ſententia collocat in gehenna, prorſus negarunt, ac ſpiritalia duntaxat admiſerunt (**).

Quod demum ſaltem daemones nondum in gehenna dent poenas, nec uſque ad poſtremum Judicium ſint daturi, nec primus, nec unus cenſuit Origenes, ſed & Patres plurimi: e. g. *Juſtin.* (*k*) *Iren.* (*l*) *Euſeb.* (*m*) *Minuc. Felix* (*n*) *Lactant.* (*o*) *Tatian.* (*p*) *Didymus*, Hieronymi

(*t*) In expoſit. Pſ. 118.
(*u*) L. 1. dial. adv. Pelagian. c. 9. p. m. 273 ſub init. & ſimilia habentur in comment. ſup. epiſt. ad Epheſ. & alias.
(*x*) L. 6. adnot. 290.
(*y*) Invectiva 1. & 2. in Hieron.
(*z*) Ubi de Angelis l. 3. c. 7. §. 11.
(*a*) In Origenian. l. 2. q. 11. §. 25.

ADNOTATIO.

(*) PRofecto laudatus *Pattuzzius* l. 3. c. 17, quem perpetua ferme oratione nuper ſequutus eſt *Gervaſio* l. 3. de poenis peccat. c. 9., ex adductis Patribus Juſtinum, Irenaeum, utrumque Gregorium, Ambroſium & Hieronymum (hunc vero ſuperius c. 11. a n. 11.) ſibi vindicandos propoſuit, in medium adlatis textibus aliis, quibus ipſi ſinguli videntur gehennalibus poenis aeternitatem adſcribere, adverſus Grotium, Huetium & Petavium inſtituto praelio. At, me judice, ut cetera praeteream, id unum inde conſequitur, quod Patres illi ſibi ſancte non conſtiterint, praejactam ſententiam erroneam revocando, minime vero quod ipſam aliquando cum Origene, vel ante eum non ſtatuerint.

(*b*) L. de congreſſu eruditionis cauſſa.
(*c*) Orat. 3. de Reſurrect. ſub fin.
(*d*) In laud. Apologet. c. 48.
(*e*) L. 2. cont. gent.
(*f*) In ſuo Theophraſto ſub fin.
(*g*) Inſt. l. 7. c. 21.
(*h*) L. 7. in Luc. c. 14.
(*i*) In Marci c. 9.

ADNOTATIO.

(**) RUrſum heic *Pattuzzius* l. 2. c. 13. paribus armis in arenam deſcendit pro Nyſſeno & Ambroſio, in Petavium, Huetium, Michael. Lequienium, & Sanmaureos S. Ambroſii operum Editores; videlicet alia adpellat eorum Patrum pro vero & corporeo gehennali igne documenta. Ceterum ſic arguenti non aliud quam par ei, quod proxime dedimus reſponſum ſatis eſto.

(*k*) In Apol. 2.
(*l*) L. 5. c. 26.
(*m*) Hiſt. l. 4. c. 18.
(*n*) In Octavio.
(*o*) Inſt. l. 7. c. 26.
(*p*) In orat. contra gentiles.

nymi coaevus (q) *Nemesius* (r) *Hilar.* (s) *Epiphan.* (t) *Augustin.* (u) *Victor Antioch.* (x) *Greg.* M. (y) *Rupert.* (z) *Fulgent* (a) *Bernard.* (b) Et iis quidem addi possent *Magister Sent.* (c) *Robertus Pullus* (d) *Bonaventura* (e) *Claudius Guilliaudus* (f) *Cajetanus* (g) alii perplures. Eo nempe quod tenuerint, daemones usque ad diem novissimum non recessuros ab hoc aere tenebroso, in quo suum domicilium reponendum esse duxerunt.

Audiatur in hanc rem doctissimus *Maldonatus* noster (h) „ Mirum „ quanto consensu plerique veteres authores, quorum nomina in „ Theologicis scholis recitamus . . . docuerint daemones ante diem „ judicii non torqueri, quod Petrus scribat epist 2. c. 2. 4. *Si Angelis* „ *peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum* „ *tradidit cruciandos in judicium reservari*, & Judas ℣. 6. *Angelos, qui* „ *non servaverunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium,* „ *in judicium magni diei vinculis aeternis sub caligine reservavit* . . . Sed „ tenenda opinio, quae in Ecclesia jam invaluit, etiam nunc torque„ ri daemones, & quocumque eant „ Sic ille (*).

VII. *Manichaei* accusantur poenarum gehennalium aeternitatem abnegasse ex doctrina sui *Manetis*. Hic enim dixisse fertur in vulgaria

(q) L. contra Manichaeos.
(r) De natura homin. c. 1.
(s) Can. 8. in Matth.
(t) Haer. 39. n. 8.
(u) L. 21. civ. c. 1. 10. 13. & l. de nat. boni contra Manichaeos, & alias.
(x) In c. 5. Marci.
(y) L. 4. Mor. c. 10. & 4. dial. c. 29.
(z) L. 1. de Vict. Verbi Dei c. 17. & 25. & l. 1. de opere Trinit.
(a) L. de Trinit. c. 8.
(b) In ferm. S. Malachiae.
(c) L. 2. dist. 6.
(d) Par. 2. Sent. c. 5.
(e) In 2 dist. 6. art. 2. q. 2.
(f) In epist. Judae & 2. Petri 2.
(g) In 2. Petri 2.
(h) In Matth. cap. 8. ℣. 29.

ADNOTATIO.

(*) HOsce suarum opinionum socios habuit Origenes; quidquid plerique Doctores, antiquiores illos, quos dedimus, Patres minus quidem prudenter secus exponant, quam ipsorum ferunt testimonia. Quid tum vero?

Enormiter quidem erravit cum sociis Origenes, finem gehennalibus poenis praescribendo; verumtamen adferendo, eas poenas mere spirituales futuras, ac deinceps daemones non nisi post extremi Judicii diem in gehenna cruciandos, haud certo erronee (ni fallor) pronuntiavit & cum fidei periculo; nusquam enim oppositae sententiae tametsi apud posteriores Theologos vulgatissimae ac porro verae, ab Ecclesia definitae sunt.

Quidquid autem Florentina Synodus constituerit in decreto fidei, decedentes in peccato lethali sive originali, e vestigio ad gehennam descendere, ibique poenas statim pro meritis luere; adtamen nec de poenarum qualitate, nec de daemonibus quidquam omnino tradidit.

Nec porro est quod laudati *Gervasio* & *Pattuzzius* nobilcum una cum Clarissimis Petavio & Huetio vehementer expostulent, quod adlatos Patres, nulla interpretatione benigna donatos, erroni Origeni socios adjunxerimus. Quân vero ii Patres nihil unquam humani pertulerint, inerrantiae perpetuae dono coelitus perfusi. Quid autem comprobandae veritati, quae nullo indiget fuco, ad interpretationes aperte violentas ac ridiculas me conferam? AT SEMPER ET UBIQUE VERITATI LITANDUM.

Sed & importunam atque evanidam id genus criminationem, quo veritati litaverimus ingenue, perlaepe alias in nostris commentariis profligavimus.

ta disputatione cum Archelao (*i*). *Et salvabitur omne genus animorum, ac restituetur quod perierat proprio gregi* : tum (*k*) *studuisse Deum ut potestatem absorptam, quam vocat animam omnium, rursus ad se reciperet, ne quod erat ex ipsa materia adligatum & in supplicio semper sine ullo fine permaneret* (*).

(*i*) Ex *Tyrbon.* act. disp. p. 40. 41. ap. *Beausobr.* in hist. dogm. Manich. t. 2. l. 8. c. 5. n. 8. p. m. 571.

(*k*) Ex *Tit. Bostren.* ap. cit. *Beausobr.* p. 573.

ADNOTATIO.

(*) POrro in eadem disputatione ap. cit. *Epiphan.* haer. 65. n. 31. fertur dixisse *Manes* „ omnes animae peccatorum vinciantur in aeternum „ vel ut habet Petavii interpretatio „ glebam novo cum „ Aeone mittit (*Deus*) ut omnes peccatorum „ animae in aeternum vinculis constrictae „ teneantur „. Et rursum „ ignis aeternus „ absumet „ hoc est omnes animos, qui doctrinam abjicerent suam; quod Petavius idem in ipsum Epiphanii locum ad n. 30. sic vertit „ quorum (*nempe sibi conficto Paracleto adversantium*) qui sermonibus auscultat, in „ sempiternum perit, ad glebam illigatus, „ pro eo quod Paracleti scientiam minime „ didicit „.

Ceterum, uti de veteratore Manete adposite observat cit. *Epiph.* n. 50. „ quae antea „ dixit, non recordatur amplius, & quae „ dixisse videtur, commutat ac destruit, & „ suamet ipse dogmata subvertit. Nam alias „ aliter disserit, ut priora posterioribus evertat, & quae initio everterat, rursum instauret „.

Nihilo secius laudato *Beausobrio* n. 10. placuit priorem amplecti impostoris sententiam, qua gehennalium cruciatuum aeternitatem abnuit, utpote Manichaico systemati magis consonam. Ecquid vero consonantiae in eo videris systemate, cujus architectus, si Epiphanio fides, toties a se ipso distat, suamet commutans ac subvertens dogmata? Heinc itaque nobis, donec ulteriora pro aliquo ex his duobus secum pugnantibus dogmatis documenta suppetant, error hic Manichaeismo adhaetus, jure dubius esto.

Quod si de singulari quapiam Manichaeorum factione sermo sit, facile reperias, quae cruciatuum illorum aeternitatem agnoverit: illa e. g. quam confutabat *Augustin.* l. cont. Secund. c. 20. 24. eis inquiens „ unde illi „ (*animae*) merito retribuere creditis horren„ di illius globi aeterna supplicia „ Quidquid enim haec, ne suo noceant systemati, cit. *Beausobr.* per exaggerationem dicta interpretetur, non est tamen cur in alienum sensum detorqueantur contra proprium & ingenuum, quem verba S. Doctoris, eorum dogmatum scientissimi praeseferunt.

Id ipsum vero, sive oppositum decretum ceteris universim Manetis doctrinam professentibus, profecto nemo unus, ulterioribus monimentis destitutus, prudenter adpinxerit.

Ad extremum non possum non valde mirari *Beausobrii* consilium. Hic enim, ut vidimus, sentit Manetem & cum eo universim Manichaeos abjudicare animis improbis aeternitatem poenarum. Deinde vero nonnullis fretus conjecturis statuit, ex systemate Manichaeorum, pravos animos post diem novissimum aeternum permansuros, coelo extorres, in globo tenebrarum, nempe in mundo, qui tum flammis exustus arida quaedam & informis massa erit.

Hic, ait, erit gehenna Manichaica, eamque demum n. 16. vult omnino similem, immo eandem cum Nestoriana, cujus descriptionem excipit ab *Ebedjesu* Syro Nestoriano, Episcopo Sobensi, ab *Sim. Assemano* traditam in bibl. orient. t. 3. par. 2. p. 343. sq. quae talis est:

„ Fovea animi dolore incendens est ge„ henna, terra scilicet tenebricosa. Nam „ deficiente luminarium cursu, sublataque „ luce ac splendore, tenebrarum mare terra „ fiet, & caliginis cahos ... Mali vero super „ terram manebunt, tenebrosa caligine com„ pediti, igne doloris ac poenitentiae cre„ mati, cruciatique, reminiscentes opera „ sua, & quomodo sempiternam felicitatem „ ob imaginariam ac momentaneam volup„ tatem perversa commutatione amiserint & „ veram possessionem terreno stercori posthaberint. Et haec est vera gehenna, cujus „ ignis

VIII. *Aurelius Prudentius Clemens* cenſuit daemonibus & inferorum incolis nonnihil interdum quietis & relaxationis indulgeri, ubi loquens de feſto Paſchali haec cecinit (*l*).

Sunt & ſpiritibus ſaepe nocentibus
Poenarum celebres ſub ſtyge feriae.
Illa nocte, ſacer qua rediit Deus
Stagnis ad ſuperos ex Acheronticis . . . . .
Marcent ſuppliciis tartara mitibus,
Exſultatque ſui carceris otio
Umbrarum populus liber ab ignibus
Nec fervent ſolito flumina ſulphure.

Nec ab iſta quidem opinione, communi Eccleſiae ſenſui adverſa abhorrere videntur *Chryſoſt.* (*m*) & *Auguſtin.* (*n*) Ita *Petavius* (*o*) cui lubenter ſubſcribimus (*). Tum

„ ignis non exſtinguetur & vermis non mo„ rietur „.

Jam vero ſi una & eadem cum iſta ſit Manichaica gehenna, in iſta aeternum cum immortalibus cruciatibus manebunt impii, non ſecus ac in Neſtoriana, ſeu potius Ebedjeſuana, eam quippe ſic particulatim deſcriptam video ab uno *Ebedjeſu* inter Doctores Syros Neſtorianos de hac re tractantes ap. laud. *Aſſemanum* in diſſ. de Syris Neſtor. cap. 7. §. 16. Quin immo haec Ebedjeſuana ſententia ap. cit. *Aſſem.* bibl. orient. t. 3. par. 1. p. 360. iis terminis e ſyriaco latine verſis abſolvitur „ Praemia vero atque poenae juxta merita „ ſuſcipientium retribuentur: & hi quidem „ ad tormentum ſempiternum, juſti vero ad „ vitam immortalem abibunt „. En rurſum expreſſam poenarum aeternitatem.

Sibi ergo non conſtat Beauſobrius, immo pugnantia ſub uno capite ſcita profert.

(*l*) In Cathemerin. hymno 5. ver. 125. ſqq. p. m. 21. ſq. edit. VVeitzianae 1613.
(*m*) Expoſit. in epiſt. ad Philipp.
(*n*) In enchirid. cap. 112.
(*o*) Laudato in l. 3. de Angelis c. 8.

ADNOTATIONES.

(*) I. UT Prudentium vindicet *Pattuzzius* cit. l. 3. c. 12. n. 16. inquit „ ea ipſum verba protuliſſe non dogmatice, ſed poëtice, ſive fictione quadam poëtica, ut Dominicae Reſurrectionis diem & gloriam concelebraret „ Quare, addit ejus pediſſequa cit. *Gervaſius* l. 3. c. 9. ſub fin. „ oportet in memoriam revocare Horatianum illud,

. . . . . Pictoribus atque Poëtis
Quidlibet audendi ſemper fuit aequa poteſtas.

At malae cauſſae pejus patrocinium. Chriſtianum quippe Poëtam ſummopere dedecet, data opera eas confingere fabulas, quae vel fidei dogmati, vel ſacroſancto Eccleſiae ſenſui e diametro adverſantur. Quod ſi noſtratibus poëtis impudentiſſima haec licentia *quidlibet audendi* indulgeatur, nec ullus porro in eis penes nos error erit adverſus dogmata, ſive Eccleſiae ſenſa; nec ullum pro iis penes Acatholicos documentum, quia enim perpetua cunctis erit, & ea quidem vehementiſſima, ſuſpicio, quod author ea concinens non ex animo, & prout exigit rei veritas, proferat, ſed enthuſiaſtico duntaxat furore, ob eam, quae data eſt Poëtis licentiam *quidlibet audendi*.

Atque adeo nulla ſubinde ſunt pro ſanctis dogmatis, & pleriſque Eccleſiae ſenſis teſtimonia paſſim Doctoribus noſtris deprompta e carminibus ſacrorum vatum, puta *Nazianzeni*, ejuſdem *Prudentii*, *Felicis Nollani*, *Marii Victoris*, *Ennodii*, *Alcimi Aviti*, pluriumque recentiorum: quemadmodum contra nullus unquam adverſum dogmata, ſeu Eccleſiae ſenſa in poëta quopiam chriſtiano notari error poteſt.

Adde, eadem ratione pro Concordia fidei & rationis nullo ſancta dogmata probari aut illuſtrari poſſe argumento, deſumto ex carminibus ethnicorum vatum *Homeri*, *Pindari*,

Tum ex antiquioribus Scholasticis plerique cum *Praepositivo*, quem recitat exploditque *Thomas* (*p*). Quibus fere addi possent *Author* Missalis Abbatiae Gellonensis in Occitania (*q*) & *Author* orationis de iis qui in fide dormierunt, perperam a nonnullis S. Jo. Damasceno adfictae (*r*).

Nec rursum ab ea abludunt *Anonymi* quidam recentes Acatholici, docentes, futuram saltem aliquando gehennalis poenae mitigationem aut relaxationem. Sed hanc tamen sic ii exponunt, ut post acerbiora supplicia diu tolerata, mitiora subcedant; illi vero ut quibusdam temporis intervallis pro conditione meritorum cruciatus vel citius, vel serius intermittantur. Ac in secundum ejusdem opinamentum propendere visus est *Franciſc. de Roches* Minister Genevensis (*s*).

IX. *Seleuciano-Hermiani*, saepius adpellati, mundum istum gehennam esse decreverunt, haud aliam ullam immortalem. Epicureis homines illi stulti ac impii nae comparandi (*t*).

dari, *Tucydidis*, *Nasonis*, *Virgilii*, aliorumque, ab illustratoribus Concordiae fidei & rationis usurpatorum passim cum *Clemente Alex. Eusebio*, *Theoph. Raynaudo*, aliisque junioribus: tum contra nullum posse certo adpingi errorem eisdem stricta oratione concinentibus paganis; quidquid oppositum apud sacros Haereseologos ubique gentium in more positum sit.

Ergo ne regula, seu interpretatio illa tot tamque manifestis absurdis obnoxia caput efferat, illico confodiatur oportet. Idcirco praestat ingenue fateri, erraſſe Prudentium, quam ardenter subsistinere ex animo errorem fabulose commentum esse.

II. Idem insuper *Pattuzzius* ubi citatos Chrysostomum & Augustinum quoquo modo vindicandos suscipit a n. 11. Petavium, quem vere pium, profunde doctum, adprime criticum nemo cordatus ac eruditus non suspicit, ita politice ac perurbane more suo in primis salutat „ quod adtinet ad priorem Augustini „ locum somniculose nimium & oscitanter „ eum legisse videtur Petavius „. Num ille deinceps censoria obarmatus virga rem sibi propositam conficiat, aliis decidendum relinquimus.

Nos interea unum aut alterum de hoc perurbano Authore perdocte alias circa gehennam scribente obiter adnotaverimus. Primum scilicet in commentario, quem in praefatione omnibus numeris absolutum ferme pollicetur, quemque ad sidera evehit cit. *Gervasius*, intactam relinquit primariam illam in hoc argumenti genere positionem, quod nempe impiorum animi non statim a morte ad gehennam cruciandi descendant, quin immo potius ad ea tormenta sustinenda communem exspectent resurrectionem: quod plurimi tenuerunt Errones.

Deinde quum probando, illustrandoque sancto dogmati, ad cunctas ferme ethnicas, judaicas, mahumedicas sectas in l. 1. a cap. 4. ad 12. pererudite provocat, mea quidem sententia haud semper satis feliciter & expedite rem conficit suam, alias pro adsumto argumento magnopere laudandus Author; quum plurimos ad suam sententiam violenter potius trahere, quam suaviter adferre videatur.

Praeterea polemica de priscis in gehennam erroribus eruditio, si plerosque duntaxat, non omnes quidem, Origenistas demeris, in opere alias erudito prorsus desideratur. Quin immo ubi Author Marcionitas vix *semel* in sensum Erronum referre constituit, sese *bis errantem* prodidit, uti superius commonstravimus sub art. v. p. 382. Annon heic „somniculose nimium & oscitanter rem suam „ egit Pattuzzius „?

(*p*) In 4. dist. 45. q. 2. art. 2.

(*q*) Ap. *Mabillon.* in act. SS. Ord. S Bened. Sec. v. ad an. 942. in vita S. Odonis Abb. Cluniac. n. 50. p. 147. quem consulas una cum *Bollandian.* t. 3. Maii in paralipomen. de SS. Pachomio & Theodoro p. 336.

(*r*) Ap. *Lequien.* in edit. oper. ejusdem Sancti t. 1. n. 10. p. 583.

(*s*) In defensione Christianismi tom. 2. epist. 37. quam consulas.

(*t*) Conf. *Philastr.* haer. 55.

X. *Anonymi* plerique produntur & acerrime confutantur ab *Auguſtino* (*u*) qui ſub variis quoad ſpeciem rationum momentis in aeternitatem gehennalium ſuppliciorum miſere impegerunt. Nimirum contendebant nonnulli ſimpliciter hominum nullorum poenas aeternum eſſe manſuras. Eos irridet *Auguſt.* (*x*) tanquam minus miſericordes quam fuerit Origenes, qui daemones etiam quandoque ex gehennali ergaſtulo eruendos exiſtimavit.

Alii vero ſacrae Scripturae teſtimoniis ducti & exemplis concludebant, miſericordem Deum in noviſſimo judicio propter interceſſiones Sanctorum poenas quibuslibet impiis fore condonaturum (*y*). Tum non pauci ex verbis Chriſti Domini Joan. 6. *ſi quis manducaverit ex hoc pane vivet in aeternum*, concludebant, impios quoslibet & haereticos, ſacro baptiſmate ablutos, & euchariſtico pane aliquando refectos, ab aeterna morte fore eruendos, & ad vitam aeternam quandoque perducendos (*z*).

Hoc alii beneficium ſolis catholicis, etiam impiam ducentibus vitam, pollicebantur, quia nempe non ſolo Sacramento, ſed re ipſa manducaverunt corpus Chriſti in ipſo ejus corpore conſtituti; de quo ait Apoſtolus 1. *Cor.* 10. *unus panis, unum corpus multi ſumus*. Et quidem licet ipſi poſtea in aliquam haereſim, vel in gentilium idololatriam lapſi fuerint (*a*). Factio alia definiebat, eos qui permanent in catholica fide, quantumvis peſſime vixerint, & propterea comburi meruerint, tamen propter fidei fundamentum, quod eſt Chriſtus Jeſus, ſalvos eſſe futuros per ignem, hoc eſt liberandos fore poſt poenas ignis, quo in ultimo judicio punientur mali; ajente videlicet Domino *Matth.* 24. *qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit* (*b*).

Plurimi demum pugnabant, eos omnes a peccatis purgandos & in patriam tandem aliquando perducendos eſſe, qui tametſi perditiſſime vixerint, eleemoſynis peccata redimere non neglexerunt. Quippe quum dixerit *Jacobus* in epiſt. 2. *judicium autem ſine miſericordia illi, qui non fecit miſericordiam*; judicium ergo, colligebant, cum miſericordia futura eſt ei, qui eleemoſynas miſericorditer erogaverit (*c*). Deliria haec, que hucuſque retulerat S. Doctor, deinceps in ſubſequutis totius libri capitibus invicte profligat.

XI. *Syri Neſtoriani*, alias dicti *Orientales Chaldaei*, quod Chaldaeam incolant, varias contra ſanctum dogma opinationes ſubceſivis temporibus confoverunt. Nimirum *Diodorus* patria Antiochenus, dignitate Tarſenſis Epiſcopus, Neſtorii avus merito dictus, quemadmodum & parens Theodorus Mopſueſtenus (*d*) qui ſeculo v. ineunte floruit, haec ſcrip-

(*u*) Civ. l. 21. cap. 17. ſqq. & alias.
(*x*) Cit. cap. 17.
(*y*) Cap. 18. & in enchir. c. 112.
(*z*) Cap. 19. & 25.
(*a*) Cap. 20. & 23.
(*b*) Cap. 21. & in enchir. cap. 67.
(*c*) Cap. 22. & 27. tum in enchir. capp. 75. 76.
(*d*) Ex *Garner.* diſſ. 1. de haereſ. & libr. Neſtorii §. 8. p. 317.

ſcripſit (*e*). „ Paratur poena iniquis, non tamen perpetua, ne im-
„ mortalitas ipſis praeparata eiſdem inutilis fiat, ſed ut aliquo exi-
„ guo tempore juxta meritum & menſuram delicti & impietatis eo-
„ rum, & ſecundum quantitatem malitiae operum ipſorum torqueantur. Tormentum itaque & poenam ad exiguum tempus patientur ....
„ poenae profecto pro gravibus, multiſque criminibus infligendae,
„ multo magis a magnitudine miſericordiae ſuperantur . . . . Gratia
„ enim Dei bonos quidem magnifice copioſeque honorat; miſericor-
„ diter vero & clementer malis ſupplicia decernit „ .

Tum *Theodorus Mopſueſtenus*, alias in ſcenam productus, ita differit (*f*) „ In futuro ſeculo . . . mali qui toto vitae ſuae tempore mala per-
„ petrarunt, poſtquam poenarum vi atque metu reſipuerint ... tum
„ demum fruitionem divinae liberalitatis merebuntur. Nunquam
„ enim dixiſſet, donec reddas noviſſimum quadrantem, niſi fieri poſ-
„ ſet, ut pro peccatis poenas ſolventes, ab iis liberemur: neque di-
„ xiſſet, vapulabit multis, & vapulabit paucis, niſi poenam peccatis
„ commenſam ſolventes, finem tandem habituri eſſent „ .

De eodem Theodoro haec protulit *Leontius Byzantinus* (*g*) „ Hoc
„ judicium, gehennam & tenebras & ſtridorem dentium & alia quae-
„ cumque impiis & peccatoribus Scriptura ſancta minatur, ridet mi-
„ ſer, nec ipſe judicium exſpectans, & aliis ne metuant jubens, quae,
„ ut ipſe putat, tantummodo minas habent vae vae. Sed ſuadebit ei
„ experientia, quia minas non timuit, & haec literis mandare non
„ eſt veritus impius „ .

Origeniano huic parentum ſuorum placito, cum aliis Orientalibus, ſubſcripſerunt *Stephanus* Edeſſenus, confutatus a S. Jacobo Sarugenſi & Xenaja Mabugenſi (*h*) &, quem illos recitantem audivimus, *Salomon* Baſſorenſis Antiſtes (*i*). Nec nimium quidem ab eo, me judice, abludit *S. Iſaac* Ninivita, ſi adcurate expendantur ejus verba ab *Salomone* producta (*k*).

Sed & ulteriora in rem noſtram antidogmata ab Doctoribus Neſtorianis adſerta video. Haec videlicet. 1.° Animi corporibus ſoluti omni prorſus ſenſu carent, donec in communi reſurrectione iis iterum copulentur. Ita *Babaeus* Archimandrita, & *Georgius* Arbelenſis, quorum deinde opinamentum *Timotheus* I. Patriarcha ſynodali decreto confirmavit.

2.° Damnati non niſi poſt diem univerſalis judicii pro peccatis poenas luent. Ita *Jeſujabus* Niſibenus & citatus *Salomon* . . . 3.° Damnatorum animi ſtatim atque corporibus ſolvuntur in loco inferiori paradiſi terreſtris collocantur, ibique manent ſenſu cujuslibet mali carenren-

(*e*) In lib. de oeconomia, citato ab *Salomone* Epiſcopo Baſſorae ap. *Sim. Aſſeman.* bibl. orient. t. 3. par. 1. p. 323. ſq.

(*f*) Comment. in Evangel. ex cit. *Salom.* ap. ipſum *Aſſem.* p. 324.

(*g*) L. 3. contra Neſtorianos prope med. ap. bibl. PP. Lugd. t. 9. p. 697. col. 1.

(*h*) Ap. *Aſſem.* proxime cit. p. 323.

(*i*) Ex eodem *Aſſem.* p. 324.

(*k*) Eadem pagina.

rentes, ad uſque communem reſurrectionem, hanc poſtea terram ceu gehennam perpetuo inhabitaturi. Ita iidem *Jeſujabus* & *Salomon*, quibus adhaeſit *Ebedjeſu* Epiſcopus Sobenſis (*l*).

XII. *Novatores Armeni* docuerunt itidem impiorum animos ſtatim a morte non ſubire poenas ſceleribus debitas in gehenna. Sic *Vartanus* Armenus ſcriptor (*m*) *Vanachanus* (*n*) *Dattievenſis* (*o*) *Jo. Orodnienſis* (*p*) aliique, quibus & alii Scriptores Armeni catholice refragantur (*q*).

Idem quod Novatores Armeni, tenuerunt *Maronitae*, ſi qua fides *Thomae a Jeſu* (*r*) additque hoc ex eorum ſententia placitum „ Fideles etſi in locum poenarum eant, ſi in mortali peccato decedant, nihilominus tamen merito fidei, quam in Chriſtum habuerunt, liberabuntur „. Et ii quidem & alii, quos ibidem Author recitat „ ſolent, ait, eſſe communes aliis nationibus orientalibus „ Ceterum Maronitas quod ſpectat, potiorem de eorum caſta conſtantique romana orthodoxia fidem merentur documenta *ſuperius* adlata (*s*).

XIII. *Graeci*, ſaltem photiano ſchiſmate poſteriores, opinati vulgo ſunt, reprobos in gehenna ad poſtremum uſque judicium puniendos non fore, quemadmodum nec juſtos in empyreo beandos (*).

XIV. *Ma-*

(*l*) Haec, citatis documentis legitimis, tradidit idem *Aſſem.* in laud. diſſ. de Syris Neſtor. cap. 7. §. 16. a p. 342. quem conſule ſis.

(*m*) In monitis ad Armen. cap. 5.

(*n*) In tr. de loc. animar.

(*o*) In lib. interrogat.

(*p*) In lib. de haereſ. n. 7.

(*q*) Conf. *Galan.* in concil. eccl. Arm. cum Rom. par. 2. q. 5. §. un. & q. 6. §. 1.

(*r*) De converſ. omn. gent. proc. l. 7. par. 2. c. 6. p. 498.

(*s*) Ubi de beatitudine dilata art. IV.

ADNOTATIONES.

(*) I. HAec *Guido* Perpinianens. Haereſeologis vulgo exceptus, de Graecis tantiſper antiquioribus, in ſumma ubi de erroribus Graecorum cap. 7. De recentioribus vero uno quaſi adſenſu ita opinantibus vulgatiſſima eſt apud Latinos ſententia cum *Thom. a Jeſu* de conv. omn. gent. proc. l. 6. par. 1. c. 1. p. 234. *Alphonſo Bovoſio* Can. Reg. S. Salvator. Bonon. qui eum errorem ſingulari diſputatione confutavit in diſputationib. cathol. contra Graecos diſp. 3. *Mich. Nau* S. J. in vera effigie Eccleſiae Romanae, Graecaeque dialog. 5. p. m. 88. edit. Pariſ. 1680.

Quod autem haec noſtratum ſententia verum teneat, forte cuipiam erui videatur ex reſponſione ad Quaeſtionem LXVIII. in orthodoxa confeſſione fidei Graecorum, de qua nuper verba fecimus ubi de erroribus Graecorum in Purgatorium.

Quippe laudatae quaeſtionis reſponſio ad p. m. 115. ſq. haec continet. „ Porro & illud „ omnibus tenendum eſt, animas juſtorum „ quamquam coelo jam receptas, neutiquam „ tamen ante extremum judicium plenam „ perfectamque gloriae coronam conſequi: „ neque rurſum animas damnatorum plenam „ antea ultionem, poenamque perpeti. Verum poſt ſummum illud atque decretorium „ judicium animas una cum corporibus ſuis „ uſquequaque aut coronam gloriae, aut „ ſuppliciorum ferre cruciatus „.

Idem deinceps Graecos poſteriores tenuiſſe quiſpiam dixerit, quippe quorum fides a dogmatis, quae in laudata Confeſſione in modum dogmaticae catecheſeos expoſita atque definita ſunt, tota pendebat, ut author eſt D. *De Cruce*, Gallorum Regis apud Imp. CPnum perplures annos Legatus, in ſtatu Eccl. graecae in praeſentia l. 1. c. 6. p. 17. ed. Pariſ. 1715. Et vero reſponſio praefata, ſi adcurate expendatur, catholica eſt.

Num denique Graeci hodierni errorem illum

XIV. *Mahumedani* (ſi eos lubeat adpendicis loco productis eronibus Orientalibus inſerere) in ſanctum dogma de gehenna abnormes protulerunt errores. Eos jam in anteceſſum indicavimus (*t*). Venio jam ad alios Occidentales.

XV. *Joannes Erigena* alias notatus adſeruit „ in igne aeterno ni„ hil aliud eſſe poenam, quam beatae felicitatis abſentiam „. Inſuper „ in ea nullum eſſe, qui non habeat inſitam ſibi naturaliter abſentis „ beatitudinis notionem ejuſque deſiderium: habituros miſeros felici„ tatis & veritatis notionem atque ſcientiam; ac per hoc non eſſe„ „ miſeros, nec puniri „. Haec recitat, & in pravo ſenſu capta pluribus confutat *Florus* Magiſter & Eccleſiae Lugdunenſis Diaconus, aut ſi quis alius eſt, uti peracriter contendit *Cellotius* (*u*) operis author (*x*).

XVI. *Cathari Albigenſes* & *Bagnolenſes* dixerunt, *quod infernus nihil eſt* (*y*). Eamdemque impiam confoviſſe ſententiam videris plane apud juniores *Haereſeologos* (*z*) in quorum fide illos nos indicamus, *Almaricanos*, *Albigenſes* veteres, *Beguardos*, *Barbaram* reginam alias productam, *Homines intelligentiae*, *Hermann. Ruiſvich*, *David-Georgianos*, *Libertinos*, queis addito *Infernales* (*a*). Quibus nempe

illum profiteantur, me penitus latet.

II. *Bovoſius* mox laudatus in eadem diſp. 3. a p. m. 162. epiſtolam producit S. Cyrilli Hieroſolym. ad S. Auguſtinum de tranſitu S. Hieronymi, ajentem inter alia, quod poſt obitum S. Doctoris haereſis aut ſecta apud Graecos eruperat, quae ad Latinos uſque pervenerat, probare contendens nefandis rationibus, impiorum animos uſque ad poſtremum judicium nullis poenis cruciandos fore.

Verum aperte fictitia haec epiſtola eſt, eo maxime quod ante obitum Hieronymi Cyrillus e vivis exceſſerit. Id quod Bovoſius, qui ſcribebat 1607. ediſcere potuerat ex Lovanienſibus Auguſtini operum Editoribus, qui in tom. 2. vulgato 1576. eam epiſtolam numero 19. inter ſpurias, gravi prudentique cenſura praemiſſa, quam deinde plauſu exceperunt Editores Maurini, ad calcem tomi recitarunt. Nulla ergo Bovoſio fides. Memoratam cenſuram lege ſis ap. laudatos Lovanienſes p. 379.

III. *Allatius* in diſſ. 2. de libris eccl. graec. non longe ab initio notavit in Synaxariis Graecorum errorem „ qui poenarum „ inferni aliquando finem eſſe, & damnatorum redemtionem inſinuat. „ Addit „ Graecos, illam mordicus tueri ſententiam, preces a ſanctis viris, Deoque gratis effuſas infidelibus & aeternis cruciatibus damnatis proficuas eſſe, quibus & re„ creantur, & aliquando etiam earum ope a „ poenis liberantur „, id quod plurium e gente ſua Scriptorum teſtimoniis luculente comprobare pergit.

Nihilo ſecius in officio Graecorum funereo in ſacerdotem vita functum (quod inter alios Eccleſiae libros particulatim recenſitum non reperias ap. cit. *Allat.* diſſ. 1. de libr. eccl. graec. a p. 4. ad 106.) ap. *Goar* in Euchol. p. 570. ſqq. diſerte legimus „ non „ eſſe in inferis poenitentiam, luctum nun„ quam ibi ſopiendum, nullum inferno eri„ pi „ videlicet p. 570. §. *Quid* p. 571. §. *Quetnam*. p. 573. §. *Velut*.

Heinc fortaſſe in Synaxaria praefatus error fraudulenter irrepſit praeter catholicorum mentem, ac deinceps latenter ita propagatus eſt, ut Eccleſiae graecae univerſae nequeat ille jure adſcribi.

(*t*) Sub init. hujus capitis art. II.

(*u*) In hiſt. Godeſcalchi l. 2. c. 24. & alias.

(*x*) In lib. ſub nomine *Flori Magiſtri & Eccleſiae Lugdunenſis Diaconi* adverſus Jo. Scoti Erigenae erroneas definitiones cap. 16. ad definitiones 3. & 4. ap. *Manguin.* qui tom. 1. de praedeſt. a p. 585. librum exhibet e ms. codice Corbejenſi. Conſule ſis citatum libri cap. 16.

(*y*) Ap. *Peregrin. Priſcianum*, referente *Murat.* de antiq. Italiae t. 5 diſſ. 60. col. 95.

(*z*) Eos conſule ſis ubi de ſingulis ſermonem inſtituunt.

(*a*) Ex uno, quem viderim, *Deturre* ubi de Infernalibus §. 1. p. m. 471.

pe omnibus, una cum Atheis, Epicureis, Materialiſtis, Sadducaeis, plurimiſque id genus peſtibus futurum ſeculum fabula fuit.

XVII. *Lutherus* dubitavit, num animae impiorum poſt obitum ſtatim torqueantur (*b*). Et alias cenſere videtur, quod ejuſmodi animae ſtatim poſt mortem cum diro conſcientiae remorſu maneant in ſinu aliquo concluſae uſque ad noviſſimum diem, poſt quem homo corpore ſimul & anima ad Inferni ſedes praecipitabitur (*c*).

XVIII. *Calvinus* ſentire ſcripſit, non modo daemonum, ſed etiam damnatorum hominum tormenta in diem uſque poſtremi Judicii differri (*d*). Sentire etiam videtur nullum eſſe aut daemonum aut hominum determinatum Infernum, ſeu locum peculiarem, quo ipſi tanquam in carcere incluſi ſint, ubi ait (*e*) differens de Limbo Patrum, *nam concludere in carcere mortuorum animas, puerile eſt* (*f*). Tum gehennae ignem eſſe materialem, ut eraſſam Theologorum imaginationem ridet ac rejicit (*g*).

Ex iis tamen omnibus minime liquet, Calvinum ſimpliciter negaſſe Infernum, quemadmodum eum negaſſe nonnulli Theologi affirmarunt, cum *Greg. Rhodes* (*h*).

XIX. *Joan. Denckius* Anabaptiſtarum Epiſcopus, & quidem valde literatus, ſub an. circ. 1527. docebat, multis Scripturae ſacrae locis fretus, impios ab gehennalibus ſuppliciis demum liberandos eſſe: „ Quemadmodum (ajebat) pater caſtigans filium imprecatur malam „ crucem &c. quod non ex corde facit, ſed tamen ut filius terrea„ tur indignatione patris, & tandem convertatur a malo & reſipiſcat; „ ſic Deus impiis aeternum ignem minatur, non quod velit ignem „ eſſe aeternum, ſed ut impii agnoſcant ſuam impietatem, quae eſt, „ ſi perpetuo viverent in terra perpetuo peccarent, & nunquam ad „ Deum converterentur (*i*) (*).

Ac inde, vehementer ſuſpicor, *Anabaptiſtae* ut plurimum pravum

(*b*) Ad cap. 25. Geneſ.

(*c*) Sermon. in Evangel. de divite & Lazaro.

(*d*) Illud nempe in Epiſt. Judae verſ. 6. iſtud vero inſt. l. 3. c. 25. ſect. 6. Confer *Gault.* in Anat. Calviniſmi par. 1. dilem. 23.

(*e*) Inſt. l. 2. c. 16. ſect. 9.

(*f*) Conf. ejuſdem commentar. in cit. epiſt. Judae verſ. 6.

(*g*) In cap. 30. Iſaiae.

(*h*) In Theol. t. 1. d. 2. de Angelis, q. 3. ſect. 1. §. 1.

(*i*) Haec didicimus ex *Fueslino* cit. in epiſtolis Reformator. centur. 1. epiſtola 11. quae eſt Nic. Thom. Sigelſpachii ad Jo. Oecolampadium §. 3. 4.

ADNOTATIO.

(*) JOannes hic in diſputatione quadam de hoc argumento citatum Sigelſpachium pene convicit. Verum & ipſe demum reſipuit & paucis ante mortem quam Baſileae peſte infectus oppetiit 1529., diebus immanem errorem revocavit, ut author eſt *Oecolampadius* ap. laudat. *Fueslinum* in notatione ad eamdem epiſtolam p. 54.

Verba autem Oecolampadii in quadam ad amicum epiſtola haec ſunt „ Denckium „ illum poſtremum reſipuiſſe vanum non eſt. „ Eſt enim apud me αὐτόγραφον ejus, & for„ taſſis ſi ſui negaturi ſunt, edemus olim, „ quae ante paucos dies ſuae in Domino quie„ tis ſcripſit: etiamſi nec illa purgatiſſima „ erant „. Habentur ap. *Arnold. Meshoutum* in hiſtor. Anabaptiſtica l. 3. §. 20. p. m. 78.

Utinam vero reliqui Anabaptiſtae, qui ſuum Denckium ita enormiter errantem ſequuti ſunt, & reſipiſcentem imitati fuiſſent,

vum cooptarunt errorem, ob quem videlicet jam tum graſſantem ad an. 1530. proſcripti & illi ſunt a Lutheranis in *Confeſſione Auguſtana*, quae (*k*) ſic habet „ Damnant (Lutherici) *Anabaptiſtas*, qui „ ſentiunt, hominibus damnatis ac diabolis finem poenarum futurum „ eſſe „. Quam tamen haereſim re Anabaptiſticam apud recentiores Haereſeologos raro adnotatam video. Et ii quidem inſignes prodromi, qui denuo Nuperis Origeniſtis jamjam advocandis ante bina fere ſecula proluſerunt.

Opinatus idem eſt „ Infernum ad quem impii transferri dican„ tur, poenas & dolores eſſe conſcientiae, qui quidem non exteriori „ aliquo cruciatu, ſed interno quodam morſu tum, quum cuique „ peccata propria innoteſcunt mortales ſint adflicturi (*l*) „.

Nihilo ſecius Anabaptiſtarum coriphaeus *Auguſtinus* ille Bohemus, *Auguſtino-Bohemorum* parens, haec docuiſſe fertur (*m*) „ certum eſſe „ & indubitatum, quemque ſive ad aeternam gloriam, ſive ad ge„ hennam poſt hanc mortalem vitam a Deo ſit relegatus, in ſuis lo„ cis contineri, ac ibi Chriſti adventum praeſtolari „. Quo plane ſenſiſſe prodit, ad poſtremum uſque judicium diferendam reprobis gehennae poenam, ſicut & juſtis gloriam beatitatis; minime vero illam tunc finiendam, quemadmodum nec iſtam, immo potius utramque tum inchoandam, & ſine fine ducendam.

Inde vero liquido compertum nobis eſt, haud ſingulas quaſque factiones, in quas ſecta Anabaptiſtarum jam ab uſque exortu ſuo diſciſſa eſt, eaſdem omnino haereſes docuiſſe. Heinc fortaſſe quae Anabaptiſtica factio apud Confeſſioniſtas Luthericos gehennae ſuppliciis finem poſuit, *Denckiana* eſt, tum temporis fortaſſe maximopere vigens (*n*).

XX. *Joan. Brentius* cum ſuis *Ubiquiſtis* a Valentia & aliis tanquam impii ac perridiculi vulgo exſibilantur, quod tenuerint, Infernum ubique eſſe. At, me judice, non ipſi intellexerunt, quod locus omnis damnatorum locus ſit, ſed quod nullum Deus illis puniendis certum deſtinaverit locum, verum modo hunc, modo illum pro ſuo arbitratu: id quod etiam alii falſo adſeruerunt.

XXI. *Metaphoriſtae*, qui nempe Gehennae ignem, quem toties ſacri Codices nobis ingeminant, in ſenſu metaphorico, non autem in vero ac proprio intelligendum eſſe contendunt, ii referri poſſunt: *Origeniſtae veteres*, rurſum *Calvinus*, *Theod. Beza*, *Lambert. Danaeus*, *Junius*, *Filenus*, *Rainoldus*, *Anonymus Theologus Berolinenſis*, *Franc. Roches* (*o*). Quibus addi poteſt & *Denckius* proxime notatus, & alii hac

(*k*) In articulis fidei praecipuis §. 17.

(*l*) Ap. *Arnold.* proxime cit. quem conferas.

(*m*) Ap. cit. *Arnol.* l. 5. §. 1. p. 120.

(*n*) De ſecta Anabaptiſtarum qui plura volet, adeat cit. *Arnold.* & *Frid. Spanhem.* in diatribe hiſtor. de ejus origine, progreſſu, ſectis, nominibus; necnon *Jo. Cloppenburg.* in gangraena Theologiae Anabaptiſticae.

(*o*) Eos congeſſit cit. *Pattuz.* l. 2. c. 7. adnotatis fideliter, ut credere fas eſt, opportunis probationibus.

Diſſertatione adpellati, qui nullam in gehenna noverunt poenam externo aliquo cruciatu pungentem.

Ex noſtratibus itidem *Cajetanus* (*p*) & *Ambr. Catharinus* (*q*) eandem metaphoram cooptarunt: quamobrem Suarezio, Vazquio, Bellarmino, Petavio, ceteriſque vulgo Theologis peſſime audiunt ceu pugnantes in theſim theologice certam.

XXII. *Sociniani veteres* plerique fere omnes cum parente *Fauſto Socino*, ejuſque primoribus adſeclis *Jo. Crellio*, *Jo. Volckelio*, *Valentino Smalcio*, *Chriſtoph. Oſtorodo* gehennalibus cruciatibus aeternitatem denegarunt, nihil enim aliud eſſe voluerunt gehennam, quam ſtatum mortis impii, ſeu diſſolutionem animae & corporis. Inde vero adſerebant, reproborum poenam haud aliam futuram, quam integrum quoad corpus & animam *interitum*, *abolitionem*, *deletionem*, *deſtructionem* (iis vocibus ſuum ipſi produnt ſenſum) cui propter commiſſa flagitia ab Deo ultore addicuntur, vel ſtatim a morte, vel poſt ſupremum judicii diem (*).

Recentiores quidem nonnulli ex eodem grege, ut ferunt (quorum tamen documenta videre non licuit) tam abſurdam doctrinam adjecto temperamento emollire tentarunt; ajentes nempe impios quoslibet in nihilum redactum iri, perſolutis tamen primum in gehenna ſupplicis, pro meritis criminum brevius aut ſerius duraturis. At hoc tamen temperamentum intactas, vigenteſque relinquit perabſurdas potiſſimum haereſes de mortalitate animorum ac de fine cruciatuum gehennalium.

XXIII. *Nuperi Origeniſtae*, quos *Miſericordes exſoticos* dixeris, ducto initio a *Jana*, vel potius *Joanna Leadea*, famoſa inter Anglos fe-

(*p*) Ad cap. 9. Marci ℣. 43. (*q*) In lib. de praemio bonorum & ſupplicio malorum, uti vulgo citatur, ſed eum tamen librum, quem conſuleremus, videre non datum eſt.

ADNOTATIO.

(*) SAne iſtorum hominum commentarios & epiſtolas per otium percurrenti apud bibliothecam fratrum Polonorum, aut alibi, ſatis iidem obſcure loquuti videntur ubi de hoc argumento ſermonem inſtituunt, quaſi horrerent tam immanium haereſum poſſe reos vere traduci. E. c. *Socinus* in cap. 5. epiſtolae 1. Joan. *Crellius* in 1. Cor. 15. *Volekelius* de U. R. l. 3. c. 33. *Smalcius* apol. contra Franz. *Oſtorodus* in inſtitut. ad p. 414. lit. E.

Enim vero ea in hanc rem vel etiam inviti interdum literis conſignarunt, ut ex eiſdem documentis heinc inde ab invicem collatis & ad mentem ſcribentium intellectis, quam nos paucis expoſuimus, errorum colluvies quam nitide extundi poſſit ac debeat.

Id quod *Calovius* dogmatum, fraudumque Socinianorum callentiſſimus, tamquam in tabella quadam adfabre depictum repraeſentat, adlatiſque diſertis illorum ſermonibus pene ad evidentiam demonſtrat, in antiſocinianis tom. 2. ubi de vita & morte aeterna, art. 3. controv. 3. p. 349. ſqq.

Inde vero, quidquid non nemo minus caute reclamare audeat, jure optimo Haereſeologi nobis indicatam immanem haereſim Fauſto Socino adpingunt cum *Athanaſio* in hiſt. Socinianiſmi par. 2. c. 23. ubi de errorib. Fauſti, p. 390. itemque generatim ejuſdem ſectatoribus ſaltem veteribus, cum *Nat. Alex.* ad Sec. XVI. c. 2. art. 13. §. 4.

Adde, *Erneſtum Sonerum*, Nurembergenſem, Altorphianae Academiae Medicum, Socinianis magnum nomen, exſtinctum an. 1612. qui quaſi totius ſectae nomine commentarium poſteris reliquit hoc inſcriptum titulo „ Demonſtratio theologica & philoſophica, quod aeterna impiorum ſupplicia „ non arguant Dei juſtitiam, ſed injuſtiam „. Quae quidem argumentandi ratio apud eos Novatores dudum frequentiſſima eſt.

femina, authore libri, cui titulus *Evangelium aeternum*, vulgati ſub an. 1697. quo Origenianam apocataſtaſim diſerte propugnabat (r). Origenis errorem mox indicatum partim inſtaurarunt, partimque correxerunt. Videlicet palam profeſſi ſunt, futurum tandem ut impii univerſi cum daemones, tum homines poſt ſupplicia in gehenna pro conditione meritorum ſublata, divinae bonitatis ac miſericordiae ſalutarem experiantur effectum; & Chriſtum omnium Salvatorem agnoſcentes ac venerantes, in empyreum ſempiterna beandi fruitione admittantur (*).

(r) De hac Leadea, ejuſque ſententia & libello plura *Jo. VVolfg. Laegerus* Theol. Tubigenſis, in hiſt. eccl. & pol. Sec. XVI. t. 2. par. 2. l. 1. c. 10.

ADNOTATIO.

(*) *Leibnitius* Vir ſummus, in Theodicea par. 1. n. 17. p. m. 78. de nupero iſto Origeniſmo ſic diſſerit „ Viri quidam ceteroqui pii nec ineruditi, ſed audaces, nuper opinionem reſuſcitarunt Origenis, adſerentis fore ut bonum denique in omnibus & ubique praevaleat, omneſque creaturae ratione praeditae, ipſique adeo mali angeli ſanctimoniam & beatitudinem tandem conſequantur „. Haec ratio haereſeos, & nota ejus innovatoribus inuſta.

Pergit continenter, & ex iis coryphaeos indicat & mala ſubſequuta. Liber *Evangelii aeterni* nuper idiomate germanico a Femina vulgatus, & ingenti atque erudito volumine ſub titulo Ἀποκαταστασις πάντων a Viro defenſus, non modicas ſuper grandi iſto paradoxo turbas excitavit „. Haec ille.

Videlicet praefata Femina *Leadea*, quam *Gervaſius* ceu virum lepide adpellavit, librum illum vernacula lingua ediderat Londini; ſed hic tamen illico apud Germanos in idioma germanicum verſum prodiit, ejuſdemque ſine mora ſtrenuiſſimam defenſionem ſuſcepit *Jo. Guil. Peterſenius*, Lutheranus Vir ac eruditus Theologus, ingenti edito volumine ſub an. 1698.

Peterſenius itaque inter Germanos Proteſtantes ſignum extulit pro Apocataſtaſi Origeniana, quam e veſtigio plerique ex eadem communione novitatum amatores propugnandam ſuſceperunt. Hoc tamen conſilium Confeſſionem Auguſtanam apertiſſime violabat, quippe quae in articulis fidei praecipuis §. 17. Anabaptiſtas damnat, quoniam „ ſentiunt, hominibus damnatis ac diabolis finem poenarum futurum eſſe „. Heinc ergo, me judice, inter Luthericos Confeſſioniſtas enatum diſſidium, tametſi eam rationem nullus, ni fallor, proferat ex eiſdem Proteſtantibus Scriptoribus, quos in hanc rem conſului, & ſtatim indicabo.

Complures igitur antiqui majorum dogmatis tenaciores ſcriptis qua latine, qua germanice vulgatis haereſim recens invectam confutarunt. Puta *VVolfius*, *Thom. Ittigius*, *Zachar. Grapius*, *Jo. Fectius* Roſtochienſis Theologus, *Ludov. Meich. Fiſelinus*.

Ab iis vero, aliiſque inſuper in arenam deſcendens novam vindicavit haereſim Novatorum patriarcha Peterſenius variis editis lucubrationibus; eique ſuppetias animoſe tulerunt *Chriſtoph. Gottlieb Kochius* libro, quem inſcripſit „ Apocataſtaſeos ſolida & orthodoxa expoſitio „ & ex parte *Chriſtian. Tanberus* alio typis commiſſo „ de gemino argumento, altero pro, altero contra Origenianam omnium rerum ἀποκατάστασιν „ nec non ſcriptis aliis *Ferd. Helfreich Lichtſcheid.*

Sed eos tamen rurſum *Georg. Peterſchius*, *Andr. Schmidius*, *Chriſtoph. Sontagius*, aliique perſtrinxerunt. Nec in hodiernam uſque aetatem, quod ſciam, diſſidium conſopitum eſt.

Siquidem & alii deinceps pro nova haereſi adſurrexiſſe feruntur. E. c. *Georg. Paull. Sieguolk* vulgato opere germanice 1705. *Jo. Mich. Langius* in addendis ad diſſert. hiſtorico-theologicas tres, de herba Borith ſub eodem an. 1705. *Ludov. Gerhardus* in ſyſtemate ἀποκαταστασεως, excuſſo 1727. plerique alii apud Authorem diſcurſus de libertate cogitandi ſect. 11. qui *Anton. Collinus* vulgo habetur.

Nec iſta ſatis. Eiſdem quippe Origeniſtis plerique ex aliis Proteſtantium eccleſiis adhaeſiſſe ſuffragiis enarrantur. E. g. *Thomas Mo-*

XXIV. *Anonymus Theologus Berolinenſis*, & *Franciſc. de Roches*, quos ſuperius adpellavimus, ceu quid veriſimile ſubſtinuerunt, in gehenna damni poenam cunctis hominibus impiis futuram communem,

Morus, ejuſque diſcipulus *Thom. Burnetius* Epiſc. Salisburienſ. in tr. de ſtatu mortuorum & reſurgentium, *Jo. Lockius* in chriſtianiſmo rationabili, & ex parte *Henric. Dodvvellus* ap. Clericum in bibl. ſel. t. 26. p. m. 367. pluresque ap. cit. Collinum; ſequuti videlicet contribulem ſuam Leadeam.

Tum ex Batavis *Guil. Kingius* & Author Anonymus libelli vernaculo idiomate Ajae Comitum excuſſi an. 1713. ac praenotati „ Evidens demonſtratio reſtitutionis rerum „ omnium ad Deum, per quam damnati omnes poſt ſupremi judicii diem tandem liberabuntur, perſolutis juxta criminum qualitatem ſuppliciis „.

Arminiani itidem & quos *Latitudinarios* vocant, ex Juriaeo Miniſtro Calviniſta in defenſ. doctrinae univ. Eccl. quatenus nempe dogma de aeternitate poenarum in dubium vertebant, illud utique inter quaeſtiones theologicas adiaphoras reponendum ducentes; *Petr. Baelius* in reſp. ad quaeſt. cujuſdam Provincialis in tom. 3. oper. p. 812. & 1221. Author *Anonymus* Calvinianus epiſtolarum de religione homini eſſentiali.

Hos quidem utriuſque factionis pugiles excepimus ex *Clerico* mox cit. *Leibnit.* cit. in Theod. par. 1. n. 17. & par. 3. n. 266. *Franc. Buddeo* in inſt. theol. dogm. l. 2. c. 3. §. 17. p. m. 462. ſqq. *Jo. Georg. VValchio* in miſcell. ſacr. l. 2. exerc. 2. §. 15. p. m. 288. ſq. edit. Amſtel. 1744. *Pattuzz.* toties cit. l. 3. c. 1. §. 3. Plures ex eccleſia ſua Lutherana recitat *Stoſch* in hiſt. hujus Saeculi XVIII. ſect. 9. §. 18. tum alios ex Calviniana ſect. 11. §. 28.

Sed & iis *Gervaſius* l. 3. de peccat. poenis c. 5. conſentientem ſubjungit *Marchionem de Argento* in literis judaicis. Noſque demum adnectimus *Anonymum* Scriptorem nuperi operis idiomate gallico vulgati de ſtatu animorum corporibus ſolutorum in XIV. literas diſtributi, Londini ut fert prima pagina, excuſſi an. 1731. ac dein recuſſi 1757. una cum refutatione alterius *Anonymi*, qui eas literas acerrime perſtrinxit aliis literis ſub titulo *Examen Origeniſmi*, quibus & alterius voluminis additamentum ſpoponderat. Haec didicimus ex editione ſecunda illarum XIV. literarum.

Ipſis praeterea Origeniſtis adnumeratur *Jo. Tillotſonus* Archiep. Cantuarienſ. in ſerm. 33. de aeternitate ſuppliciorum inferni, idiomate anglico recuſo 1699. in volum. 1. ſermonum. Ita quidem praecitati *Buddeus*, *Pattuzzius*, *Gervaſius*, necnon *Thom. Stackouſius* in Theol. par. 5. c. 8. ſect. 2. p. m. 713. & alias.

Ceterum in ſumma ejuſdem ſermonis, quam gallice verſam debemus *Clerico* in bibl. ſel. t. 7. art. 8. a p. 289. Origeniſmum dilucide adſertum reperio nullum, aut quod prudentem ejuſdem ſuſpicionem injicere poſſit. Licet autem pro eo multa ſibi objiciat, ut moris eſt apud quoslibet Profeſſores Polemicos, ſolide tamen cuncta extemplo ſolvit.

Nec idem inſuper *Clericus* (uti nonnulli inſuſurrare videntur) in ſimilem Origeniſmi ſuſpicionem merito vocari poteſt, tametſi in Parrhaſianis & in bibl. ſel. loco mox adpellato in animadverſionibus Tillotſonii ſermoni inſertis oſtentandi ingenii gratia Origeniſtarum argumenta promoveat: quippe ibidem ac ſaepe alias gehennalem aeternitatem ſuſtinere deprehenditur.

Quin & de ipſo adductus *Leibnit.* par. 1. n. 17. jure pronuntiavit „ Cl. etiam Clericus „ Origeniſtarum cauſſam ingenioſe egit, li„ cet eam ſibi probari non profiteatur „.

Jam vero nuperos Origeniſtas, vana potius ſubtilitate ac eloquentia, fuco & dolo plenis, quam ſolido ratiocinio in ſcandalum & perniciem totius humani generis pugnantes, confutant e noſtratibus Scriptoribus nuperrimis, quos viderim, memorati *Pattuzzius* edit. 1748. & *Gervaſius* edit. 1764.

Ut mittam reliquos Seculi noſtri Theologos, qui in editis de gehenna commentariis peſtilentem hanc haereſim, tacitis Origeniſtis junioribus, oppido perſtrinxerunt. E. c. *Marcellin. Siuri* in comment. de Noviſſimis tr. 22. cap. 1. ſqq. de an. 1707. Cardinal. *Gotti* tr. de fine mundi q. 8. dubio 1. edit. 1735. *Renat. Billuart* tr. de peccat. diſſ. 7. art. 4. §. 2. de an. 1748. *Nicol. Muzka* l. 3. de peccat. poen. 1756. *Joſ. Moſchein* tr. 2. par. 2. §. 2. 1764. *Georg. Roman* in doctr. theol. c. 10. § 4. edit. 1767. Hic autem obiter haereticos noſtros memorat.

Ex Acatholicis vero *Buddeus* cit. p. 464. ſqq. de an. 1741. & *Stackouſius* nuper memoratus edit. 1760.

Porro quemadmodum iidem Origeniſtae in

nem, non ita vero poenam ſenſus; hac nempe eos duntaxat plectendos exiſtimant, qui gravioribus implicati ſceleribus totam ferme vitam tranſegerint (*s*).

XXV. *Swindenius*, recens ſeculi noſtri Doctor Anglus (*t*) in illud incidit ſtultiſſimum ac inauditum paradoxon, quo adſereret, ac pluribus conaretur probare, ſitum inferni non in terris eſſe, ſed in ſole, ibique impios, non alibi aeternas daturos poenas (*u*). Perridiculo commento ſuffragati videntur *Bionius*, Eccleſiae Anglicanae Miniſter, quippe qui libellum Authoris jam fato functi, anglice conſcriptum, in gallicum vertit, adnotato Svvindenii nomine, quem prima editio ſubticuerat, eique pompoſam praefationem adpinxit; necnon *Vallius* Paedobaptiſmi hiſtoriographus, qui nonnullis animadverſionibus ad calcem opuſculi ſubjectis, hoc fulcire ac illuſtrare adniſus eſt.

At enim vero non defuerunt qui in temerarium placitum acriter inveherentur. Nempe ex noſtratibus *Michaël Amatus* patria Neapolitanus (*x*) *Joa. Gaſpar Löeſcherus* (*y*) *Liberat. Faſſonus* (*z*) ac plurium inſtar *Patuzzius* (*a*). Ex Acatholicis vero *Fridericus Otho* Lutheranus (*b*) & *Stackouſius* Theologus Anglus (*c*). Excerpta haec ſunt ex *Patuzziana* praefatione in ſuam diſſertationem, & ex producto *Stackouſio*, quos vide ſi liceat.

Sed & pleraeque aliae dudum prodierant de ſitu inferni perabſurdae opinationes, ad quarum normam eruditus Svvindenius ſuam comminiſci potuit. Sic enim *Plutarchus* (*d*) eum repoſuit in concavo lunae, in caverna ſcilicet profundiſſima earum, quibus illud aſtrum conſtare arbitratus eſt: *Rabbini* nonnulli (*e*) in loco ſupra firmamentum ſceleſtis deſtinato: *Anonymi* aliqui in hemiſphaerio huic noſtro adverſo (*f*) *Alii* (*g*) in coelo Martis, quod utpote flagrat ardentiſſimo

in defenſionem erroris iis, quae olim eorum parentes, avi & proavi effutierant perpauca ſubjunxerunt nova; ita & nuperis ipſorum oppugnatoribus parum laborandum fuit ut eos denuo ſubruerent, ſi prae oculis habuerint quae tot, tantique Patres ac Theologi in veteſtiores erroris aſſertores ex Scripturis, traditione, iiſque ſubnixo nativo ratiocinio in medium protulerunt.

Et haec ſatis de cauſſa literaria nuperi Origeniſmi, cujus breviorem hiſtoriam accurate tradidit laud. *Buddeus*, quem, ſi liceat, recolere juvabit.

(*s*) Conf. ipſe *de Roches* in chriſtianiſmi defenſione tom. 2. epiſt. 37. & 38.

(*t*) In diſquiſitionib. in naturam & ſitum inferni cap. 3.

(*u*) Haec diſcimus ex eodem *Patuzzio* in diſſ. pererudita de ſede inferni in terris quaerenda contra Svvindenii delirium, ubi hujus commentarium, quem citavimus ex *Stackouſio* proxime adlato ubi de ſitu inferni p. 705., in compendium redigit in par. 1. cap. 1.

(*x*) In diſſ. 2. ex quatuor, quas in conſeſſibus academicis recitavit.

(*y*) In lib. parergorum ſacrorum Roclitii edito.

(*z*) De piorum in ſinu Abrahae beatitudine ante Chriſti mortem cap. 1. in fuſiore quadam nota.

(*a*) In adnotata diſſ.

(*b*) In diſſ. inaugurali VVitembergae edita.

(*c*) In loco quem nuper obſervavimus.

(*d*) In lib. de facie in orbe lunae.

(*e*) Ap. *Bartolocc.* in bibl. rabb. t. 2. in diſſ. de inferno Rabbinor.

(*f*) Ex *Soto* in 4. diſt. 45. q. 1.

(*g*) Referente *Abulenſi* in paradoxis, par. 5. cap. 90.

ſimo igne . *Quidam* denique (*h*) in aëre caliginoſo . Abſona vero & Scripturis & communi Eccleſiae immo gentium omnium ſenſui adverſa eſt cogitatio quaelibet , eum ſitum in receptaculo ſubterraneo non collocans . Haec fere cuncta paradoxa ingenioſe ac erudite confutat *Abulenſis* (*i*) .

At manum de tabula . A profanis erroribus ad veritates theologicas jure ſuo procedit oratio .

(*h*) Ap. ipſum *Abulenſ.* in tr. de ſtatu animarum poſt hanc vitam concluſ. 4. p. m. 9.
(*i*) In tractatu proxime cit. ſparſim .

§. I.

De Receptaculis generatim .

RURSUM QQ. DOGM. SCHOL.

367 QUAESTIO I. Quid , & quot ſint Receptacula ? ADSERO I. Sunt loca , in quibus recipiuntur animae poſt viam , hoc eſt vix dum corporibus exſolutae ſunt (*k*) . II. Quinque ordinaria vulgo recenſentur , in quibus ſcilicet ordinarie univerſae animae recipiuntur , ac degunt . Nempe coelum Empyreum , quod recipit animas omnino mundas : Limbus Patrum , vel ſinus Abrahae , qui ante Chriſti Domini Reſurrectionem excepit juſtorum animas nihil expiandum habentes : Limbus puerorum qui recipit decedentes in ſolo peccato originis : Purgatorium , quod animas alicui adhuc expiationi obnoxias : Infernus , vel gehenna , quae decedentes in culpa lethali (*l*) .

368 Porro haec receptacula , ſaltem ſumta ſimpliciter quantum ad ea , quae in ipſis animas agere , ſeu pati exiſtimamus (ſi Limbum Patrum quoad privationem viſionis beatae , nonnullis adhuc dubiam , excipias) ceu fide certa creduntur : exſtantque prope innumera traditionis teſtimonia . Nam 1.° Empyreum exhibent *Scripturae* paſſim , ex. g. *Pſ.* 148. 4. *Matth.* 5. 12. & 6. 20. *Epheſ.* 4. 10. *Hebr.* 7. 26. *Act.* 1. 11. & 7. 49. *Iſai.* 60. 18. *Jerem.* 3. 29. & 1. *Cor.* 2. 9. *Rom.* 1. 8. tum *PP.* abunde cum *Baſ.* (*m*) *Aug.* (*n*) & *ceteris PP.* & *CC. ſupra* datis (*o*) . Deinde Limbus Patrum memoratur *Gen.* 37. 35. & 42. 38. *Luc.* 16. 23. adjectis *PP.* expoſitionibus ſuper ea loca , una cum *Aug.* (*p*) . Inſuper Limbus puerorum innoteſcit cuiquam ex iis , quae probant aeternam eorum damni poenam mox indicandis (*q*) . Item Purgatorium commonſtrant *Scripturae* , cum *Eccli.* 7. 37. & 1. *Reg.*

(*k*) Haec una *Theologorum* vox poſt *Mag.* 4. ſent. diſt. 45. lit. B. ex *D. Greg.* & ibi *D. Th.* q. 1. a. 1. & ſum. ſupplem. q. 69. per tot.

(*l*) Ita quidem noſtrates *TT.* cum *D. Th.* cit. a. 2. & 3. & ſuppl. cit. adverſum Proteſtantes , quibus non niſi bina numerantur receptacula , puta empyreum & gehenna .

(*m*) Hom. 1. in Pſal. 1.

(*n*) Civ. l. 10. c. 9. & 27.

(*o*) Ubi de felicit. hominis . Syllabum Patrum in exſiſtentiam empyrei conſpirantium chronologice contexuit *Salianus* in adpar. ad ſuos Annales c. 6. , ipſumque longe luculentiorem retractavit *Henaus* in empyreol. l. 1. exſerc. 2. ſect. 3. a n. 12.

(*p*) Civ. l. 20. c. 15. & l. 12. ſup. Gen. ad lit. c. 34.

(*q*) Ubi de hoc Limbo .

Reg. 31. 13. & 2. *Reg.* 1. 12. & 2. *Mach.* 12. 43. *Matt.* 12. 32. & 1. *Cor.* 3. 11. & 2. *Reg.* 2. 5. Ac etiam *CC.* cum *Carthag.* III. (*r*) *Carthag.* IV. (*s*) *Later.* (*t*) *Florent.* (*u*) *Trid.* (*x*) *Senon.* (*y*) *Moguntin.* IV. (*z*) *Synod. Hieroſol.* (*a*) Tum *PP.* cum vulgato *Dion.* (*b*) *Tert.* (*c*) *Cypr.* (*d*) *Cyr. Hieroſ.* (*e*) *Nyſſen.* (*f*) *Ambr.* (*g*) *Hier.* (*h*) *Chryſoſt.* (*i*) *Paullin. Nol.* (*k*) *Aug.* (*l*). Tandem Infernum gehennalem perhibent *Scripturae* cum *Num.* 16. 33. *Job* 21. 13. *Pſ.* 48. 15. & 93. 17. *Iſai.* 30. 33. *Matt.* 25. 41. & 18. 9. *Luc.* 16. 22. & 2. *Petr.* 2. 4. *Philipp.* 11. 10. *Juda* n. 6. *Apoc.* 20. 2. & 14. Ac etiam *quatuor Symbola*, & *CC.* cum *Tolet.* IV. *Arelat.* IV. *Florent.* (*m*). Tum *PP.* cum vulgato *Juſtin.* (*n*) *Tert.* (*o*) *Aug.* (*p*) *Greg.* (*q*) *Eucher.* (*rr*) *Hilar.* (*ss*) *Hier.* (*tt*) *Chryſ.* (*uu*); iis adjunctis, quibus gehennae aeternitas jamjam confirmanda reſtat (*xx*).

369 Jam ſi exoptes quoad dogmata adſerta CONCORDIAM FIDEI ET RATIONIS, eam porro non pauca ſapientum ethnicorum placita diſertiſſime teſtantur. Principio enim maximam eorundem ſapientum turbam profeſſam eſſe quamdam quaſi empyream ſedem in praemium meritorum, jam nobis *ſuperius* obſervatum eſt (*yy*).

370 Deinde Purgatorium, natura duce, intellexit ſine dubitatione *Pythagoras* ubi inquit purgatas jam animas emitti, & in excelſum duci a Mercurio, quem idcirco animarum quaeſtorem & janitorem dicit (*zz*). Tum *Plato* (*aa*) ubi tartari poenas quibuſdam temporarias, atque adeo dumtaxat purgatorias eſſe decrevit; videlicet iis tantum irrogandas, qui peccatis *ſanabilibus*, hoc eſt non ita gravibus obſtricti in vita fuerint, vel qui gravia quidem peccarint, ſed quae tamen expiare poſtmodum per poenitentiam ſategerint (*bb*); itemque ducem

(*r*) C. 29.
(*s*) C. 79.
(*t*) Sub Innoc. III. c. 66.
(*u*) Seſ. ult.
(*x*) Seſ. 6. can. 30. & ſeſ. 22. cap. 2. & ſeſ. 25. decr de Purgat.
(*y*) In decr. fid. c. 12.
(*z*) Can. 48.
(*a*) Sub Doſitheo, an. 1672. c. 5. & 18.
(*b*) Eccl. Hier. c. ult.
(*c*) L. de coro. milit. c. 3. & 4. & alibi.
(*d*) Epiſt. 66.
(*e*) Catech. myſt. 5.
(*f*) Ser. de dormientib.
(*g*) Ep. 9. ad Fauſtin.
(*h*) L. 18. in Iſai. ſub fin.
(*i*) L. 6. de Sacerdot. & hom. 41. in 1. Cor.
(*k*) Epiſt. 36. alias 20. ad Amandum.
(*l*) L. 9. confeſ. & 20. civ. c. 25. & l. de cura pro mortuis c. 1. & ſer. 172. alias 32. de verb. Apoſt. & ſaepius.
(*m*) Seſ. ult. in lit. union.
(*n*) Quaeſt. 75.
(*o*) In Apol. c. 11.
(*p*) L. 11. retrac. c. 24. & 21. civ. c. 11.
(*q*) L. 4. dial. c. 36.
(*rr*) Hom. ad Monach.
(*ss*) In Pſ. 11.
(*tt*) In epiſt. ad Epheſ.
(*uu*) Orat. in ſecundum Domini Adventum.
(*xx*) Ubi de receptaculo Inferni.
(*yy*) Ubi de felicitate hominis, pag. 238. n. 273. ſqq.
(*zz*) Ap. *Laërt.* de vit. phil. l. 8.
(*aa*) In Phoedone, in Gorgia ſub fin. in Axiocho, & l. 10. de rep.
(*bb*) Conferendi hanc in eximiam Platonis ſententiam *Tertull.* de anima c. 54. *Clem. Al.* 5. ſtrom. c. 6. *Arnob.* l. 2. n. 10. *Theodoret.* cont. Graec. l. 11. ſub init. *Euſeb.* praep. evang. l. 11. c. 38. *Plutarch.* lib. de ſera Numinis vindicta ſub fin. *Raynaud.* theol. nat. diſt. 8. q. 4. art. 2. a n. 222.

ducem ſequuti *Platonici* (*c*). Et ex iis ſignanter *Iamblichus* (*d*). Heinc vero ſibi caventes plerique Proteſtantium recentiorum, ad riſum, luſumque rem ſacratiſſimam traducentes, dogma iſtud & Pythagoreum & Platonicum adpellitant.

371 E Poëtis itidem ferme *Homerus*, quatenus adſeruit, in tartaro, hoc eſt in quodam ſpeciali inferorum loco, eorum, qui peccaſſent, culpas expiari (*e*) & omnino quidem *Virgilius* ubi damnatorum ſub inferis varias exponens poenas, haec infit (*f*).

„ Ergo exſercentur poenis, veterumque malorum
„ Supplicia expendunt: aliae panduntur inanes
„ Suſpenſae ad ventos: aliis ſub gurgite vaſto
„ Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.

Maroniana haec carmina profert, expenditque de Purgatoriis in altera vita ſuppliciis *Auguſtinus* proxime laudatus, quin ab eo diſſentiat Cl. ejuſdem Interpres *Ludov. Vives* (*g*).

372 Quod praeterea Infernum Gehennalem ſpectat, ferme plerique omnes, qui pro beatitate in bonorum retributionem *ſupra* laudati ſunt, & gehennalem pariter infelicitatem in malorum punitionem, eodem nativae rationis ductu, propugnarunt. Iidem quippe ſimul, ac pene indiſcriminatim pro utroque dogmate laudantur a *Cherburyo* & *Huetio* nec ſemel ab *Eugubino* (*h*). Et vero ii quoque ſingillatim pro dogmate praeſenti connumerari poſſunt.

373 *Orpheus* cum *Aegyptiis* (*i*) *Plato* (*k*) vulgo *Hebraei*, *Graeci*, *Mahumedani* (*l*) *Plutarchus* (*m*) *Dionyſ. Halicarnaſseus* (*n*) *Zeno* (*o*) *Seneca* (*p*) *Malchus* (*q*) *Pagani* fere plerique omnes (*r*) *Macrobius* (*ſt*) *Lucianus* (*u*) *Homerus* (*x*) *Seneca* comicus (*y*) *Heſiodus* (*z*) *Ovidius* (*a*) *Lucretius* (*b*) *Virgilius* (*cc*) *Papinius Statius* (*dd*) *Tullius* (*ee*). Sentiendum itaque, ineſſe omnibus hominibus bene ſapientibus communiſſimam inferni gehennalis notitiam (*ff*) eſto perpauci fuerint, & quidem ſtultiſſi-

(*c*) Ap. *Aug.* l. 21. civ. c. 13.
(*d*) In l. de anima.
(*e*) Referente *Stobaeo* in eclog. phyſ. l. 1. c. 40. ſub fin.
(*f*) L. 5. Aeneid. v. 739. ſqq.
(*g*) Conf. *Jac. VVindet.* in diſſ. de vita functorum ſtatu ſect. 6. & 8. ubi etiam deprehendas dogma de Purgatorio ex Hebraeorum, Graecorumque ſententia.
(*h*) Adductis *ſupra* ubi de dogmate coeleſtis beatitudinis.
(*i*) Ex *Diodoro* bibl. hiſt. l. 1. ferme ſub fin.
(*k*) In dial. de animo & alias.
(*l*) Eorum ſenſa exponit laud. *VVindet.* ſect. 9. a p. m. 165. pluriumque Graecorum *Stobaeus* in eclog. phyſ. Tum pro ſenſu Hebraeorum conferri poſſunt *Calmet* in diſſ. de ſtatu poſt mortem juxta Hebraeos, & *Anſald.* in l. de futuro ſeculo ab Hebraeis ante captivitatem cognito.
(*m*) Interprete *Eugub.* de per. phil. l. 10. c. 26. & 28.
(*n*) Lib. 8.
(*o*) Ap. *Lactant.* inſt. l. 7. c. 7.
(*p*) Epiſt. 67.
(*q*) De vita Pythagorae.
(*r*) Ap. *Coel. Rhodigin.* l. 6, c. 9.
(*ſt*) In ſomn. Scip. l. 1. c. 11.
(*u*) In dialog. mort. ſaepe.
(*x*) Odyſſ. κ.
(*y*) In Hercule furente.
(*z*) In Theogonia.
(*a*) Metamorph. 4.
(*b*) Lib. 4.
(*cc*) Aeneid. l. 6. v. 125. & alias.
(*dd*) Lib. 2. Theb.
(*ee*) Tuſcul. quaeſt. haud ſemel.
(*ff*) Cum *Sexto Empir.* l. 8. adv. Mathem.

tiſſimi, qui eam commentitiam exiſtimarint (*g*).

374 Et vero quantum ad Limbos Patrum & puerorum ne vel tenuiſſima quidem umbra, quod ſciamus, apud veteres Paganos occurrit. Nec mirum ſane, quum eorum notitia ſeu adumbratio ab arcanis illis mirabilibus de adventu Chriſti Redemtoris, ac de peccato originis, adeo naturae imperviis, tota pendeat.

375 II. Pleraque creduntur receptacula extraordinaria, quae ſcilicet quaſi ex adcidenti aliquas quandoque recipiunt animas. Sic enim ſaepe (ut ferunt) adparent, ſuntque in hoc mundo Angeli, & animae beatae, tum daemones, & animae ad gehennam ſpectantes, purgatorium, & limbum. Item aër caliginoſus carcer eſt pluribus daemonibus uſque ad diem noviſſimum (*h*). Nonnulli praeterea daemones reſident in corporibus, quae adſumunt, aut obſident, uti forte, ſimiliter multae animae, tum beatae, tum damnatae, tum purgatorii, tum limbi, quod quidem apud pleroſque Scriptores minime repugnat (*i*). Aliquae tandem animae putantur ex divina diſpenſatione ſuper terram poenas temporarias luere procul a receptaculo purgatorii (*k*).

OBJECTIONES.

376 Obj. contra II. Adſ. Non eſt, cur tot numero diverſa receptacula confingantur. Nam 1.° anima ſpiritalis ex Boët. (*l*) non eſt in loco, & ex Aug. (*m*) non fertur ad locum: ergo nullum eſt pro animabus corpore exutis receptaculum. 2.° veroſimiliter unicum eſt in terris receptaculum, omnes quoad loci ambitum continens animas, ſejunctas tamen in diverſis localibus manſionibus, cujuſcumque meritis reſpondentibus; adeo ut digniores locum gradatim ſuperiorem obtineant. Omnia enim haec receptacula eodem ſenſu adpellantur *inferna*, ſeu *partes inferiores terrae*, Epheſ. 4. quin etiam Chriſti anima dicitur *ad inferos* ſimpliciter deſcendiſſe, eſto ſolum profuerit ejus deſcenſus animabus e ſinu Abrahae, ac fortaſſe purgatorii. Heinc 3.° pro meritis unum eſt receptaculum, nempe Empyreum: ergo & unum pro peccatis, nempe Infernus. 4.° ſi pro qualitate culparum diverſa ſint poenalia receptacula, etiam diverſa erunt pro graduali culparum malitia; at haec pene infinita eſt: ergo & pene infinita receptacula diſtingui debent, in quibus illa malitia puniatur: quod quidem a vero nimium abludit. 5.° ex Greg. (*n*) *ſub eodem igne peccator crematur, & electus purgatur*: immo & eodem cremantur, qui cum ſolo originali deceſſerunt: ergo ſaltem idem eſt ignis, & locus purgatorii, limbi puerorum, & gehennae.

(*g*) Plura de hoc argumento dabit laud. *Claſenius* in Theol. Gentili l. 1. c. 14. ſqq. & l. 2. a c. 1. ad 10.

(*h*) Id quod ex Scripturis & PP. *ſupra* monuimus Tom. III. p. 118. ex *D. Th.* cit. a. 3. & alibi.

(*i*) Eos, quibus cum ſentit, congerit, illuſtratque cit. *Siur.* tr. 7. c. 2. ubi de regreſſu animarum.

(*k*) Recole ſis cit. *Siur.* tr. 5. a n. 26.

(*l*) L. de hebdomad.

(*m*) Sup. Gen. ad lit. 12.

(*n*) Ap. D. Th. in ſuppl. q. 69. a. 8.

377 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: anima eſt in loco, & fertur ad locum, non corporaliter, ſed modo conveniente ſpiritui. Dicimus enim de anima D. Petri eſſe in empyreo, & de mendici anima legitur, *quod portaretur ab Angelis in ſinum Abrahae, Luc. 16.* Ad 2: certum non eſt, nec ſatis hactenus exploratum, quo ſitu, & ordine haec loca gaudeant: num ſint continua, vel ſaltem contigua, interjectis parietibus, ſeu opacis corporibus, quae ipſa dividant. Utrique opinandi modo aptatur fides, & Scriptura, dummodo habeatur, animas in unoquoque receptaculo ſtatui ſuo reſpondentes, luere poenas aut bonis frui. Verum communis Doctorum, & fidelium adprehenſio illa penitus dividit. Nomen *inferni*, quo ſolum denotatur ſubterraneus locus, eſt omnibus commune: dumque inquit ſymbolum, Chriſtum deſcendiſſe ad inferos, de inferno, vel limbo Patrum loquitur.

378 Ad 3. *N. Con.* quia gloria eſſentialis pro omnium meritis una, & eadem eſt beatitudo perpetua: unde proprie unum eſt pro cunctis merentibus empyreum: at poena eſſentialis animarum corporibus exutarum, ſecundum quatuor diverſos ſtatus diſtincta eſt, quibus propterea totidem diverſa loca convenientius reſpondent. Ad 4. *N.Ma.* quia diverſitas graduum in peccato, aut in poena non expetit aut conſtituit ſtatus diverſos, quibus diſtincta competant receptacula. Ad 5. *D. A.* ſub eodem ſpecie igne, uno ſcilicet temporaneo, & altero aeterno, & quidem in diverſis infernis, *C.* ſecus, & in eodem inferno, *N.* Neque vero ſub *τό peccator* intelligit Greg. animas in peccato originis decedentium, uti nec ſub *τό electus* animas e limbo Patrum (*o*).

379 QUAESTIO II. Quo pacto animae ad receptacula deferantur? ADSERO I. Poſſunt ſe ſe ad illa traducere, quin ullo egeant adjutore, vel duce. Quia anima ſeparata a corpore poteſt ſe movere, & progredi ab uno in alium locum; eique debentur connaturaliter ſpecies rerum naturalium (*p*): ergo & ſui receptaculi, & viae ad illud. II. Ex Dei deſtinatione deportari ad ea videntur Angelorum, ac daemonum miniſterio. Haec quidem vulgatiſſima fidelium conſenſio. Faventque *ſacrae literae* ex *Luca* 16. 22. Tum *PP.* cum vulgato *Juſtino* (*q*) *Baſil.* (*r*) *Nazianz.* (*s*) *Cyrill. Alex.* (*t*) *Gregor.* M. (*u*) *Officium* denique *eccleſiaſticum* (*x*) (*y*).

§. II.

(*o*) Conferendi *D Th.* ſuppl. q. 69. a. 1. 9. *Suar.* heic d. 42. ſ. 2. *Val.* cit. d. 11. q. 1. pu. 1. *Got.* tr. 14. q. 1. dub. 1.

(*p*) Ex *Suar.* de anima l. 6. c. 4. cui adcinunt *Conimbricenſ.* tr. de anima ſeparata d. 5. art. 1.

(*q*) Q. 75. ad orthodoxos.

(*r*) Orat. in Gordium Mart. ſub fin.

(*s*) Orat. in Baſilium verſus fin.

(*t*) Orat. de exitu animae.

(*u*) L. 30. in Job c. 5.

(*x*) In precibus, quibus Deum pro animabus corpore exſolutis orare conſuevit.

(*y*) Recoli poſſunt *D. Th.* in ſuppl. cit. a. 3. *Val.* cit. pu. 2. *D. Bonav.* in 4. diſ. 45. a. 1. q. 3. *Granad.* cit. par. 1. diſp. 7.

§. II.

De Receptaculis particulatim.

380 QUAESTIO I. Quid de *Empyreo*? ADSERO 1. Eſt coelum ſupremum, corporeum ſeu materiale, lucidum, egregia praeſtans amplitudine; utpote beatitatis aeternae locus ac domicilium, ſpiritibus & corporibus incolis conſentaneum, & remuneratore Deo dignum. Profecto vox *Empyreum* (ut Cajetano 2. Cor. 12. 2. interpretanti morem geramus) apud ſacros codices deſideratur, at nova non eſt, ſed vetuſtiſſima, & pleriſque priſcorum Patrum (*z*) uſurpata ad exprimendum beatitatis ſempiternae locum (*a*). Eſt igitur empyreum coelum ſuper omnes coelos, quod utique conſcendit Chriſtus Dominus ex *Epheſ.* 4. 10. *excelſior coelis factus* ex *Hebr.* 7. 26. (*b*). Eſt corporeum, utpote corporatis hominibus perpetua ſedes ac imperium (*c*); nec ſpiritale quidem illud dixeris cum *Damaſc.* (*d*) vulgato *Anſelmo* (*e*) & *Honor.* Auguſtod. (*f*) niſi quatenus eſt quoque ſpirituum, vel Angelorum regio.

381 Eſt itidem lucidum. Quod erui videtur ex *Apoc.* 21. 10. & 22. 5. Ecquis autem huic ſanctorum corporum regiae ſplendentiſſimae noctem ac tenebras non immerito adpinxerit? Mole demum ampliſſima atque inenarrabili circunſcribitur. Quoniam ex *Baruch* 3. 24. *quam magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis ejus! Magnus eſt & non habet finem, excelſus & immenſus.* Eum quidem nonnulli adcurate metiri contenderunt: at me tamen judice, plus audaces, quam ſapientes & cordati. Iis plura ſubnectunt aliqui circa naturam empyrei, quae tamen phyſicam ſpectantia, nec heinc aut inde rationibus ſatis congruis communita, libenter mittimus (*g*).

382 II. Nominibus permultis donatur empyreum apud ſacros codices. Quippe nuncupatur Coelum coeli *Pſ.* 67. 34. & *Pſ.* 13. 16. *Deut.* 10. 14. & 3. *Reg.* 8. 27., Tabernaculum Dei *Pſ.* 14. 1. *Pſ.* 41. 5. *Apoc.* 21. 3., Terra viventium *Pſ.* 26. 13. *Pſ.* 141. 6., Civitas *Pſ.* 47. 9. *Pſ.* 81. 3. *Apoc.* 21. 2. ſqq., Templum *Pſ.* 10. 5. *Iſai.* 6. 1., Paradiſus 2. *Cor.* 12. 4. *Apoc.* 2. 7., Regnum *Matth.* 25. 34. *Luc.* 14. 15. & 2. *Tim.* 4. 18., Regnum coelorum *Matth.* 3. 2. & c. 5. 3. & 10. & c. 10. 7. Quibus videlicet perſpicue ſatis exprimuntur ſacra loci ſublimitas, ſanctimonia, felicitas, majeſtas, pulcritudo, dignitas, atque

(*z*) Eos repereris apud ſyllabos *Saliani* & *Henai* mox laudatos.

(*a*) Pulcre ac erudite hanc in rem cit. *Siur.* tr. 26. c. 1.

(*b*) Id pleriſque cum *Averſa* in phyſic. q. 32 ſect. 4. nde ſanctum, aliis fortaſſe rectius cum *Suar.* de op. ſex dier. l. 1. c. 4 n 2. omnino certum, utpote Theologorum ferme omnium calculo comprobatum.

(*c*) Contra pauciſſimos conſentiunt vulgo *TT.* ap. & cum *Tannero* in Theol. t. 1. diſp. 6. q. 2. dub. 4.

(*d*) De fid. l. 1. c. 16.

(*e*) De imagine mundi l. 1. c. 28.

(*f*) Pariter de imag. mund. l. 1. c. 139.

(*g*) Adeat qui iis delectetur cit. *Henaum*, ſparſim de iis differentem, & quidem praeceteris luculentiſsime.

que adfluentia deliciarum, quibus beati adcolae & animo & corpore fatientur uberrime.

383 III. Quaenam futura ſint urbis empyreae oblectamenta corporea, quis certo noverit? Sunt porro quibus placet ea ad literam intelligenda venire, quae de empyreo delibant ſacra oracula, e. c. quod ſit civitas in quadro poſita, aurum mundum, cum muris & portis duodecim ex lapidibus pretioſis, continens propugnacula, plateas, flumina, arbores, fructus; qualia nempe legimus ap. *Tob.* 13. 21. *Iſai.* 54. 11. *Apoc.* 21. 18. & 22. 1. ſqq. & alias. Plerique vero, nec ii quidem ignobiles Interpretes melius fortaſſe ſapiunt, contendentes utique adducta oracula ad ſenſum myſticum & ſymbolicum revocanda eſſe. Non equidem inficias iverim, ibi ſenſus corporeos oblectamentis ſuae conditioni congruentibus recreandos fore. Quae tamen haec erunt? Nos tandem aliquando, Deo auſpice, experientia condocebit. Haec de receptaculo empyreo (*h*). At de conditionibus & praerogativis ejus incolarum ſatis alias (*i*).

Ne vero deſiderari exſiſtimes monimentorum veterum traditionem, quae ſanctum dogma de hocce receptaculo ſacratiſſimo mirum in modum communiat, atque illuſtret, en illam.

(*h*) De eo latiſsime cit. *Henaus*, nec inerudite quidem laudat. *Siur.* tr. 26. & 27. At ipſi tamen a phyſica hodierna multis nominibus refelluntur in pleriſque circa empyreum quaeſtionibus. (*i*) Ubi de felicitate hominis.

CLASSIS VI. MONUMENTA ANTIQUITATIS

pro caelo Empyreo.

CHRISTIANA MARMORA.

I PONTIFICIS SANCTI CINERES TENET HONORATI
ARCA HOMINIS VILIS QVAE MANET INGENIO
HVNC SANCTVM DOCVIT NVTRIVIT PASTOR ALVMNVS
EGREGIVS MARTYR PRAESVL ET EVSEBIVS
EXILII POENAS ET CARCERES ISTE SVBIVIT
DISCIPVLVS CARVS ET SOCIVS PARITER
AMBO FIDE DIGNI MERITIS ET NOMINE FRATRES
CVM CHRISTO IVNCTI PRAEMIA SVMMA TENENT.
TERTIVS HANC VRBIS SEDEM TENVIT HONORATVS
ANTISTES CVIVS SPIRITVS ASTRA TENET
EVSEBIVS PRAESVL PRIMVS QVI MARTYR ALVMNVS
CAELORVM POSTQVAM REGNA BEATA PETIT
HIC PATER ECCLESIAM DOCVIT HANC DOGMATE CERTO
SERMONES COMPLENS ACTIBVS IPSE SVOS
TERRIS AC CAELO CONSPICVVS VBIQVE MAGISTRO
EVSEBIO CONSORS HIC HONORATVS ADEST.

Vercellis in Eccleſia Cathedrali ad Sepulcrum S. Euſebii marmori inciſum eſt Epigramma ap. Ughell. in Ital. ſac. t. IV. *ubi de Epiſc. Vercellenſ. col.* 761. Idem

Idem Epigramma innuit *Baron.* in not. ad Martyrol. ad diem 28. Octob. ſub fin., & exſcripſit tanquam duplex *Murat.* p. 1886. 3.

S. Honoratus Epiſcopus Vercellenſis III. & proximus S. Limenii ſubceſſor in cathedra, plenus dierum ac meritorum ad coelos migravit an. circ. 397: quo noveris Epigrammatis aetatem.

2

RVSTICA . PERPETVAE . NON . TE . SORS
PALLIDA . VITAE . SVSTVLIT . IN
TERITVM . NEC . TIBI . MORTE . DEDIT
PVRIOR . AETHERIAS . GRADERIS
SINE . CARNE . PER . ARCES . NAM . VITAM
CASTAE . FVNERA . NOBILITANT
QVOD MIRVM . VIDVATA . TIBI . SAT
CONSTITIT . AETAS . CONIVGIS . AD . NA
TVM . CVM . BENE . IVNCTVS . AMOR

Mediolani in S. Franciſci ap. Grut. p. 1059. 2. ex ſcripto Alciatino.

3

PANDE TVAS PARADISE FORES SEDEMQVE BEATAM
ANDREAE MERITVM SVSCIPE PONTIFICIS
CVLTOR IVSTITIAE DOCTRINAE ET PACIS AMATOR
QVEM VOCAT AD SVMMVM VITA BEATA BONVM
PLENVS AMORE DEI NESCIVIT VIVERE MVNDO
AT FAMVLO CHRISTI GLORIA CHRISTVS ERAT
QVAE MEDITATA FIDES ET CREDITA SEMPER INHAESIT
HAEC TE VSQVE AD COELOS ET SVPER ASTRA TVLIT
. . . . . .
REQVIEVIT IN PACE XIIII . KAL . NOV.
CONS . DECI IVN .

Cajetae in Cathedrali ap. Murat. p. 421. 1. ubi integrum habes Epigramma pro coeleſti praemio bonorum operum Sancti Pontificis Andreae.

Decius junior Conſul Urbis ſolus proceſſit ſub aer. Chr. 529. ap. adcuratiores Faſtorum Interpretes.

4

CORPVS HVMO ANIMAM CHRISTO PETRONI DEDISTI
NAM IVSTÆ MENTES FOVENTVR LVCE CELESTI
SIDEREASQ. COLVNT SEDES MVNDOQ. FRVVNTVR
TV DVLCIS FILI MEMOR HINC ASPICE NOSTRI . . . . . .

Romae in coemeterio Cyriacae ap. Aringh. Rom. ſubt. t. 2. p. 130.

Adfert ipſum Epigramma tantiſper immutatum *Grut.* p. 1177. 4. Vides heic quoque fiduciam in Coelicolarum interceſſione.

O FE-

5 O FELIX DVM VITA FVIT QVAM DI . . . MARITO

. . . . .

VRBICA SVBTRAHERIS CVNCTIS DEFLENDA PROPINQ. . . .
REDDITA PRO MERITIS CAELESTIA REGNA RETENTA . . . .
BENE SERVARE FIDE CONSCIA CHRISTO . . . &c.

Romae in coemeterio Priſcillae ap. laud. Aringh. t. 2. p. 288.

6 HIC FVNVS CRVDELE SITVM PRIMAQE IVBENTA
EREPTVS IVBENIS LIMINA MORTIS ADIIT
. . . EVTYCHIVS SAPIENS PIVS ADQVE BENIGNVS
CHRISTVM CREDENS PREMIA LVCIS ABET
*Euty*CHIVS IACET HIC DECVS VN . . . SE SVORVM
*de*POSITVS QVARTO NONAS OCT
. . . SI TEODOSI AVGG. III. CICYGIN
. . . O ANN. XXVIII. M III

Romae olim in pavimento S. Martini in montibus ap. Murat. p. 391. 5. ex Donio.

Titulus hic Eutychio ſapienti juveni, & in Chriſtum credenti coeleſtis praemia lucis adſcribens, quoad fixam ejus aetatis, alias quidem antiquiſſimae epocham, nonnullas patitur difficultates, a quibus non ita facile te expedieris.

Principio enim CICYGINVS Conſul nullibi adparet in Faſtis Conſularibus, ſed ejus loco CYNEGIVS Collega Theodoſii Auguſti: ergone corrigendus Lapis, utpote a marmorario, vel deſcriptore ſic turpiter deformatus? Alibi vero nobis ſtatutum eſt, non niſi urgente ratione pene ad evidentiam conſpicua emendanda fore marmora.

Deinde, admiſſo etiam quod pro CICYGIN. legendum ſit CYNEG., Titulus notat Theodoſium Auguſtum Conſulem III. cum Collega Cynegio: verum Faſti hunc Theodoſium dicunt Conſulem II. cum Cynegio ſub an. Ch. 388. quemadmodum docent ad eum an. *Almelov. Petav.*, tum *Caſſiodor. Chron. Alex.* & *Proſp. Socrat. Faſt. Idac.* & *Fl. Maj. Marcellin. Paſchal. Laterc.* atque *Codex Theodoſianus* ſaepiſſime ap. & cum Reland. ad ipſum an.

Inſuper in Lapide ſepulcrali Quiriacae ap. *Fabrett.* laud. p. 252. n. 39. rurſumque p. 576. n. 162. deſignatur Theodoſius Aug. Conſ. II. cum collega Merobaude III. Notatque heic ultimo loco *Fabrett.* marmorarium deprehendi falſum, utpote effingentem pro Cynegio Merobaudem; niſi dicamus, proſequitur idem, Merobaudem binis prioribus anni Ch. 388. menſibus ordinarium conſulatum geſſiſſe, Cynegium vero a Kalendis Martiis ſuffectum fuiſſe. Ceterum nec ejuſmodi tam craſſus aut adfectatus error in homine pollente aliquali judicio

cio facile concipi poteſt; nec Merobaudes conſulatum geſſit ante Cynegium, nempe an. 387., immo nec ipſum uſpiam apud Faſtos Theodoſii Auguſti Collegam repereris.

Objicit demum laud. *Murat.* alia eſſe vetera monumenta, quae hoc anno 388. Theodoſii Conſulatum *tertium* ſignant; & alia, quae anno 380. ejuſdem Conſulatum *ſecundum*. Dolemus tamen nullum ex iis ipſum protuliſſe, aut vel leviter indicaſſe, ut oportebat; quum ea omnia adcuratiores Faſtorum Interpretes omnino fugerint.

Jam vero quid, iis omnibus rite perpenſis, concludendum pro epocha noſtri Tituli, & Conſulum, quos ipſe praeſtat, nihil ipſe dixero, donec eum, ſi hodieque exſiſtat, propriis obſervare oculis liceat.

7

SIC PREMIA SERVAS VEPASIANE* DIRE — **Veſpaſiane.*
CIVITAS VBI GLORIE TVE AVTORI
PREMIATVS ES MORTE GAVDENTI LETARE
PROMISIT ISTE DAT KRISTVS OMNIA TIBI
QVI ALIVM PARAVIT THEATRV̄ IN CELO

Extra Urbem in coemeterio S. Agnetis ap. Aringh. t. 1. p. 602.

Perdifficilem explicatu Titulum ibidem *Aringh.* fuſe interpretari, ſeu divinare adgreſſus eſt, & quidem cum laude *Reineſii*, viri alioqui ceterorum nimis faſtidioſi, in ſyntagm. Inſcr. p. 955. n. 249.

8

. . . IAS HOC TEGITV[r] ſVPERIS INVISA SEPVLCHRO
. . . . . .
. . . SED* CHRISTO SIDERA CELSA TENET — ** cum.*
. . . . . .

Extra Urbem olim in S. Paulli ap. Margarin. p. XV. n. 212. ubi integrum fragmentum exhibet.

9

. . . . . .
MENSIBVS ET GEMINIS CONCLVDENS TEMPORA VITAE
VIVIT IN AETERNVM NVLLVM MORITVRA PER AEVVM
ISTA VALENS FIERI FLETV MANANTE ROGAVIT
IVRA SACERDOTII SERVANS NOMENQVE IVGALIS
OBIIT BONAE MEMORIAE CAESARIA MEDIVM NOCTIS
DIE DOMINICA INLVSCESCENTE VI. ID. DECEMBRIS
QVATRAGIES ET VI* P.C.** BASILII IVNIORIS V.C.C. — **ſexies. **poſt Conſulatum.*
ANNO XII. REGNI DOMNI CHELDEBERTI REGIS
INDICTIONE QVINTA.

Arelate ap. Baron. ad an. 587. n. XLI.

Huic nempe conſignat obitum S. Caeſariae, quem exhibet Titulus ſepulcralis. Contra vero *Cointius* in Annal. Eccl. Franc. ad an. 586. n. XLV.

n. XLV. huic Caesariae transitum adscribit. *Murat.* p. 431. 2. Cointio adstipulatus est adversus Baronium. Eos confer & esto judex.

Petavius quidem in Fastis, aut succeff. Consulum Roman. sub finem recitat, etsi minus fideliter, partem alteram, ejusmodi Epitaphii, ac insimul in Baronianam opinionem absque haesitatione concedit.

10 ME SIMVL ET PRECIBVS THOMA COMMENDO SACRATVS
PRESBITER INDIGNVS ALTA SI GAVDIA CAELI
. . . CAPIAS LETVS VITA PARITER . . . O PERENNE

In Monte Casino ap. Murat. p. 1949. 5. ex Puccinellio.

Perdifficilis quidem captu sensus tituli; hic vero saltem apertissime praefert pro nostro dogmate empyrei coeli gaudia.

11 LEVI TAE CONIVNX PE TRONIA FORMA PVDORIS
HIS MEA DEPONENS SEDIBVS OSSA LOCO
PARCITE VOS LACRIMIS DVLCES CVM CONIVGE NATAE
VIVENTEMQVE DEO CREDITE FLERE NEFAS
DP IN PACE III. NŌN OCTOB. FESTO VC CONSS.

Extra Urbem in S. Paulli ap. Aringh. t. 1. p. 419. & Margarin. cit. p. 111. n. 22.

Ambo iidem Authores adsignant Lapidi annum 472. quo Fl. Festus Consulatum obtinuit cum Marciano ap. Fastorum Expositores cum *Almel. Petav. Reland.* eccur autem ei non adsignetur annus 439. quo apud eosdem Interpretes alius Fl. Festus processit Consul cum Theodosio Aug. XVI. aut XVII.?

Admonet *Margarin.* Titulum hunc, coelestem cum Deo Petroniae vitam praeferentem, una cum tribus aliis eidem Lapidi incisis, a se pene omnino suppletum fuisse ex Gratero, Lipsio, Bosio: videlicet ex *Grut.* p. 1057. 5. ex *Lipf.* ad adp. Inscript. ad Smet. fol. verso 142. n. 11. ex *Bof.* in Rom. subt. I. 3. c. 4. p. 151. Quippe frequentissime usu venire solet, ut Inscriptiones, quae quum integrae extarent exceptae fideliter sunt a perito descriptore, post labentibus seculis injuria temporum, vel alia de caussa, semi tandem detritae, aut etiam penitus labefactatae, literis fugientibus, aut omnino deperditis adpareant; nihil enim in hac vita immortale. Heinc nostram sibi jure vindicant fidem Authores, qui ejusmodi Inscriptiones nobis praestant, vel tanquam ipsi eas quum integrae essent exscripserint, vel ab aliis fide dignis olim exceperint: ceteroqui nulla sit in hoc rerum genere, uti & in perpluribus, constans traditio, immo omnis pereat fides, necessum est.

Itaque quod nostrum insignem Titulum, Margarini aetate ferme pe-

penitus obliteratum ſpectat, eum ſe vidiſſe atque exſcripſiſſe teſtatur Cl. V. *Lipſius* in laud. adpend. edita ſub an. 1588. & qualem pene exhibuit Lipſius, tradiderunt nobis ſubceſſivis temporibus Gruterus, Boſius, Aringhus, Margarinus: atque adeo fidem & laudem meretur hocce adcurati Margarini ſupplementum.

12 DIOSCORE VIBE IN ETERNO

Romae in coemeterio Calliſti ap. Boldett. p. 417.

Hacce adclammatione Author Tituli adprecatur Dioſcoro immortalem vitam, qua aeternum in loco hujus vitae beetur, nempe in coelo empyreo.

In eundem pariter ſcopum mea opinione tendunt chriſtianae adclamationes illae IN DEO, CVM DEO, VIVAS IN DEO, aliaeque perſimiles, apud Lapides, quos idem recitat *Bold.* p. 417. ſqq. quibus adjice REGINAE dictum τὸ VIBAS IN DOMINO *Zeſu*, h. e. *Jeſu* apud *Aringh.* t. 2. p. 262. quem deinde exſcripſerunt plures cum *Bold. Schacch. Reineſ. Mamach.*

13 . . . . . .

ſi quis ſEPVLCRVM VIOLARE *praeſum*

ſerit SIT ALIENVS A REGNO *Dei* . . . . . .

Romae olim in Baſilica S. Mariae in Coſmedin ap. Fabrett. in Inſcript. c. 2. p. 110. n. 273. & Creſcimben. in ejus hiſt. l. 2. c. 8. p. 71.

Ita nos tantiſper ſupplevimus hoc fragmentum. Quod autem *regnum Dei* ex antiqua Chriſticolarum phraſi ſit coeleſtis paradiſus, nemo unus ſanae mentis dubitaverit.

Iis liceret plures pro Empyreo adjicere Lapides, quos in tabulis praeteritis ſparſim recitavimus.

14 *Juli*AE CARE COIVG*i ſuae*

*benemeren*TI ET SIBI DOMVS ETERNA ☧

Romae in Muſeo Kircheriano. Exſcripſi.

Deficientem Titulum ſupplevimus ex ipſo integriore, prout recitatur a *Fabrett.* cap. 2. n. 285. p. 114. nempe dum erat Lapis ad os putei vineae PP. Soc. Jeſu in Pariolo; uti rem explicat idem *Fabr.*

Porro Pagani cognitione, aut ſaltem ſpe reſurrectionis orbati, domos aeternas dixerunt ſepulcra ſuorum, in quibus aeternum detinendi eſſent; id quod innuiſſe videtur Davidicus *Pſalm.* 48. 12. *ſepulcra eorum domus illorum in aeternum.* Heinc *Ulpian.* d. de ſepult. violat. l. 3. §. *non perpetua.* nuncupavit ſepulcrum *perpetuam ſepulturam*; notumque eſt in hanc rem Epitaphium illud Petronii Antigenidis,

Haec domus aeterna eſt: heic ſum ſitus: heic ero ſemper.

Nec abſimiliter quidem haeret *domus aeterna* permultis aliis ex Ethniciſmo Epitaphiis, e. c. Septimi, Juliae Agrippae, Scipionis & Policroniae, Maximinae, Secundini mulomedici, Valeriorum ap. *Fabrett.* c. 2. p. 113. & 114. pluriumque ap. ceteros Lapidum collectores.

Et vero Chriſtianis τὸ *domus aeterna* domus erat Seculi immortalis ac domus aeternitatis in catholico ſenſu, depromto ex illo *Eccleſiaſtis* 12. 5. *ibit homo in domum aeternitatis ſuae*. Intelligebant videlicet ſub ea phraſi aeternam Paradiſi domum, ſeu Beatorum ſtatum in ſempiterna ſecula duraturum, ad quem ipſis e ſepulcris migrandum foret. Sic porro eam phraſim pro Dogmate noſtro merito interpretandam cenſemus cum *Reineſ.* claſſ. 20. n. 204. & proxime laud. *Fabr.* ex quo haec ulteriora in rem ipſam chriſtianorum Lapidum exempla proferimus.

15

Ap. Fabr. p. 113. *n.* XII.

16 DOMVM AETERNE
VALERIANE BENE . MERENTI . QVII VIXIT
ANNIS XXXIII MENSIBVS DVO DIEBVS XII
MARITVS ET GENVSALIVS
MERETI FECERVNT IN PACEM

Ibid. num. 278. *ex Hortis Perettis.*

17 *Aete*RNA DOMVS . IN QVA NVNC IPSA SECVRA QVIESCIS
... SPIRITVS . A . CARNE . RECEDENS
... SANCTIS PRO MERITIS ET OPERA TANTA
... METVISTI . SEMPER . QVIESCIS . SECVRA
... VS TERRAE . PIGNVSQVE RECEPTVS
*ſpl*ENDORI . CVM LVMINE . CLARO
...S QVAE SEMPER DEO DICASTI
...TAS.

...TAS. SED PRO. FACTIS AD ALTA VOCARIS Ω
...CA. PACATIANO. CVM MVLTA DEBEBIT. Y
*pac*ATIANVS. ELEVTERIAE MATRI. SVAE LOCVM FECIT
viv. AN. PL. M. LXXV. MENS. II. D. X. DEP. IIII. KAL. IVN. DORMIT
in p. D. N. CL. IVLIANI. AVG. IIII. ET FL. SALLVSTI. CON.
...ESPERIVS. QVEM. NVTRIT. ISCRIPSIT *A. C.* 363.

Ibidem num. 282.

Epigramma iſtud multis titulis pretioſum aperte comprobat & confirmat orthodoxum ſenſum formulae *domus aeterna* apud veterrimos chriſtianos.

18 A Ω
TIGRIS. SE. VIVA. FECIT. SIBI DOM*um*
*aeter*NALEM
Ibidem num. 284.

19 DOMVS AETERNA EX.....
ET TIGRIS IN PACE
Ibidem num. 287. *ex Aring. t.* 2. *p.* 141.

20 FLORENTINA
QVAE. VIXIT. ANNOS. XXVI
CRESCENS. FECIT
VENEMERENTI. ET. SIBI. ET
SVIS DOMV. AETERNA
IN PACE
Ibidem num. 289.

PROFANI TITULI.

21 AVLVS PALATEINA EGNATIVS PRISCILIANVS
ARTE SVPERGEMINA NOBILIS ET SOPHIA
DVM VIXI DIDICI QVAE MORS QVAE VITA HOMINI ESSET
AETERNA VNDE ANIMAE GAVDIA PERCIPIO
Romae in Aedibus Alteriorum ſub ſtatua viri ſedentis ap. Grut. p. 1050. 1. *ex Smetio.*

Titulus hic, quem Grut. inter Monumenta chriſtianorum recenſuit, *Scaligero*, cui adſentior, ethnicus eſt; videlicet ethnicum habet Authorem, unum ex iis pluribus de ſchola paganica, quibus

aeterna juſtorum praemia, natura duce perſpecta fuerunt. Recolas dicta ubi de concordia fidei & rationis in coelum empyreum.

22 L. AVIANVS . DD. . . . . .
HI . SANCTE . COLVERE DEOS . VIXE . . . .
POST . OBITVM . ELYSIOS . VT . POSSENT . . . .

Romae olim in SS. Coſmae & Damiani ap. Donium claſſ. 15. *n.* 35. *p.* 444. *e MS. Vatic.*

Audiant Proteſtantes ex ethnico calamo, Elyſiorum gaudia non niſi ſanctis virtutum meritis comparari poſſe. Idemque rurſus audiant ex epigraphe ſubſequenti.

23 D M
IN . HOC . TVMVLO . IACET . CORPVS . EXANIMIS
CVIVS . SPIRITVS . INTER . DEOS . RECEPTVS . EST
SIC . ENIM . MERVIT . L. STATIVS . ONESIMVS
VIAE . APPIAE . MVLTORVM . ANNORVM . NEGOTIAS
HOMO . SVPER . OMNES . FIDELISSIMVS
CVIVS . FAMA . IN . AETERNO . NOTA . EST
QVI . VIXIT . SINE . MACVLA . AN. P. M. LXVIII
STATIA . CRESCENTINA . COIVX
MARITO . DIGNISSINO . ET . MERITO
CVM . QVO . VIXIT . CVM . BONA . CONCORDIA
SINE . ALTERITRVM . ANIMI . LESIONEM
BENE . MERENTI . FECIT

Apud Maffejum in Muſeo Veronen. p. CXXXIV. *n.* 6.

E RE LITURGICA.

24 *Omnipotens ſempiterne Deus... Majeſtatem tuam ſuppliciter exoramus: ut pia jejunantium precatione placatus & præſentia nobis ſubſidia præbeas & æterna. Per.*

E CODICE GELASIANO IN PRIMA COLLECTA MISSAE DE FERIA SECUNDA IN QUADRAGESIMA (ap laud. *Murat.* t. 1. col. 509.)

Hic ille celeberrimus juxta atque vetuſtiſſimus codex, quem alias crebrius ex phraſi veterum vocamus cum Thomaſio *Librum Sacramentorum Romanae Eccleſiae ordinis anni circuli*. Recole quae de ipſo praelibavimus in Adpendice ad Tomum II. p. IV. & V. ac inſimul quae ſuper *τὸ librum Sacramentorum* adnotavit *Angel. Rocca* in ſchol.

ſchol. in lib. Sacramentor. B. Greg. M. ſub init. Et ipſe quidem non modo hoc loci ſubſidia aeterna, hoc eſt coeleſtem beatitatem a Deo ſancte jejunantibus expetitam commemorat, verum ejuſdem beatitatis, variis nominibus, titulis, phraſibus donatae, etiam atque etiam, ac fere paſſim meminit. Quin etiam cetera pene cuncta catholicae Religionis dogmata ſparſim repraeſentat & profitetur, ac prae ceteris Sacramentum & Sacrificium auguſtiſſimae Euchariſtiae. Qua fortaſſe de cauſa factum arbitror, ut Calvinianus ille Jacobus Baſnagius, Samuelis nepos, praeclariſſimi Codicis, Liturgici juxta atque Dogmatici vetuſtatem totis viribus impeteret in hiſt. eccl. l. 16. c. 10. n. 1., ejus aetatem ad x. Seculum revocare conatus: quo videlicet fumoſam venerandae traditionis antiquitatem, heterodoxis decretis praemaxime inimicam, everteret ac diſſiparet. Baſnagianos vero conatus pene ad evidentiam retuderunt & profligarunt *Murat.* in diſſ. praevia ad Rom. Liturg. cap. 5. & *Vezzoſ.* in edit. Thomaſ. t. 6. in praefat. p. xv. ſqq. qui conſulantur.

Venio jam ad jejunium quadrageſimale, quod adducto e codice textus obſervandum nos admonet. Hoc plane jejunium a primis uſque temporibus in eccleſia univerſa obtinuiſſe, certo certius eſt. Illius enim tanquam generaliter uſu receptiſſimi meminerunt primaevae Patres eccleſiae, puta *Origen.* hom. 10. in Levit. *Tertull.* l. de jejunio c. 2. & 13. *Iren.* in epiſt. ad Victorem ap. Euſeb. hiſt. l. 5. c. 24. *Pſeudo-Clem.* conſt. l. 5. c. 13. *Baſil.* orat. 2. de jejun. *Athanaſ.* epiſt. ad orthodox. de perſequut. *Cyril.* Hieroſol. catech. 1. & 18. *Nazianz.* orat. in ſanctum lavacrum, *Nyſſen.* orat. de amandis pauper. *Theophyl.* Alexandr. in 3. epiſt. paſchalib. *C. Laodicen.* can. 49. & *Nicaen.* I. can. 11. Ut mittam multo plures poſteriores cum *Ambroſ. Hieron. Chryſoſt. Epiphan. Auguſt. Paullin. Maximo, Caſſian. Leone* I. &c.

His quidem omnibus praeficiet quiſpiam cum *Baron.* ad an. 57. n. 196. *Ignatium* Mart. in epiſt. 3. ad Philippenſes, cujus nempe, ait *Baron.* n. ſq., *epiſtolae nulla unquam fuerint vel levi ſaltem labefactatae ſuſpicione*: quin & ſubcinunt eidem *Bellarm.* de ſcript. in Ignatio, *Alloix* de ſcript. orient. in apol. pro ſcript. S. Ignat. cap. 5. aliique. Ceterum hanc ſingillatim epiſtolam ad Philippenſes poſt adcuratiſſimum examen commentitiam reperit, probavitque *Uſſerius*, vulgavitque in comment. de epiſt. S. Ignat. ſeu in prolegom. in Ignatium, c. 12. p. m. 211. & alias; ipſique deinceps univerſus Eruditorum chorus cum *Nat. Alex.* ad Sec. 1. cap. 12. art. 16. adſenſus eſt, a quibus praeterea nos abſcedere nefas eſto. Quocirca certis aliis teſtimoniis pro re noſtra contenti, Ignatianum illud tanquam ſubditicium reticemus, immo rejicimus.

Redeo ad jejunium quadrageſimale, & ajo inſuper, illud ab Apoſtolica inſtitutione ſimpliciter ortum duxiſſe. Id enim teſtatiſſimum reliquerunt ſcripta Patrum, e quibus inſtar plurium diſertiſſimis verbis rem adfirmant *Hieron.* epiſt. 54. ad Marcellam adverſ. Montan.

Ter-

Tertull. contra Pſychic. c. 13. *Theophil.* Alex. paſchal. epiſt. 1. ſub fin. *Leo* M. ſerm. 4. 6. 9. de Quadrageſ. *Doroth.* Archimandrita doctr. 15. *Iſidor.* orig. l. 6. c. 19. Quod autem hoc jejunium jam a prima inſtitutione non fuerit fidelibus liberum, ſed conſcientiam adſtringens, aut *neceſſarium*, uti loquuntur veteres, docemur plane ab *Hieron.* mox laud. *Baſil.* orat. 2. de jejun. *Epiphan.* haer. 75. *Nazianz.* epiſt. 74. *Ambroſ.* ſer. 23. 25. 34. 36. 37. *Caeſar.* Arelat. hom. 2. Haec autem dicta ſunt adverſus Proteſtantes, qui cum Magdeburgenſibus, Calvino, Chemnitio, Dallaeo &c. nobis obtrudunt, Quadrageſimam poſt tempora Apoſtolorum ex ſuperſtitione quadam, perverſaque Chriſti imitatione apud fideles irrepſiſſe. Conf. *Bellarm.* de bonis operib. in partic. l. 2. c. 14. *Bevereg.* in codice canonum Eccl. univ. vindic. c. 8. & 9. *Thomaſſin.* de jejunio par. 1. cap. 4. ſqq. Ratio autem inſtituendae Quadrageſimae, tempus ipſi obſervandae conſtitutum, varietas apud particulares eccleſias, ritus eccleſiaſtici ejus cultui deſtinati, ac ſimilia, hiſtoriam Quadrageſimae ſpectant, alias nobis tractanda. Interea in ipſam hiſtoriam conſulendi laudati *Bellarm. Bevereg. Thomaſſin.* tum *Bingham.* de antiquit. eccleſ. t. 9. l. 21. cap. 1. & prae ceteris *Baillet.* de vit. SS. t. 4. ubi de Quadrageſ. col. 36. ſqq.

25 *Omnipotens ſempiterne Deus... quaeſumus: ut tuus Praecurſor (quo inter natos mulierum omnibus major non ſurrexit)... caris noſtris, quorum ſunt nomina recitata, ita refrigerium pietatis impetret; ut ibi recipiantur vel ultimi, ubi ſummus praeminet in regno coelorum Baptiſta. Quod ipſe.*

E Missali gothico in Missa de Nativitate S. Joannis Baptistae num. liv. in Collectione post nomina (ap. laud. *Mabillon.* de liturg. gall. p. 271. col. 2.)

Recolis, nullo docente, depicta heic ſancta dogmata de Deo omnipotente & aeterno; de ſacro miniſterio & excelſa magnitudine, in ſacro codice expreſſa, Praecurſoris Baptiſtae; de ſalutaribus precibus pro defunctis fidelibus; de cultu, invocatione ac interceſſione Sanctorum; de coeleſti beatitudine. Rurſum obiter animadvertere eſt judicium antiquae Eccleſiae de ſumma inter coelites ſede ceu praeeminentia, quam & dignitate officii, & meritis vitae Ss. Praecurſor nactus eſt. Summa priſcorum Patrum de Joanne praeconia collegit *Combefiſ.* in biblioth. concion. ad dies 24. Jun. & 29. Auguſt.

Collectio *poſt nomina* idem eſt in hoc Miſſali atque Collecta ſeu oratio *poſt diptycha*; quippe poſt oblationem ſeu, ut liturgice loquamur, Offertorium legebantur diptycha, ſeu recitabantur nomina Sancto-

ctorum, in quorum memoriam & cultum uni Deo peragebatur Sacrificium, itemque ſuperſtitum ac defunctorum, pro quibus offerebatur, unica enim erat tunc temporis eorum omnium commemoratio, ut liquet ex variis locis aut Liturgiis, quas legimus in Miſſalibus Gothico, Moz-arabico, Gallicano; non autem multiplex in Miſſis ſingulis, uti habetur ex hodierno ritu. Lege cit. *Mabill.* l. 1. c. 5. n. 12. ſqq.

De Diptychis plura diſſeruimus *ſupra* in Tom. II. ad pag. 390. & 430.

26 Παυδύφημοι Μάρτυρες ὑμᾶς ἐχθὴ γῆ κατέκρυψεν ἀλλ' οὐρανὸς ὑπεδέξατο ηὐοίγησαν ὑμῖν Παραδείσου πύλαι ....

Videlicet

Celeberrimi Martyres, vos terra non abſcondit, ſed coelum ſuſcepit.

Apertae ſunt vobis coeli portae ...

Ex OFFICIO GRAECO DE MYSTERIIS ANTECONSECRATIS SANCTAE QUADRAGESIMAE IN MODULO IN HONOREM Ss. MARTYRUM (ap. laud. *Goar* p. 188.)

Quoniam ex Concilio Laodiceno can. 51. Graecis vetitum erat, tempore Quadrageſimae natalitia ſeu privatam memoriam Martyrum aliis quam ſabbati ſeu dominicis diebus celebrare; ne ſanctis debitum honorem detraherent, omnium ſimul ſollemnitatem agebant ſabbato Sexageſimam praecedente, & cunctorum quoque memoriam diebus ſingulis eo modulo renovabant. Nec item Moz-arabes de Sancto ullo particulari officium aut Miſſam recitabant in Quadrageſima. Conjuncta rurſum heic vides dogmata de coelo empyreo, Sanctorumque cultu.

Finis et vero non erit ſi cetera pro ſancto dogmate Liturgica monimenta percurrere libeat. Ferme ubicumque citatos, ceteroſque liturgicos codices perlegeris, ea offendes.

E RE DIPLOMATICA.

27 .... *& quod prudentius conſilium, quam ut homo de mundanis rebus comparet Paradiſum & de terrena ſubſtantia transferat aliquid in caeleſtia?*

GAMMO Vir Illuſtriſſimus in Charta de conſtructione puellaris parthenonis apud Lemauſum ſub an. 513. (ap. *Mabill.* in adpend. ſupplementi p. 94. ex Chartario Pratenſi.)

28 .... *ſine fine ubi fratres nec effodiunt nec furantur, ut illa voce audire merar, quam Dominus noſter Jeſus Chriſtus ac Redemptor omnium in ſe credentibus promittere dignatus eſt*, venite benedicti patris, percipite regnum, quod vobis paratum

tum eſt ab origine mundi.... *Pro ideo ego miſer & nimium peccator creditus in ejus magna miſericordia, qui eſt pius Dominus ac redemptor omnium coeli & terre .....*

RATPERTUS in Donatione facta coenobio Piſtorienſi S. Bartholomaei ſub an. 748. (ap. *Zachar.* in anecdot. claſſ. x. §. 1. p. 270. ſq. ex archivo ejuſdem coenobii.)

29 *....Quiſquis ſuorum facinorum & merita delictorum pertractans eterni regni beatitudinem deſiderat & voracis ignis incendium expaveſcit, dum in hac vita verſatur oportet eum ſue ſalutis tractare remedium, qualiter hic perfruatur vita & illic regnetur cum CHRISTO. Et ideo ego ...*

BONA Matrona illuſtris in Donatione facta coenobio Farfenſi Monachorum S. Benedicti ſub an. 749. (ap. Cl. V. *Gallettum* in Gabio p. 87.)

30 *... ibi volemus feſtinare, ubi ſemper debemus permanere, ubi juſtis & benemerentibus ſine fine in gaudio repauſare feſtinant, ut pro his temporalibus rerum nobis Omnipotens Dominus centuplum reſtituere dignetur....*

GUINIFREDUS in altera Donatione Piſtorienſi eidem coenobio facta ſub an. 767. (ap. laud. *Zachar.* p. 275. ex eodem archivo.)

31 *Si liberalitatis noſtrae munere de beneficiis a Deo nobis collatis locis Deo dicatis aliquid conferimus, id nobis & ad mortalem vitam feliciter tranſigendam, & ad aeternam perpetualiter obtinendam* profuturum abſque dubio credimus.

LUDOVICUS PIUS in exordio Chartae II. quam notis Tironianis exaratam protulit alias laud. *Carpentier* in alphab. tiron. p. 18.

His adde paria ejuſdem LUDOVICI circa coeleſtem retributionem effata, videlicet in Charta VIII. p. 26. & Charta XIV. p. 34. ap. ipſum *Carpent.*

Complura iis ſimilia pro ſancto dogmate praeferunt alia Diplomata, quae vide ſis ap. cit. *Mabillon.* r. dipl. l. 6. §. 83. *Chron. Gottwicen-*

cense t. 1. p. 89. 94. *Florezium* Hisp. sacr. t. 16. p. 428. 433. cit. *Zachar.* p. 281. 282. 285.

E RE DIPTYCHA.

32

HEC ST
NOMINA EPORV SCE
NOVARIENSIS ECCLE. QVI FIDE ET OPERIBVS
VNVM REGEM IN CELIS MERVERVNT
HABERE.
SCS GAVDENTIVS PRESVL EGREGIVS
SEDIT ANN XX
SCS AGABIVS. VENERABILIS EPS
SCS LAVRENTIVS. ISTORVM MAGISTER
ET DOCTOR EGREGIVS SED
NON EPS.

Subcedunt ceteri in binas tabulas distributi, quorum ante penultimus LITIFREDVS *dicitur recentiore manu obiisse xvi. Kal. Jun. anno Incarnat. D. MCLI.*

Particula Diptychi Cathedr. Novariensis Ecclesiae ap. Carol. a Basilica Petri de Eccl. Novar. l. 2. p. 598. sqq. & Gorium t. 2. Diptych. p. 201.

Et haec quidem interior Diptychi facies, quae noſtrum dogma perinsigniter confirmat, ut de aliis taceam. Exterior vero ejusdem facies binis ornatur tabulis, totidemque anaglypho opere imaginibus. Et eas quidem tabulas osseas dixit laudatus *Carolus*, ac eburneas *Gorius*; tum exscalptas imagines credidi sacras idem Carolus ac exprimere Sanctos Gaudentium & Agabium; Gorius tamen profanas, ac unum eundemque ignotum Consulem repraesentare. Et hic porro, uti recentior, & copiosioribus criticae eruditionis lucibus perfusus, inter utrosque conjectantes firmiorem suis opinionibus adsensum vendicare videtur in explicatione ejusdem Diptychi p. 184. sqq.

Quin etiam ibidem Carolus p. m. 255. sqq. adversus Petr. Galesinum contendit, quod *diptychi nomine hic catalogus noſter dici non po-*

teſt, & quod diptycha tabella etiam minus recte dicatur ab eodem Galeſino. Eccur autem? quoniam, inquit, *diptycha apud Graecos tantum reperi; in quorum nempe Eccleſiis Diptychon charta illa fuit dicta, in qua nomina Epiſcoporum, qui pie mortem obierant, erant notata, quae nomina tempore ſanctorum myſteriorum ſecundum ſacros canones pronuntiabantur.* Sic ille.

Quid tum vero? Nos in primis *diptycha* etiam apud Latinos plura reperimus. Sic *Fortunat.* l. 10. poëm. 10. de S. Martino,

Nomina veſtra legat Patriarchis atque Prophetis
Cui hodie in templo Diptychus edit ebur.

Sic itidem *Adrian.* P. II. epiſt. 9. *Papam Nicolaum in codicibus vel Diptychis eccleſiarum veſtrarum ſcribi . . . faciatis.* Sic *Fulcuin.* de geſt. Abbat. Lobienſ. c. 7. *dixit etiam Epiſcopus . . . praedeceſſorum ſuorum ductam uſque ad ſe conſuetudinem, ut inter Miſſarum ſollemnia in ea ſpeciali commemoratione defunctorum, quae ſupra Diptycha dicitur* &c. Sic *Hincmarus* Remenſ. opuſc. 17. conſulit Nicolaum P. *utrum eundem Ebonem inter Epiſcopos in ſacris Diptychis in Eccleſia noſtra nominare permittam* &c. Sic in Sacramentario Gregoriano, aliiſque latinis Liturgiis habemus orationes & actiones ſub hoc titulo *poſt Diptycha & ſuper Diptycha*; haec itaque apud Liturgias uſui erant. Sic in antiquis ſtatutis Eccleſiae Pariſienſis, laudatis in *Obſervationibus* ad lib. Joan. Abrinc. p. 100. legimus, *inde ad Capitulum progrediuntur, ubi Diptychis defunctorum perlectis* &c. Sic demum vulgatus *Alcuin.* de div. offic... *uſus fuit antiquorum, ſicut etiam hodie Romana agit Eccleſia, ut ſtatim recitarentur a Diptychis nomina defunctorum.*

Adde, ſupereſſe hodieque memoriam aliquot ſingillatim diptycharum tabellarum. Sic enim vetuſtam *Ambianenſem* protulit Chriſtianus Saligius cap. 20. §. 27; *Fuldenſem* Joan. Frider. Schannat. in vindem. literar. collect. 1. p. 16; *Arelatenſem* Mabillon. inter vet. analecta t. 3. p. m. 432. edit. Pariſ. 1682.

Ergo etiam apud Latinos olim uſui fuerunt re & nomine plura Diptycha, tum varii generis, tum ſpeciatim Epiſcopalia, quale hoc noſtrum Novarienſe eſt, non ſecus ac apud Graecos. Jure itaque meritiſſimo hanc de qua differimus, Novarienſium Epiſcoporum tabulam, & Petrus Galeſinus diptycham recte adpellavit, & nos inter vere ac proprie diptycha documenta recenſemus, quin minimum plane obſtet adverſa doctiſſimi Praeſulis Caroli ſententia; cui equidem miror non feciſſe Gorium ſatis ubi eam pleniſſimam recitavit p. 185. ſq. Pluribus haec confirmari poſſent ex adlatis de re diptycha in Tom. II. a p. 390. & 428. ſimulque ex Authoribus ibidem relatis.

Quod praeterea Diptychi noſtri Authorem ac aetatem ſpectat, videtur ejus nomina adſignaſſe qui in fine ita ſubſcripſit,

AIRAL-

AIRALDVS SVBLEVITA INDIGN :
V.S DOMNI PRECEPTO ARNALDI
SINE MANIBVS FECIT OC OPVS : —

Quod ſi ultimum nomen Epiſcopi , qui eſt Gutlielmus Falettus , ab eo notatum reſpicias , ſcripſiſſe deprehenditur a *Carolo* , ſecundum Epiſcopalem chronologiam , an. circ. 1170. Gorius vero ex diverſitate caracterum ſeu modi ſcribendi , qui in catalogo animadvertitur , colligit diverſas manus ejuſdem effectrices ; atque adeo ex conſtanti caracterum forma quae obſervatur a primo nomine Gaudentii uſque ad Richardum , heic deſinere conjicit Airaldi operam , videlicet ſub an. circ. 1100. quo Richardus in cathedra Novarienſi ſediſſe ponitur.

Ego tamen neutri adſentior ; arbitror enim , antiquius , immo antiquiſſimum eſſe Diptychon quoad primam ejus periodum , quam pro ſancto dogmate protulimus . Quippe haud facile credi poteſt , omnia & ſingula Epiſcoporum nomina tam ſero , tumque ſemel & ſimul hiſce tabulis inſcripta fuiſſe. Porro non hic ordo , non iſta , etiam fatente Gorio , priſcarum Eccleſiarum conſuetudo in contexendis , adſervandiſque iſtiuſmodi Epiſcopalibus catalogis , in quibus cujuſcumque Antiſtitis vita functi commemoratio publica inſtituenda erat ; immo potius eorum ſinguli ſtatim ac mundo valedicerent , in Diptycho una cum deceſſoribus honoris ac memoriae cauſſa ſine dubio reponebantur.

Neque vanum quis fortaſſe ſuſpicetur , praeter Airaldum alios habuiſſe opifices hoc ipſum Diptychon , prout illud exhibet laud. *Carolus* p. 598. ſqq. Id quidem adfirmat *Gorius* quoad tria poſtrema nomina , quoniam obſervat ea valde diverſo ſcriptionis caractere exarata , ubi reliqua eandem conſtanter retinent formam ; ego vero & certum puto , poſſe quempiam quos palam adſpicit alienae manus caracteres ad amuſſim imitari , & ſtilum nimis varium , ceu plurium authorum foetum in decurſu Diptychi animadverto . Etenim tria priora nomina cum ſua commendatione conſcripta ſunt ; ſubſequuta vero uſque ad Tito levitam ſimpliciſſime ; adeo ut nec Diogenus decoretur cognomento *Sancti* , quo quidem eum donavit alterum Diptychum Eccleſiae Collegiatae S. Gaudentii Novar. ap. laud. *Carol.* p. 602; reliqua demum uſque ad Richardum multis , clariſque exornata epithetis , tum adſignata cuique ſui Pontificatus annorum ſerie , quae tamen haud raro diſcordat a ſimilibus epochis in alio quoque Diptycho ſubnotatis . Adde , quod nimium incerta ſit aetas praefati Airaldi , illiuſque domni Arnaldi , cujus praecepto iſtud opus feciſſe ait ; nec illa quidem verba *ſublevita* , ac *domni* rem definiunt ; quum pene toto medio aevo ac amplius apud varias gentes in uſu fuerint : quocirca dummodo ulteriora documenta non vetent , liceret quam optime Airaldo Seculum VIII. aut IX. aut X. conſignare.

His demum omnibus rite perpenſis, probabili me ratione conjectare cenſeo, quod prima ſaltem & ſecunda pars nominum Diptychi una cum Titulo pervetuſtae ſint, nec tranſiliant annum 800., circa quem floruiſſe ponitur Tito levita a cit. *Carolo* p. 278., reliquum vero manu recentiore ſit exaratum. Quod ſi quis ad extremum conjiceret, Airaldum eo titulo hoc opus diptychum feciſſe, quatenus ex alio codice primam & ſecundam nominum partem una cum titulo huc exſcripſerit, ac cetera uſque ad Litifredum proprio marte adjecerit, haud invitus quidem abnuerim.

Monimenta complurima pro coelo empyreo e Claſſibus hoc Tomo praemiſſis repetere licet.

ITERUM QQ. DOGM. SCHOL. 384 QUAESTIO II. Quid de *Limbo Patrum*? ADSERO I. Fuiſſe creditur locus ſubterraneus, inferno gehennali aliquanto contiguus, quaſi ejus eſſet ora, vel limbus (*k*). Dictus itidem eſt majoribus noſtris *Sinus Abrahae*, ratione nominis petita ab illa Lazari & divitis parabola ap. *Luc.* 16. 22., ac Judaeis junioribus *Suburbium Paradiſi* (*l*). Iis videlicet deſtinatus animis, qui corporibus exſoluti priuſquam coeli januas reſeraret morte ſua Redemtor Chriſtus, culpa & poenae reatu prorſus immunes evaſiſſent (*m*). II. Omnes generatim ejuſmodi piorum animi viſionis beatae expertes fuerunt (*n*).

385 III. Multis interea praefulſerunt donis, e. c. fide, ſpe, caritate, ſaepiuſque fortaſſe viſitationibus angelicis dignati, nonnihil moeroris ex dilatione beatitatis ſuborti leniebant, pie, patienterque ſpectantes beatam ſpem. IV. Nec eis ad meritum theologicum, nec ad demeritum locus erat, utpote extra viam jam exſiſtentibus. Quod autem & pro ſe ipſis & pro aliis tum oraverint, nihil video quod prohibere potuerit. V. Eos tum, innocentiſſimi quum fuerint, Deoque gratiſſimi, cuiquam alii poenae ſenſus obnoxios fuiſſe, non eſt cur arbitremur. VI. Deſcenſu ſuo ad inferos Chriſtus Dominus limbi portas & vectes confregit, indeque captivos omnes eduxit, beatitate quam cito cumulandos. Unde concluditur nec eum limbum, nec locum alium ſubterraneum deinceps ſupereſſe, juſtorum animas omnino mundas recepturum (*o*). MO-

(*k*) Haec vulgatiſſima Scholae Doctorum adprehenſio poſt *Magiſtr.* l. 4. diſt. 45.

(*l*) Author eſt *Paullus a S. Maria*, & ipſe olim Rabbinus doctiſſimus, ac deinceps ad Evangelium converſus Epiſcopus Burgenſis, in ſcrutin. Scripturar. par. 1. diſt. 5. c. 4.

(*m*) Recole & huc refer quae *ſuperius* diſputavimus p. 109. n. 169. ſqq.

(*n*) Id ipſum multis *ibidem* communivimus contra Cadonicianos p. 110. a n. 172. Nec deinceps noviſsimae ſuper hoc argumento controverſiae hiſtoriam literariam, una cum cenſura ſententiae Cadonicianae adſcribenda praetermiſimus in Proluſione proxima p. 358. ſqq.

(*o*) Haec omnia pluribus more ſuo commentatur *Suarezius* in 3. p. t. 2. d. 42. quam defloravit *Stur.* cit. tr. 3. c. 1. 2.

MONUMENTA ANTIQUITATIS *pro dogmate expoſito de Limbo SS. Patrum* ſi quis optet, nec ea quidem omnino deficiunt. Pleraeque ſiquidem ex vario genere Imagines veterrimae occurrunt apud Scriptores Eruditos, quae & Limbum ceu locum ſubterraneum, & pias animas ibi detentas, & Chriſtum Victorem eas a ſervitute redimentem idonee repraeſentant. Ejuſmodi porro effigies eſt in Codice Pontificali Seculi IX. Bibliothecae Caſanatenſis (ap. *Mamachium* in fronte operis de animab. juſtorum in ſinu Abrahae ante Chriſti mortem expertibus beatae viſionis Dei). CLASSIS VII.

Deinde in Valvis aeneis pervetuſtis Eccleſiae primatialis Piſarum (ap. *Ciampin.* de vet. monim. t. 1. tab. 20. lit. R.) Tum in Valvis aliis aeneis quoque Baſilicae Archiepiſcopalis Beneventanae (ap. cit. *Ciampin.* t. 2. tab. 9. n. 39.) Inſuper in tabula eburnea Piſtorienſi (interprete *Zacharia* noſtro in excurſibus literariis per Italiam cap. 1. §. 9. p. 5. ac deinceps *Gorio* de Diptych. t. 3. p. 111. & tab. 14.) Praeterea in tabulis pariter eburneis Baſilicae Mediolanenſis (ap. eundem *Gor.* tab. 32. poſt p. 264.) In Diptycho itidem eburneo, exſtante olim Romae in Muſeo Barberino (ap. laud. *Gor.* tab. 37. n. 8. ad dextram partem poſt p. 288.) Poſtremo in tabulis graecis muſivo opere, quae in Baſilica Baptiſterii Florentini quotannis exponi conſueverunt (ipſo *Gor.* authore tab., forte per errorem, 2. n. 3. poſt p. 334.) Sic itaque ſacra imaginum emblemata popularem priſcorum temporum traditionem teſtantur. Ea heic indicaſſe ſufficiat.

386 QUAESTIO III. Quid de *Limbo parvulorum*? ADSERO I. Eſt locus ſubterraneus, quibuſque decedentibus ſolo peccato originis deſtinatus. Et is fortaſſe quidem gehennae vicinus, at omnino tamen extra gehennam; quippe quae ceu locus ignis ab Scripturis ſolum impiis noxa perſonali atque lethali inquinatos adſignatur (*p*). Nequaquam vero audiendus *Lauraea*, qui (*q*) parvulos ejuſmodi in gehennam rejicit, ab igne tamen incombuſtos, quaſi malit ibi perpetuum fore erga nocentes miraculum, quod olim in fornace Babylonica in pueros innocentiſſimos valde temporarium fuit. Lepidum plane inventum! RURSUM QQ. DOGM. SCHOL.

387 II. Poenam damni aeternam, a facie Dei relegati ſubeunt. Fide ſanctum ex *Joan.* 3. 5. & 15. *Joan.* 6. 53. *Rom.* 6. 23. Tum ex *PP.* cum *Aug.* (*r*) Quippe qui gratia deſtitutus eſt non habet jus ad gloriam, & decedens ſine gratia ex hac vita, in futura nunquam illam

(*p*) Haec quidem, aliis refragantibus, perplurium, nec ignobilium plane Scholaſticorum opinio, cum cit. *Siur.* tr. 4. n. 6.

(*q*) De noviſſ. d. 27. art. 7. n. 141.

(*r*) L. de peccat. mer. c. 20. & l. 2. contra duas epiſt. Pelag. c. 4. & l. 3. contra Julian. c. 4. & ſaepe alibi.

lam obtinet, quemadmodum nec peccati lethalis remiſſionem; quoniam illius nunquam miſerebitur Deus, quidquid contra male ſuſpicati ſint *Gerſonius* & *Gabriel* (*s*): aeternam itaque ſubeunt poenam damni, ſeu beatae viſionis privationem.

388 III. Non cruciantur poena ſenſus, e. g. ignis, aut alterius cujuſpiam adflictionis (*t*). Quia poena haec reſpondet pravae converſioni animae ad creaturam, quam anima cum ſolo originali non incurrit; itemque actioni dignae vituperationis, qua ipſa caret. Et quidem ex *Marc.* 9. de iis, de quibus dicitur, *ignis eorum non extinguetur*, & dicitur, quod *vermis eorum non morietur*; at hujus tamen vermis conſcientiae expers omnino eſt, qui crimen perſonale commiſit nullum. Porro damnatio parvulorum ad ignem aeternum adeo repugnans videtur Clementiae Dei; ac rationi, ut non ſit adſerenda, niſi evidenter habeatur ex divina traditione, de qua non conſtat: immo oppoſitum innuerunt, praeter alios ex priſcis Patribus mox promendos, *Innoc.* P.III. (*u*) & *Eugen.* P.IV. (*x*). Nec illis profecto poena damni ullum adfert moerorem quia illam patiuntur, ignorantque; et quum noverint poſt Judicium, divinae Juſtitiae lubentiſſime inhaerebunt (*y*).

OBJECTIONES.

389 Obj. *primo* contra III. Adſ. Hoc pugnat cum Scripturis. Nam 1.° ex Matt. 3. 11. *permundabit aream ſuam, & congregabit triticum ſuum in horreum, paleas autem comburet igne inextinguibili*; at ejuſmo. di animae non ſunt triticum electorum, ſed paleae reproborum. 2.° ex Matth. 25. 41. *tunc dicet illis, qui a ſiniſtris erunt, diſcedite a me maledicti in ignem aeternum*; at parvuli erunt a ſiniſtris. 3.° ex Apoc. 20. 15. *qui non inventus eſt in libro vitae ſcriptus miſſus eſt in ſtagnum ignis*; at parvuli ſcripti non ſunt in libro vitae, ſeu electorum. 4.° parvuli ratione labis origineae adpellantur in Scripturis *filii irae*; at ira Dei, quae tantum eſt per effectum, nihil eſt aliud, quam inflictio poenae.

390 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: ſermo eſt de adultis; ſcilicet per aream intelligitur Eccleſia; per triticum chriſtiani electi; per paleas chriſtiani reprobi. Ad 2: exprimitur tantum forma, qua judicabuntur adulti, qui ſunt in Eccleſia (*z*); boni enim comparantur cum ovibus, & impii cum haedis ejuſdem ovilis, & Paſtoris. Ad 3: haec intelliguntur de adultis, qui ex propriis operibus judicabuntur (*a*). Ad 4: ſufficiens divinae irae ſignum eſt & effectus, excluſio a regno beatitudinis.

Obj.

(*s*) Legatur *Rhod.* heic q.2. ſ.3. §.3.

(*t*) Ita, pleriſque refragantibus, nobiliſſima Theologorum cohors cum *Suar.* in 1. 2. tr. 5. d. 9. c. 6. & alias, *Vazq.* in 1. 2. t.1. d. 134. c. 3. *Siur.* de Noviſs. tr. 4. n.17. *Arſde.* heic c. 5. *Bec.* heic q. 12. n. 3. *Scot, Rich, Mol,* aliis mox adlegandis.

(*u*) C. *Martha*, extra de Bapt. & ejus effectu.

(*x*) In lit. union. Graecor.

(*y*) Recole *Suar.* cit. & dicta ad p. 331. n. 359.

(*z*) Ex *Aug.* l. 6. contra Donatiſt. poſt collationem c. 4. (*a*) Ex eodem cap. n. 13.

391 Obj. *ſecundo*. Pugnat cum PP. & TT. immo favet haereticis Pelagianis. Nam 1.° oppoſitum diſerte adſerunt Aug. (*b*) Hier. (*c*) Gelaſ. (*d*) Greg. (*e*) Fulgent. (*f*) alii permulti. 2.° oppoſitum quoque tenent Arimin. Dried. Voſſi. Noriſ. alii (*g*). 3.° theſim eandem noſtram ſubſtinuit Pelagius, quam ut haereticam confutarunt Aug. aliique PP.

392 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* PP. adducti per ignem aeternum fortaſſe intelligunt locum infernalem, non vero poenam ſenſibilem, qua plectuntur parvuli, de quibus ideo ſentit *Aug.* (*h*) futuros eſſe *in damnatione mitiſſima*; indeque (*i*) addit, *haec illis ſola poena eſt, non eſſe in Patria*. Quid? quod eſto Aug. aliique oppoſitum ſenſerint, quo vehementius contra Pelagium noxae originalis veritatem probarent; ſtant vero pro nobis *Nazian.* (*k*) *Nyſſen.* (*l*) *Bern.* (*m*) *Th.* (*n*) *Bonav.* (*o*). Ad 2: nobiſcum ſunt *Mag.* (*p*), & fere quotquot TT. poſt ipſum per quingentos annos ſcripſerunt. Ad 3: non eſt haereticum quidquid ſubſtinent haeretici; nec illam Pelagii opinionem exſiſtimavit haereticam ullus Pater, aut Theologus; nec qua talem confutare potuit Aug. quum ejus oppoſita definita non ſit ab Scripturis, aut ab Eccleſia (*q*).

393 Obj. *tertio*. Pugnat cum ratione. Nam 1.° parvuli ex Chriſti meritis reportant per Baptiſmum aeterna bona corporis: ergo & ex Adami demeritis per originale mala aeterna omnino ſimilia. 2.° propter originale plectuntur in hac vita morte, aliiſque poenis ſenſibilibus: ergo pariter in altera. 3.° Chriſtus pro expiando originali poenam ſenſibilem paſſus eſt: ergo & haec originali debetur. 4.° ipſi poſt diem Judicii habebunt corpora paſſibilia: ergo aliquid patientur. 5.° veniale, quod minus eſt, punitur in altero ſeculo poena ſenſus: ergo potiori jure originale. 6.° alioqui decedens cum originali, & perſonali mortali, non plus poenae mereretur, quam decedens cum ſolo mortali; hoc etenim adultus jam incurrerat omnimodam viſionis beatae privationem: quod abſonum nimis videtur.

394 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Con.* quia non eſt cur tantum ex Dei juſtitia tribuamus Adae peccato, quantum ex Dei clementia, quae etiam damnatos cruciat citra condignum, Chriſti gratiae. Ad 2. *N. Con.* ſiquidem poenae illae ſenſibiles ſequuntur naturalem corporis conſtitutionem, ex juſtitiae originalis ſubſtractione; ac proinde non in-

(*b*) Ser. 14. de verb. Apoſtoli, & ſaepe alibi.
(*c*) Dial. 3. contra Pelag.
(*d*) Epiſt. 5. ad Epiſcop. per Picen. conſtitut.
(*e*) L. 7. mor. c. 12.
(*f*) L. de fid. ad Petr. c. 3.
(*g*) Ap. & cum Bert. t. 3. l. 13. c. 8.
(*h*) L. 5. contra Julian. c. 11.
(*i*) Serm. 14. de verb. Apoſt. c. 6.
(*k*) Orat. 40.
(*l*) Orat. 1.
(*m*) Ser. de Reſurr. 3.
(*n*) P. 3. q. 1. a. 4. ad 2. & in 4. diſt. 47. q. 1. a. 3. & de malo q. 5. a. 3.
(*o*) In 2. diſ. 3. a. 3. q. 1.
(*p*) L. 2. diſt. 33.
(*q*) Lege *Eſtium* in 2. diſt. 33. §. 8. *Bellarm.* de amiſſ. grat. l. 6. c. 4. *Godoy* hic diſp. 38. §. 6.

infliguntur directe propter noxam originalem; at poena gehennae naturalis non est, sed directe a Deo infligitur propter delictum propria voluntate patratum. Neque vero exinde parvuli sunt melioris conditionis in altero seculo; quoniam melius est omnes substinere miserias, cum aptitudine ad beatitudinem, quam omni alia prorsus calamitate immunem esse absque ulla spe, seu ordine in eam beatitudinem.

395 Ad 3. *N. Con.* Christus non illas consulto pertulit poenas, quae directe peccatis nostris debentur, alioqui debuisset carere visione beata, ignemque gehennalem pati; sed illas, qualescumque tandem essent, quibus ei expediret pro nobis satisfacere. Ad 4. *D. A.* at quidem fortasse proxime impassibilia, ex Dei providentia, *C.* secus, *N.* Ad 5. *N. Con.* quia veniale, esto levius (quod tamen (r) constanter inficiati sumus) est voluntate propria voluntarium; habetque aliquam conversionem, & delectationem inordinatam: secus originale. Ad 6: qui originali simul, & personali maculatus decessit, passurus videtur intensiorem cognitionem de amissione beatitudinis, utpote ex duplici titulo; quocirca (ex adcidenti) poenam hauriet intensissimam. Parvulus autem, ex dictis, beatitate amissa non moerebit (s) (§).

QUAE-

(r) In Tom. III. p. 396. (s) Conferri possunt *Sfrondat.* in nodo praed. dissol. par. 1. §. 1. n. 23. a p. m. 114. *Siur.* cit. tr. 4. c. 2. *Billuart* in 1. 2. t. 2. diss. 7. art. 6. §. 1. 2. *De Rubeis* tr. de pecc. orig. c. 75. & 76.

OBSERVATIO.

(§) Controverti hoc loci solet de statu ejusmodi parvulorum nocentium post resurrectionem communem. Et quidem e Doctoribus nobilissimis plerique tenent, eos tum ex clementia summi Conditoris, veluti naturali quadam beatitate perfruiti, orbem terrarum pulcherrime innovatum, aeternum inculturos.

Quoniam, ajunt, 1.° naturalia per peccatum originis diminuta non sunt: eis ergo adsignandus locus, qui eorum naturae sit consentaneus. 2.° si poena quapiam sensili immunes futuri sint, haud sedes alia eis congruentior destinari posse videtur. 3.° non peccabunt in posterum, quum sint in termino, neque in hoc seculo propria voluntate deliquerint; immo eis inerit naturalis Dei cognitio & amor super omnia; reliquae subinde virtutes naturales, illi statui adcommodatae, passionesque effrenes nullae; quippe nihilo impedientur quominus objecta quanto captu & amore digna sunt, & ipsi quoad ejus sit capiant, amentque secundum vires naturae: huic autem captui & amori virtutes ceterae videntur consectaneae; passionum denique rebellio pugnam externam spectat & poenam sensilem, quae ab eo statu procul aberit.

Tum 4.° eis aderit scientia satis perspicua rerum naturalium ferme omnium, qualis nempe animae cuiquam separatae suapte natura ingenita est. Quid enim id tum prohibeat? 5.° corpora ipsis erunt prorsus impassibilia, quin cibo aut potu egeant; videlicet non per ullam dispositionem intrinsecus inhaerentem, sed ex providentia Conditoris, & nativa nocentium exigentia, quatenus nempe in statu aeterno eisdem perennandum est.

Haec porro vel partim, vel ex integro definiunt, pluribusque confirmant *S. Thom. Suar. Siur.* proxime citt. tum *Catharin.* opusc. de statu parvulorum & alias, *Molina* in concord. q. 23. art. 4. & 5. disp. 1. memb. 9. *Pigh.* controv. 1. de pecc. orig. *Savonarola* tr. de triumpho cruc. *Godoy* in 1. 2. q. 73. d. 38. cum *Salmer. Salas, Lessio, Compton* &c.

Alii contra mordicus pugnant, & in obsequium justitiae Dei praetensae beatitatis systema, quod tanquam gratis confictum cum primis rejiciunt, pro virili explodunt. Quippe, inquiunt, 1.° ea beatitas, utpote a Pelagianis inventa, erronea & haeretica est, eamque aperte confodiunt *August.* l. 1. de orig.

396 QUAESTIO IV. Quid de *Purgatorio* ? ADSERO I. Eſt locus ſubterraneus, fortaſſe inferno propinquus, purgandis juſtorum animis deſtinatus. Ex communi Eccleſiae ſenſu (*t*). II. Ejus incolae ſubeunt temporariam poenam damni; quoniam horrentes intelligunt, viſionem beatam, quam ſumme adpetunt, ſibi differri; tum ſenſus, namque, ex communi Doctorum placito, igne vero torquentur (*u*). III. Videtur quod ibi poenae ſint longe acerbiores, quam in hoc ſeculo. Quia nempe & ejuſmodi poenae ſunt alterius ordinis, ſumme adfligentes, quatenus immituntur a divina juſtitia, qua vindex eſt peccatorum (*x*).

397 IV. Poenae ſunt inaequales cum in intenſione, tum in duratione. Quia reſpondent meritis etiam inaequalibus. Heinc licet pro omnibus finis ſit Purgatorio in die noviſſimo, at non niſi temere adſignatur alicui terminus determinatus abſque revelatione (*y*). V. Sunt ibi animae conſciae & ſecurae de beatitudine aeterna aliquando ſibi comparanda (*z*).

398 VI. Nec mereri poſſunt, nec demereri. Quum ſint extra viam. Id quod plane omnibus compertum eſt ex *Eccleſ.* 9. 15. & 14. 17. *Luc.* 16. 2. *Joan.* 9. 4. habeturque fide certum a pluribus (*a*). Quod ſi ad remiſſionem peccati venialis eliciant contritionem, quoniam non remittitur peccatum in ratione voluntarii, niſi libere retractetur;

orig. animae c. 9. & l. 1. de praedeſt. SS. c. 11. & alias, nec non *Anjelm.* l. de conc. virg. c. 22.

2.° nequit ea beatitas conſiſtere cum averſione habituali a Deo, qua parvuli perpetuo ferentur in Deum. 3.° ſub aeterna ſatanae poteſtate jacebunt parvuli; quod probant quidem Eccleſiae exſufflationes in baptiſmate ap. *Auguſt.* l. 1. de pecc. mer. c. 34. tanta vero cum calamitate quae beatitas?

4.° exinde parvuli melioris eſſent conditionis, quam ſi decederent in puris naturalibus, ut ajunt; quocirca commodum & praemium ex peccato originis referent: quod quidem errori Pelagiano prorſus adfine eſt.

Iis ſummatim beatitatem illam exſufflant *Bellarm.* de amiſſ. grat. l. 6. c. 2. *Petav.* de praedeſt. l. 9. c. 10. §. 12. *Juenin* in Theol. par. 7. diſſ. 7. q. 5. c. 3. *Serryus* in praelectionib. tr. 3. praelect. 12. *Colletus* in continuat. Tournel. tr. de peccat. par. 2. c. 1. art. 5.

(*t*) Adſertum quod ſpectat dogma *ſuperius* probatum eſt p. 398. ſq. quod autem nomen *Purgatorium*, pluribus illuſtratur a *Laur.* cit. d. 26. art. 1. 2.

(*u*) Conf. *Laurae.* cit. art. 5. 6. & *Granad.* cit. par. 1. tr. 2. d. 3. ſ. 3.

(*x*) *Mag.* 4. diſ. 21. & ibi *D. Th.* q. 1. a. 1. aliique ap. & cum *Siur.* cit. tr. 5. n. 38. contra alios. Recole *Suar.* in 3. p. t. 4. d. 46. ſ. 3. (*y*) Lege *Bellarm.* de Purgat. l. 2. c. 9. *Suar.* cit. d. 47. ſ. 4. *Interpretes* in prop. 43. ab Alex. P. VII. confixam.

(*z*) Leo X. contra prop. 38. Lutheri, cui quoad hunc errorem ſubſcripſiſſe videtur *Bajus* de mer. oper. l. 2. c. 8. §. *Unde*.

(*a*) Ap. *Suar.* cit. d. 47. ſ. 2. *Bertius* l. 13. c. 8. ubi recentiorum idem propugnantium cenſum prolixum texuit.

Quod ſi noſtrum in hanc litem aetate noſtra agitatiſſimam ſenſum inquiras, eum paucis aperimus. Nimirum principio neutram ex duabus opinionibus momenta invicta, penituſque ineluctabilia adferre cenſemus, quod plane notum eſt ex ſolutionibus ab utraque parte adhibitis ad argumenta propoſita; neutram itidem aut fide ſanctam eſſe, aut cum fide pugnare.

Deinde a cenſuris & ſcommatis in utramlibet partem ab concertantibus, ac prae primis a *Serryo* projectas cane pejus & angue abhorremus. Praeterea haud omnia, quae laudati *Catharin. Pigh. Sfrond.* ſuis pro mitiore ſententia ſyſtematis inſeruerunt, probamus. Hoc demum arcanum Dei ſcientiae ac providentiae, quae per ſcripturas aut traditionem nondum ſatis innotuerunt, venerabundi duximus relinquendum.

illa tamen contritio non ſe habet ad remiſſionem illius peccati per modum meriti & ſatisfactionis, ſed per modum conditionis removentis prohibens, ut ajunt, hoc eſt peccatum illud, quod prohibet introitum ad regnum coelorum (*b*).

399 VII. Purgatorii cruciatus nec imperfectiones, nec pravos habitus ab animis in hac vita contractos expiant; quoniam quod peccatum non eſt, nec animam maculat, nec proinde expiatione indiget. Porro quoſcumque pravos habitus depellent in primo ad patriam ingreſſu virtutes infuſae iis contrariae, non ſecus ac ſcientiae generales tum beato infuſae quamlibet excutient ingnorantiam (*c*). VIII. Juvantur denique ſanctae animae viventium ſuffragiis, etiam quoad remiſſionem poenae. Fide ſanctum.

400 Docent ſacri codicis oracula, ſignanter 2. *Machab.* 12. 43. & 46. Tum Traditio ex *CC.* e. c. *Carthag.* III. (*d*) & IV. (*e*) *Tolet.* II. (*f*) *Arelat.* III. (*g*) *Vaſen.* I. (*h*) & II. (*i*) *Lateran.* ſub Innoc. P. III. (*k*) *Florent.* (*l*) *Trident.* (*m*) &c., necnon ex *PP.* v. g. *Clem.* P. (*n*) *Tertull.* (*o*) vulgato *Dionyſ.* (*p*) *Athanaſ.* (*q*) *Nazianz.* (*r*) *Chryſoſt.* (*s*) *Epiph.* (*t*) *Cyrill.* Hieroſ. (*u*) *Ambr.* (*x*) *Auguſt.* (*y*) &c., demum ex veterrima, & nunquam intermiſſa Eccleſiarum conſuetudine mox illuſtranda. Et ratio quidem perſpicua eſt. Quia enim poſſunt juvari membra eodem caritatis vinculo colligata: quamobrem & eodem jure Beatorum preces eis ſuffragantur (*z*).

OBJECTIONES.

401 Obj. *primo* contra 11. Adſ. Purgatorii incolae nec ſubeunt poenam damni, nec triſtitiam ex illa poena provenientem. Nam 1.° poena damni debetur ob averſionem a Deo, ex D. Th. doctrina; at ubi remiſſa culpa, nulla eſt averſio a Deo, nullum eſt debitum ad poenam damni: ergo privatio beatitudinis non eſt illis in poenam, ſed ſolum ratione ſtatus, & neceſſitate quadam naturali, prout eſt nobis. 2.° poena Purgatorii maxime inſtituta eſt pro venialibus, quibus nulla poena damni reſpondet. 3.° ratio proxima incolatus animarum in Purgatorio non eſt culpa, quae jam remiſſa eſt, ſed reatus poe-

(*b*) Sic in praeſentia nodum hunc implexum ſolvimus ex doctrina *Angelici* de malo q. 7. ar. 11. o. ſub. fin. ut mittamus interea opinionem illam de remiſſione horum peccatorum per S. Communionem Euchariſticam ſpiritalem, a *Cabaſila* traditam in expoſit. Liturg. c. 42., ſuo loco diſcutiendam.

(*c*) Eſt conjectatio *Suar.* cit. d. 47. ſ. 1. n. 6.

(*d*) Cap. 29.
(*e*) Cap. 79.
(*f*) Cap. 12.
(*g*) Cap. 12.
(*h*) Cap. 2.
(*i*) Cap. 4.
(*k*) Cap. 67.
(*l*) In lit. unionis.
(*m*) Seſſ. 25. decr. 1.
(*n*) Epiſt. 1. ad Jacobum fratrem.
(*o*) De cor. milit. c. 3.
(*p*) Eccl. hier. c. 7.
(*q*) Epiſt. ad ſolitar. vitam agentes.
(*r*) In orationib. funebr. de patre & fratre.
(*s*) Homil. 69. ad populum & ſaepiſſime.
(*t*) Haer. 75. alias.
(*u*) Catech. 5. myſtag.
(*x*) L. 2. epiſt. 8. & ſaepius.
(*y*) L. de cura pro mortuis ger. & alibi.
(*z*) Circa Beatorum ſuffragia conſulend. *Suar.* cit. d. 48. ſ. 5. n. 7.

poenae, quem ſubſtinere nequeunt, videntes Deum, a qua proinde viſione detinentur, donec ſatiſpatiantur; at huic reatui non reſpondet poena damni. 4.° triſtitia eſt de iis, quae nobis nolentibus adcidunt; at privatio viſionis beatae eſt voluntaria animabus, utpote cum divina voluntate, ac juſtitia ſumme conſentientibus.

402 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: poena damni debetur non modo ob averſionem a Deo, ſed etiam ob caetera praedicata, quae importat peccatum lethale, & pro quibus omnibus ſolvendis eſt reatus poenae, qui remanet: unde quum hic, ſola remiſſa culpa, permaneat, debitum quoque manet ad poenam damni temporariam. Ad 2: etiam venialia, quum ſint aliquomodo Dei offenſio, aliquam poenam damni temporariam merentur.

403 Ad 3. *N. Ma.* Reatus ille primo, & per ſe ſe eſt de carentia viſionis Dei; non enim meretur videre Deum qui pro peccato nondum illi plane fecit ſatis, quamdiu in illo ſtatu perdurat: incolatus igitur, ipſeque reatus a culpa maxime proveniunt, adeoque reatui quoque poena damni reſpondet. Ad 4. *D. Mi.* eſt illis voluntaria, quatenus illam vult Deus ad perfectam pro peccatis ſatisfactionem, *C.* quatenus eſt contra inclinationem caritatis, & naturale beatitudinis deſiderium, cui dolent intime ſuis obſtitiſſe peccatis, *N.*

404 Obj. *ſecundo*. Non ſubeunt poenam ſenſus: ubi nempe non eſt verus ignis corporeus. Nam 1.° ejus exſiſtentia non eſt fide certa: immo PP. graeci in Conc. Florent. (*a*) illam conſtanter negarunt, quin propterea damnati ſint, aut reprobati. 2.° de illa non conſtat in Scripturis, ubi tamen plura & perſpicua ſunt pro vero igne gehennae teſtimonia: immo ille Scripturae locus, qui unus eſt, 1. Cor. 3. *ſalvi erunt quaſi per ignem*, videtur eſſe diminuens circa Purgatorii ignem, magiſque admittere analogam ſignificationem. 3.° non videtur Deo dignum, quod miraculis ignem elevet ad comburendum animas ſponſas, ſecus ac digne elevat in gehenna ignem contra rebelles adverſarios.

405 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Con.* quia nihilominus intra Theologicae opinionis latitudinem certa eſt; ob conſenſum cum latinorum Patrum in Conc. Florentino, tum Theologorum fere omnium. Ad 2: textus adlatus habet τὸ *quaſi*, non ad minuendam ignis veritatem, ſed ad explicandum ſalvationis modum; ait enim Paullus, *ſalvi erunt*; ne vero crederent, ſalutem tantum eis ſupereſſe, nihil autem ſatisfacientis adflictionis, addit, *ſic tamen quaſi per ignem*. Ad 3: dignus eſt ille torquendi modus eo amico & ſponſo, qui ſimul eſt animarum judex, eorumque delictorum vindex, amore & juſtitia plenus (*b*).

406 Obj. *tertio* contra III. Adſ. leviores ſunt ibi poenae, quam in hoc ſeculo. Nam 1.° multa ſunt, quae ibi dolorem lenire poſſint,

(*a*) Seſ. 1. (*b*) Conf. cit. *Suar.* in 3. p. t. 4. d. 46. ſ. 1. 2. *Dur.* in 4. diſ. 44. q. 11. n. 13.

e. g. futurae gloriae certitudo, Angelorum viſitationes, voluntatis rectitudo, & eximia caritas, qua gaudenter tolerant poenas, quaſi a divina voluntate inflictas. 2.° Patres in ſinu Abrahae dilationem beatitudinis perferebant in requie, abſque ulla poena ex Auguſt. (*c*) & Greg. (*d*). 3.° heinc ſanctiores animae acerbius punirentur; eſt enim major gloria, quam ſibi differri cognoſcunt, & major caritas, quae eſt radix doloris de ipſa dilatione.

407 ℟. *N. Adſ.* Ad 1. prob: illis non obſtantibus lenimentis, prout illae paenae ſubſunt ordinationi divinae juſtitiae, graviſſimae ſunt; ita quippe Deus excitat, ordinat, movet cruciantes adfectus in piis manibus, quemadmodum oportere novit ad condignam, ſeu proportionatam ſingularum punitionem. Ad 2. *C. A.* quia ita pie credendum eſt de divina providentia, & quoniam alias ex generali ſtatu & conditione totius naturae, erant quaſi incapaces, ut exinde ad optatam beatitudinem transferrentur: quare ex neceſſitate detinebantur. Et *N. Con.* ob contrariam rationem. Ad 3. *D. A.* acerbius punirentur, ſimulque citius ſatisfacerent, & ad caelos evolarent, *C*: ſecus, *N. A.* & *Con.* (*e*).

408 Obj. *quarto* contra VI. Adſ. Sunt ibi pii Manes in ſtatu merendi. Nam 1.° non habent gratiam conſummatam: ergo poſſunt in iſta creſcere. 2.° poſſunt nobis ſua interceſſione aliquid impetrare: quocirca pie ac honeſte a fidelibus exorantur: ergo & ſibi poſſunt. 3.° pro ſuis peccatis faciunt ſatis: ergo ſic merentur ſuam libertatem. 4.° in fide ambulant, multaſque exſercent virtutes, nec ſunt quidem in termino: ergo adhuc in via, in qua cuiquam viatori mereri licet.

409 ℟. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. A.* hoc eſt gratiam ſuo fini conjunctam, *C*; haec enim ſolum in Patria habetur: hoc eſt gratiam intenſam, quam habuit anima in poſtremo vitae momento, & quae ulterius non intenditur, uti nec virtutes, quibus ornata a corpore ſejuncta eſt, *N.* Ad 2. *C. A.* quia etiam Sancti in Patria, licet extra ſtatum merendi, multa nobis, ſuis precibus impetrant, vel intuitu meritorum Chriſti, vel proprii, quod in hoc ſeculo geſſerunt, vel ex mera Dei liberalitate, amicorum precibus adnuente. Orant autem piae animae pro nobis, admonitae ab Angelo de noſtris erga eas precibus, etſi ipſae debitrices ſint, non ſecus ac nos ipſi, quantumvis debitores ſimus, pro illis Deum oramus. Et *N. Con.* de impetratione, pertinente ad liberationem a Purgatorio, namque, ut vulgo receptum eſt, ad eam omnem amiſit congruitatem, qui in hac vita ſatisfacere neglexit. Ad 3. *N. A.* Adcurate loquendo ſatiſpatiuntur, quia ſubſtinent poenas ſibi debitas; non ſatisfaciunt, quia per illam tolerantiam non merentur ſibi condonationem. Ad 4. *N. Con.* Sunt ſimpliciter extra viam quoad ſtatum merendi. At ſtatuere poſſis, eſſe in ſtatu medio, ſcilicet in termino gratiae, nondum vero in termino gloriae (*f*).

Obj.

(*c*) Epiſt. 92. ad Evodium. (*e*) Adeas *Suar.* cit. ſ. 3. *Got.* tr. 14. q. 3. dub. 2. §. 2.
(*d*) L. 13. Mor. c. 17. alias 22. (*f*) Recolendus rurſum *Suar.* cit. d. 47. ſ. 2.

410 Obj. *quinto* contra VIII. Adſ. Nec beati, nec viatoris ſuffragium piis Manibus prodeſt, ut liberentur a Purgatorio. Nam 1.° ut ita illis proſit ſuffragium, debet huic ineſſe vis ſatisfaciendi, ita ut tantum divinae juſtitiae faciat ſatis, quantum ei debetur temporalis poenae pro peccatis, quae pii Manes patrarunt; at ejuſmodi ſuffragium nec beatus conferre poteſt, quum ejus opera non praeferant vim ſatisfaciendi, nec item viator, propter nimiam improportionem poenarum, quas perferre poteſt, cum poenis Purgatorii debitis: ergo. 2.° ſuffragium non certo prodeſt animae, pro qua adplicatur a viatore; quum poſſit Deus illud velle, aut nolle adceptare; nuſpiam quippe ſuam adceptationem promiſit. 3.° non prodeſt omnibus indifferenter animabus, ſed iis tantum, quae per devotionem ad pios Manes, aut alias virtutes eximias, meruerunt in hoc ſeculo, ut ſibi prodeſſent ſuffragia, pro eis poſt mortem oblata; non ſecus ac Chriſti ad inferos deſcenſus non omnibus profuit animabus Purgatorii ad integram libertatem, ſed illis tantum, qui adfectu peculiari ejus adventum adpetierant.

411 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. Ma.* ut ita illis directe proſit, *C*: ut indirecte proſit, e. g. impetrando a Deo remiſſionem, vel diminutionem poenae per ſatisfactionem alias exhibendam, ut puta ex Chriſti meritis, ex praeteritis ſatisfactionibus nondum adplicatis beati adprecantis &c. *N. Ma. & Mi.* Hoc pacto Beatus poteſt ſuis precibus indirecte facere ſatis pro piis Manibus: viator autem poteſt directe, quippe cujus ſatisfactio ſecundum valorem moralem praefert ſufficientem condignitatem, & proportionem cum poena Purgatorii.

412 Ad 2. *N. A.* & prob. Ex unanimi TT. conſenſione cordate ſubinferimus, promiſiſſe Deum adceptationem ſuffragiorum, quibus fideles Eccleſiae viventes invicem juvantur: unde ipſam merito promiſſionem extendimus ad ſuffragia vim faciendi ſatis praeferentia, pro piis Manibus oblata; quippe quae ſunt etiam nobis caritate conjuncti, magiſque indigent quam viventes, quum nequeant ſe ipſis ſatisfacere. Ad 3. *N. A.* Gratis illa limitatio effingitur. Nec ea quidem liberatio facta in deſcenſu Chriſti, ex ſpeciali privilegio & diſpenſatione, ob Chriſti gloriam, probat contra adſertam liberationem ex juſtitia, utpote ortam ex divina promiſſione; ad eum fere modum, quo vulgo docent circa Indulgentias, aut pro viventibus, aut pro mortuis adplicatas (*g*).

De carcere iſto piaculari perplura dabunt noſtrates Polemici, Scholaſtici, Adſcetici (*h*). Nobis autem ſatius erit pro noſtro inſtituto documenta e penu vetuſtatis promere, quibus capita ſancti dogmatis potiſſima veritatis hoſtibus perſpecta ſint.

MO-

(*g*) Conſule ſis *Suar.* cit. d. 48. ſ. 2. 5. 6. *Dur.* cit. in 4. diſ. 45. q. 1. *Bonav.* in 4. diſ. 45. a. 2. 3. (*h*) Cum *Hautino* de patrocinio defunctorum, *Plaza* tr. de Purgatorio, ceteriſque tota Quaeſtione laudatis.

CLASSIS VIII. MONUMENTA ANTIQUITATIS

pro Receptaculo Purgatorii.

E RE LAPIDARIA.

In bina probationum genera, ſeu capita diſtinguere juvat literatos Lapides, quos nobis offert Antiquitas pro ſancto dogmate, adverſus hoſtium tela, quibus dudum imperitur per fas nefaſque. Primum nempe genus eorum eſt, qui Deum precantur ut veniam, & coeleſtem requiem tumulatis concedat, aut fideles ſuperſtites exorant ut haec ſuis precibus ac ſuffragiis impetrent a Domino: ſecundum vero eſt eorum, qui vota praeferunt, preces, deſideria, adclamationes, quibus ſuperſtites ſub variis dicendi formulis adprecantur defunctis veniam, levamen, ſolatium, refrigerium, verbo ſempiternam in empyreo requiem. Et quidem quum ejuſmodi preces nec pro coelitibus, nec pro damnatis quidquam proſint, prodeſſe ſane dicendae ſunt degentibus in quodam ſtatu medio, reatum videlicet commiſſorum in vita criminum luentibus in loco, quem *Purgatorium* dicere conſuevimus *juxta traditiones & authoritates SS. Patrum*, uti jam loquebatur *Innocentius* P. IV. in epiſt. ad Ottonem Cardin. Tuſculan. §. 23. Ergo adcedant primi generis Lapides.

1

. D . . Y .
LVCIFERE COIVGI DVLCISSIME OMNEM
DVLCITVDINEM CVM LVCTVM MAXIME
MARITO RELIQVISSET MERVIT TITVLVM
INSCRIBI VT QVISQVIS DE FRATRIBVS LEGERIT ROGET DEV.* *Deum.
VT SANCTO ET INNOCENTE SPIRITO I AD DEVM SVSCIPIATVR I *ſanctus & innocens ſpiritus Lucijerae.*
QVE VIXIT ANNOS XXII. MES N̈ IIII DIES. VI

Romae apud Puellas Mendicantes exſcripſit Lupius, ipſo teſte in Epit. Sev. p. 167.

Proſunt itaque ex antiquiſſima Traditione vivorum preces defunctis, qui exiſtimantur nondum in Patria beari, ſed adhuc in Purgatorio pro commiſſis olim noxis poenas dare, ut Dei Juſtitiae ac Aequitati faciant ſatis.

2

HIC REQVIESCIT MARTIN
EP̄S ET MONACHVS
ROGO VOS OM̄S QVI HINC
TRANSITIS ORAE̅ PRO ME
ANC TVBAM PRVDENS

QVI-

QVICVQVE RVPERE CERTAT
CV IVDA GEMITVS EXPERIE
TVR INOPS
OBIIT. XII. KL MARTII

Romae olim in S. Silvestri ap. Don. p.535.55. e sched. Bibl. Vat. n.5241.

3 OBIIT DIVÆ MEMORIÆ RANIMIRVS
REX KAL. FEBRVARII ÆRA DCCCLXXXVIII:
OBTESTOR VOS OMNES QVI HÆC LECTVRI
ESTIS VT PRO REQVIE ILLIVS ORARE NON
DESINATIS *A. C.* 850.

Oveti apud Hispanos in Ecclesia primaria ap. Bollandian. tom. 6. Jul. ad diem 25. p. 43. ex Ambr. Moralesio.

Baronius ad an. 850. n. IV. idem Epitaphium ex *Moral.* exscripserat, ac pro OBTESTOR legebat OBTESTATOR, forsan OBTESTATVR apud *Moral.* sed hunc tamen mihi conferre non licuit.

4 QVISQVIS AD HVNC TVMVLVM PROPERAS CONCIVIS ET HOSPES
HIC PRECOR HVMATO DIC MISERERE DEVS
. . . . . .
O MARTYR CVNCTO IANVARI SPLENDIDE MVNDO
FAC ROGO PROSIT EI HAC RECVBASSE DOMO
HVNC SACER ALME DEO TV COMMENDARE PRECANDO
OBSECRO NE CESSES ESTO TVTELA SIBI

Beneventi ante portam Ecclesiae Cathedralis ap. Pratill. hist. Lang. Princ. t. 3. p. 314.

Radelcar hic Beneventi Princeps e vivis excessit an. 854.

5 QVAM VELOX FVGIAT MVNDANAE GLORIA VITAE
. . . . . .
HAEC CARETRVDA SOLO TERREA MEMBRA DEDIT
. . . . . .
O MVNDVM MARTYR IANVARI CLARE PER OMNEM
PRO CVLPIS HVIVS FER PIA VERBA DEO
VT CAREAT POENIS ET CAPTET GAVDIA COELI
SANCTO OB QVOD CVPIIT HOC RECVBARE LOCO

Beneventi prae foribus Ecclesiae Cathedralis ap. Pratill. proxime laudat. p. 315.

Princeps haec Caretruda fuit uxor famosi Radelchis, Principis Langobardorum, exstincti an. 852.

6

HIC IACET IN TVMVLO FELIX VENERABILIS ATQVE
HERMENGARDIS OLIM NAMQVE DICATA DEO
QVAM REX EGREGIVS LOTHARIVS EDIDIT IPSE
GERMANIAEQVE DECVS FRANCORVMQVE POTENS
HVC QVISQVIS VENIENS EPIGRAMMATA LEGERIS ISTA
DIC FAMVLAE CHRISTE PROBRA REMICTE TVAE

Lucae in adſceterio S. Juſtinae ap. Murat. p. 1885. 3. *e Florentinio.*

Haec monialis patrem habuit Lotharium, Lotharii I. Auguſti filium, Lotharingiae Regem, & ſublata e vivis eſt ineunte Seculo chriſtiano x. Ita ibidem *Murat.* Quo noveris Epigrammatis aetatem.

7

CHARA FILIA ATHENOLFI
II. HEC EST Q̄ VINXIT* * *vixit.*
ANNIS XXXII.
ORATE PRO EA

*Capuae in majore antiqua Eccleſia ap. Pratill. hiſt. Lang. t.*3. *p.*330.

8

HOC ALSATII TEGVNTVR MEMBRA VATIS CESPITE
EIVSQVE SORORIS SACRO QVAE COMPTA VELAMINE
HILDEGARDIS EST VOCATA VIRGO MANENS CORPORE
PRO QVIBVS DIC LECTOR QVAESO SVPPLEX FLEXO POPLITE
AETERNAM PIE REDEMPTOR DONA EIS REQVIEM
ILLE QVARTO KALENDARVM OBIIT APRILIVM
ILLA QVARTO DIEM MENSIS ANTE FINEM IVLII

Remis in ſacello D. Patricii ap. Mabill. in Annal. Bened. t. 1. *l.* 15. *ad ann.* 662. *p.*469.

Ii fratres ibi conſepulti ſunt Seculo VIII. ſeu IX. ex iis, quae diſſerit laud. *Mabillon.* quae propterea aetas Epitaphio adſignanda eſt.

9

CERNITO CVNCTORVM COMERCIA POTENTV̄
. . . . . .
ASSIDVVS REQVIEM NOBIS PIE POSCE PE̅NNE̅
PAVLV̄S ISTE PC̄OR GRADIENS ME CERTE VIATOR
ES NVNC QVOD FVERA̅ QVOD SV̄ SED ERIS QVOQV. POSTHEC
VNDE D̄I PIETATE PETO MIHI PX̄IMVS ESTO

Aquilejae in Cathedrali Eccleſia in operculo perantiqui ſarcophagi ap. Bertol. de antiquit. Aquilei. p. 358. *n.* 524.

✠ ROGO

10 ✠ ROGO VOS OMNES QVI LEGITE TVMVLVM
ISTVM ROGATE DEVM PRO ANIMA ADVALT
ILLVSTRIS QVI FVIT NATVS EX GENERE
ADVALT PRIMVS COMES CAPVAE

Capuae prae foribus Parochialis Eccleſiae S. Marcelli Majoris ap. Pratill. in hiſt. Princ. Langob. t. 3. p. 95.

Egregius hic Lapis ſepulcralis poſitus eſt Adoaldo vita functo ante ann. 666. ut evincere videtur ibidem *Pratill.* hac de re tanquam ſcientiſſimus omnino conſulendus.

Iis adnectendi quos *ſupra* deſcripſimus in Tom. II. p. 138. n. 5. p. 139. n. 6. p. 374. n. 5. & in hoc Tom. IV. p. 335. n. 5. tum ii, ut multo plures mittamus, quos recitant *Donius* p. 533. 46. & 536. 59. & 550. 110. *Brouver.* in annal. Trevir. ad an. 983. n. XL. p. 485. *Maffej.* in Muſ. Veron. p. 182. *Murat.* p. 1831. 9. & 1843. 1. & 1883. 6. *Pratill.* in hiſt. Princ. Langob. t. 3. p. 312. & 327. ſq.

Adlatos inſuper Lapides ceteri ſecundi generis, quos promiſimus, excipiant.

11

KALEMERE DEVS REFRI
GERET SPIRITVM TVVM
VNA CVM (*ſpiritu*) SORORIS TVAE HILARE

Romae in Muſeo Kircheriano, e coemeterio Romano ad clivum cucumeris, unde effoſſus eſt inſignis Lapis an. 1726. ap. Lup. p. 137.

Formula haec mihi depromta videtur ex Pſal. 65. 11. *tranſivimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium*; priora enim verba de poenis Purgatorii loqui praeter alios Patres, intellexiſſe videntur *Ambroſ.* in Pſal. 36. & 118. ſer. 3. ac *Iſidor.* tr. de Nativ. Dom. c. 61.

12

CALETYCHE CONIVX ET VIC
TORINVS FILIVS POSVERV N
VICTORINO CONIVGI IN PACE
QVI VIXIT ANNIS N LXII IN
REFRIGERIO (*sit*) ANIMA TVA VICTO
RINE

Romae in Villa Carpinea ap. Fabrett. p. 547. 5.

13

PARENTES AVII PAVLINAE
FILIAE DVLCISSIMAE
CVIVS SPIRITVM IN REFRI
GERIVM SVSCIPIAT
DOMINVS

Romae olim in S. Euſtachii ap. Murat. p. 1922. 1. *ex Blanchinio.*

14

HIC REQVIESCIT FOR
MICA KIAPP IN PACE
QVI VIXIT ANNOS
PLVS MINVS BIGIN
TI ET A SVPERIS * MVN * *ad ſuperos.*
DA TRANSIIT CVIVS
ANIMA INTER IVSTVS * SIT * *juſtos.*

Salerni ap. Mur. p. 1872. 5.

15

PASTO . . . . MARCIANA ET
. . . FILIO BENEMERENTI
. . . . QVI VIXIT ANNVS XII M. II ET . . .
QVICR . . . ACCEPIT . . . . CTOBRES
. . . NO PATERNO . II COSS ET RED . . . .
♡ VIBAS INTER SANCTIS * I HA . . . * *Sanctos.*

Romae in coemeterio Callisti reperta ſunt haec veterrimae Inſcriptionis fragmenta ap. Bold. p. 80. *n.* 8.

Spectat Titulus annum Ch. 268. quo Ovinius Paternus proceſſit Conſul ſecundum cum Collega Marino, ſeu Mariniano. Ita vulgo Faſtorum Interpretes cum *Reland. Almelove. Petav. Stampa*. Nihilo tamen ſecius alii Faſti hos duos Conſules adſcribunt poſteriori anno 269. ap. *Petav.* in animadverſ. ad S. Epiph. de menſ. & pond. p. 408. ſqq. quem conſulas. *Almelov.* contra communem aliorum opinionem facit hunc Paternum Conſulem I. an. 267. & Conſulem II. an. 268. at for-

fortaſſe aptius dixeris ipſum anno 233. Conſulem I. cum Maximo ; nam non niſi Caeſares & Auguſti fuerunt duobus annis ſubceſſivis Conſules ordinarii : niſi forte ab hac regula exceptus ſit Paternus.

16 REFRIGERA DEVS ANIMA HOM . . .

Romae in Muſeo Victorio e coemeterio SS. Petri & Marcellini ap. Cl. & Nob. Equitem Victorium in diſſ. glyptograph. p.114. in nota 2.

17 VICTORIA . SPIRITA . VESTRA
DEVS REFRIGERET . ZOTICE DVLCI

Romae in coemeterio Callisti ap. Bold. p.417.

Ubi & alia quatuor conſimili formula recitata inſuper videris.

18 ΔOPOΘEOY TY ΓΛYKYTA
TY EN IPHNH ΨYXH AY
TOY META ΔIKEωNHΨYHAY
TOY ETωN N MHNωNTPIωN
A

Scilicet

Dorothei dulciſſimi
In pace anima ipſius .
Cum Juſtis anima ipſius
Annorum VIII. Menſium III.

Romae in coemeterio Calepodii ap. Bold. p. 420.

Deum adprecatur Epitaphiographus ut anima Dorothei omni purgata macula , quam etiam in ea tenerrima aetate contraxiſſe potuit , in coelo cum Juſtis beetur .

19 LEA BENE CESQVAS* * *quieſcas*.

Ibidem ap. Bold. p. 432.

Et in ſenſu quidem apud orthodoxos vulgari nonniſi in patria bene quieſcere intelliguntur animae defunctorum ; quidquid ethnicus ille in ſuo abundans ſenſu , defuncto dixerit etiam BENE QVIESCAS ap. *Grut.* p. 693. 1.

20 ✠ LOCVS LETE CVM FILIIS SVIS PROCLANVM ET GEMMVLV . . .
HIC REQVIEXCIT IN PACE
LOCVM QVEM SIBI COMPARABIRVM IN ORATORIV
...SANCTI ALEXSANDRI QVI SE ANIMAS SVAS HIC CON...
MENDABERVM SVB INPERIVM DOMNI ERACLII IMPERA
TORIS PIISSIM . INDICTIONE PRIMA
HIC REQVIESCIT IN PACE

Tiburi in Eccleſia S. Petri apud PP. Carmelitas , teſte Lupio exſcriptore p. 24.

Pertinet Lapis ad annum 613. qui ſub indictione prima, uti Lupius erudite obſervat, incidit in annum Heraclii Imperatoris quartum.

Ut quid autem putes heic Letem cum filiis animas ſuas Sancto Alexandro commendaſſe, niſi ut ſuarum precum apud Deum interventu a piacularibus flammis quantocius liberarentur ad coelum migraturi? Nec ipſe quidem, ut per ſeſe liquet, Titulus alium exhibet ſenſum, quam qui ſubſequitur.

21

HOC HVMATA IACENT IOANNIS MEMBRA SEPVLCRO
QVI NEPE FVERAT PRAESVL IN VRBE QVIDEM
NE NEPA SAEVA SIBI NOCEAT SVCCVRRE REDEMPTOR
ET QVAE CONTRAXIT CRIMINA *terge pius*
NEMPE LOCO SANCTO VOLVIT SEPELIRIER ISTO
QVO PER HOS SANCTOS INVENIAT REQVIEM
EXTENSVM PER ☉ P. Q. E. Δ. CONEXA
CHRISTIANNVM MONSTRANT QVO TRANSIIT ISTE SACERDOS
OBIIT IN PACE II. KL. NOV.
E Ψ O I

Romae olim in Eccleſia Monaſterii S. Sabae ap. Baron. ad an. 770. n. XVI.

Ex iis notis graecis ac latinis confici dicunt, obiiſſe Joannem hunc Nepeſinum Epiſcopum an. Chriſti 770. undecimo Kalendas Novembres. Conſulendus in hanc rem laud. *Baron.* necnon *Corſinius* diſſ. 3. p. LV. Nobis vero ſufficiat, hoc Marmor reddidiſſe documentum pro dogmate ex utroque ſub initium adſignato capite praeclariſſimum.

Faciunt item hi duo poſtremi Tituli pro dogmate de cultu, invocatione ac interceſſione Sanctorum jam propoſito.

22

✠ SEPVLCRVM EVGENII NŌT. &c.

Ad latus dextrum Marmoris haec notantur.

✠ DEPVTAVI
MVS IN ISTA SE
PVLTVRA NOSTRA
EX TM̄ PAGINM * * *Teſtamenti pagina.*
AD OBLATIONES VEL
LVMINARIA NOST
RA . ORTI TRANSTI
BERINI VNCIAS SEX
FORIS MVROS IVX
TA PORTA PORTVEN
SE QVOD EVIT EX
IVRE QD̄ MICINI
CANCEL IN LVRBS
PD PATRIS MEH

Romae olim in Coemeterio Vaticano, deinde proſtans in Civitate Leonina ad atrium Eccleſiae S. Angeli ap. Aringh. t. I. p. 340. Porro

Porro ex ea Tituli adnotatione pia pariter ac frequens illa consuetudo comprobatur, qua fidelium agri ac bona Ecclesiis ex testamento addicebantur ad celebrandas solitas oblationes, hoc est Missarum sollemnia & luminaria ibidem jugiter concinnanda. Haec ferme laud. *Aringh.*

Addit *Zacharias*, & quidem congruentissime, in cit. diss. cap. 13. p. 389. per τὸ OBLATIONES & LVMINARIA NOSTRA indicari Missas, quae annuatim natalitio eorum die, mortis videlicet, aut depositionis pro ipsorum animabus offerendae erant, nec non luminaria in eisdem anniversariis exequiis de more adcendenda. Quae quum ita sint, ex conjectura satis verisimili plane noveris, apud priscos fideles non modo preces pro defunctorum animis obtinuisse, verum etiam perpetua Missarum suffragia. Id quod alias pridem exceperamus e *Tertull.* ubi de corona milit. cap. 3. in haec verba, *oblationes pro defunctis, pro natalitiis annua die facimus*: tum alias identidem eaidem promovet oblationes, nempe lib. de Monogam. cap. 10. *enim vero pro anima ejus orat* (vidua pro anima defuncti mariti) *& refrigerium interim adpostulat ei & in prima resurrectione consortium & offert annuis diebus dormitionis ejus*; alias legitur *oret, adpostulet, offerat*: & in Exhortat. ad castit. cap. 11. *& jam repete apud Deum pro cujus spiritu postules* (scilicet pro anima primae uxoris defunctae) *pro qua oblationes annuas reddas*. Quod autem heic & alias in phrasi Tertulliani, aliorumque sui & paullo posterioris temporis Scriptorum per τὸ *oblationes* Missarum sollemnia intelligantur, nullus, arbitror, vel mediocriter eruditus addubitaverit. Clamant itaque ad unum pro sancto dogmate vel ipsi Lapides hucusque adducti.

Enim vero ne quos praenotavimus secundi generis Lapides gratis & absque cujuspiam probationis energia huc intrusisse videamur, exinde eorum authoritatem paucis confirmandam suscipimus, quod praeferant formulas plane liturgicas; quas nempe cum in primis Seculis, tum in posterioribus in usu perfrequenti habuerunt ecclesiastici coetus apud suos Rituales aut sacras Liturgias.

Principio enim pleraeque omnes, quae apud Liturgiographos adcuratiores circumferri consuerunt, Liturgiae, defunctorum fidelium meminerunt, obtuleruntque pro ipsis aeterno Numini preces aut suffragia & oblationes, seu Missarum sollemnia. Ita quidem discimus ex Liturgiis, quae intra quatuor priora Secula christiana concinnata feruntur, & vel ista quidem literis consignata fuerint, vel memoriter tantum in actione Liturgiae seu Missae recitata. Id insigniter comprobant vulgatus *Dionys. Arcop.* de eccl. hier. c. 3. *Tertull.* in locis mox laudatis, *Cyprian.* epist. 66. ad Cler. & plebem Furnis consistentem ap. Editor. Maurin. p. 115. *Liturgia*, quae habetur in Constit. apostol. l. 8. c. 13. p. 404. ap. edition. Coteler. de an. 1698 haec enim conscripta apud Eruditos creditur ante Sec. v. *Cyrill. Hierosol.* qui inclaruit an. Ch. 350. in catech. mystag. 5. n. 6. p. 297. ex edit. Millesiana

ſiana de an. 1703. reliquae demum *Liturgiae* e IV. primis Seculis, quae circumferuntur ſub nominibus SS. Jacobi, Marci, Baſilii, Chryſoſtomi, Cyrilli, ap. *Renaudot.* in collect. liturg. orient. & Cl. V. *Joſ. Al. Aſſeman.* in ſuo Codice liturgico eccleſ. univerſae ſparſim.

Ita inſuper edocemur ex poſterioribus Liturgiis ad uſque Seculum X. cum in Oriente, tum in Occidente pervulgatis, e. c. ex Syriaca, Chaldaica, Gelaſiana, Gregoriana, Moz arabica, Gallicana, Romana, ceteriſque, conſulendis ap. laudatos *Renaud.* & *Aſſeman. Mabillon. Thomaſium*, *Grancolas.* ceterofque paſſim Liturgiographos. Quin & idem dixeris de reliquis, quae a Seculo XI. aduſque noſtra tempora denuo digeſta ſint, ſi noviores eas Lutheri, Zvvinglii, Calvini, Anglorum ac ſimilium, quas refert *Aſſeman.* in Cod. liturg. t. 4. par. 3. p. 1. ſqq., omnino exceperis, quibus nempe tanquam meliora ſapientibus adverſum univerſae Eccleſiae traditionem Purgatorium pura putaque fabula eſt. Lege *Renaud.* t. 2. p. 104.

Deinde in eiſdem, quas indicavimus, Liturgiis tam orientalibus quam occidentalibus, cum vetuſtis, tum recentioribus eaſdem obſervare eſt erga fideles vita functos formulas, quibus exornatos conſpeximus adductos Lapides, aut alias iiſdem ſimillimas, ac omnino aequipollentes; ubi praeſertim agitur de Diptychis aut commemoratione defunctorum, ac de Liturgiis aut precibus comparate ad fato functos concinnatis. Rem exemplis aliquot confirmemus.

Et primo quidem formulam illam, *Deus refrigeret ſpiritum tuum, in refrigerio anima tua* &c. habemus in Liturgia CIII. Miſſalis Romani veteris ap. *Aloyſ. Aſſem.* in cod. liturg. t. 4. p. 213. & 214., in Alexandrina ap. ipſum t. 4. par. IV. p. 164. in orationibus liturgicis e libro III. Sacramentarii Romani ap. *V. Thomas.* pp. 248. 249. 258. 259. 431. in precibus liturgicis Sacramentarii veteris Gallicani ap. *Mabillon.* pp. 321. 385. 386. Quo plane referenda ſunt verba illa quae proferimus in S. Miſſa poſt commemorationem defunctorum, *ipſis Domine & omnibus in Chriſto quieſcentibus locum refrigerii, lucis & pacis ut indulgeas deprecamur*, ſuper quibus vide ſis Liturgiographorum latini ritus commentarios.

Deinde formulam illi adſimilem *adceptus ſis Deo* &c. reperimus in Orientali Liturgia ſub nomine S. Julii P. ap. laud. *Renaud.* t. 2. p. 231. & S. Cyrilli *ibid.* p. 282. & Matthaei Paſtoris *ibid.* p. 350.

Tum formulam *ſit cum ſanctis, inter ſanctos* &c. ingeminant ſaepe preces liturgicae, e. g. in orientali Liturgia S. Baſilii ap. *Renaud.* t. 1. p. 23. & S. Gregorii *ibid.* p. 34. & 113. & S. Dionyſii Athenarum Epiſcopi ap. ipſum *Renaud.* t. 2. p. 209. & S. Chryſoſtomi *ibid.* p. 250. & Philoxeni Hieropolitani *ibid.* p. 317. & S. Jacobi Epiſc. Botnanenſis *ibid.* p. 364. & B. Jacobi Edeſſeni *ibid.* p. 377. & Philoxeni Epiſc. Bagdadenſis *ibid.* p. 405. & Sacramentarii Romani l. 3. ap. laud. *Thomas.* p. 256. ſqq. & Sacramentarii Gallicani ap. cit. *Mabill.* p. 384 ſqq.

Praeterea formulam *ſuſcipe, ſuſcipiatur in pace, in Chriſto* &c. legi-

legimus in altera Liturgia Alexandrina S. Basilii ap. *Renaud.* t. 1. p. 73. necnon in cit. Liturgia Philoxeni ap. *eundem* t. 2. p. 305. in Liturgia Doctorum Sanctorum *ibid.* p. 416. in antiqua Hispanica ap. *Pinium* in tom. 6. Jul. in tr. praevio de ea Liturg. n. 454. p. 89. in precibus liturgicis Sacramentarii Gallicani ap. laud. *Mabill.* p. 386.

Postremo formulam *requiescat*, *bene quiescat*, *in pace*, *in Deo* &c. frequentissime praeferunt, repetuntque Liturgiae. E. c. Liturgia sub nomine S. Marci ap. *Renaud.* t. 1. p. 150. aliaeque complurimae sub aliis nominibus, quas sparsim recitant praelaudati Liturgiographi cum *Marten.* in tr. de ant. eccl. discipl. in div. celebr. offic. p. 628.

Haec itaque sunt nostro argumento cofirmando, illustrandoque praelibata documenta Liturgica, nostris Lapidariis mire consona; adeo ut pene dubitare merito possis, num itthaec ab illis excepta sint, num potius contra. Neque vero novum aut recens est, rem Liturgicam argumenta nervosa suppeditare ad sancta dogmata adversum hostes convincenda; quod Tabulae nostrae Liturgicae satis superque demonstrant.

Ecquid vero, reponas, si in quatuor totis prioribus Seculis nulla omnino Liturgia scripto consignata sit, uti pluribus contendunt *Le Brunius* diss. 1. & *Pinius* proxime laudat. cap. 1. §. 3. sqq. quibus praeiviisse videntur *Gardebosc*us in synopsi hist. eccl. t. 1. diss. 5. a p. 546. & *Renaudot.* t. 1. c. 5. p. XXXIII. Hoc autem posito, nulla porro erit, immo sponte corruet nostra ejusmodi formularum confirmatio e re Liturgica petita relate ad sepulcrales Titulos sub ea quatuor priora Secula exaratos. Adde, quod licet permitti posset, Liturgiam aliquam graecam, e. c. Hierosolymitanam S. Jacobi citius scripto traditam fuisse, at minime Liturgiam ullam latinam; et vero formulae quas confirmandas suscepimus, in Latio conscriptae sunt, ac Romae ferme omnes: unde igitur eas prudenter credideris, liturgicum stilum mutuatas esse?

Ceterum parum aut nihil haec urgent; esto enim quinto primum Seculo scribi coeperint Liturgiae; istae vero procul dubio tum scripto commendatae fuerunt, quales antea memoriter recitabantur: quocirca istasmet potuerunt quam optime Marmorum literatorum Authores in suos transferre Titulos.

Sed & ipsi opinioni de nulla Liturgia ante Seculum quintum scripto tradita multi repugnant Viri Clarissimi cum *Vicecom.* in observat. t. 4. l. 7. c. 10. *Bocquillot* in comm. hist. de sacra liturg. l. 1. c. 9. *Merato* in Gavant. t. 1. p. 12 *Honor. a S. Maria* in animadv. sup. crit. t. 3. l. 5. diss. 3. ar. 2. §. 3. laud. *Roberto Sala* in commentariis in Bonam de reb. liturg. in praefat. gener. t. 1. p. LXVII & in lib. 1 Bonae c. 8. §. 1. *Aloys. Assem.* in cod. lit. l. 4. par. 1. p. 144. sqq. *Zachar.* in diss. proxime cit. c. 9. n. 1. p. 457. *Murat.* de Liturg. Rom. vet. t. 1. in praevia diss. de reb. liturg. c. 1. p. 3. sqq. Et merito quidem; nam, ut plura mittam, quibus laudati *Mur.* & *Assem.* perstringunt Le-

Lebrunium, apud *Juſtin.* apol. 2. & *Cyrill. Hieroſol.* catech. myſt. 5. tot habemus preces ac ritus, quibus jam tum utebantur in divinis Myſteriis Sacerdos & plebs fidelis, ut plane nequeat veroſimiliter credi, illos ſaltem apud Eccleſias Romanam & Hieroſolymitanam ab iis omnibus fuiſſe quatuor Seculis memoriae mandatos, & abſque ullo ſcripturae perpetuae auxilio veluti ex tempore recitatos in perfrequentibus Actionibus liturgicis.

Datis hucuſque documentis fortaſſe ſub eodem Titulo poſſent opportune ſubjici Lapides illi pene innumeri, qui nudam praeferunt formulam *in pace*, aut *in pace Dei*, aut *in pace Chriſti*. Quoniam haec ſatis apte intelligi poteſt ex mente veterum Chriſtianorum imbibero pium deſiderium, quo Epitaphiographus amat, Deumque precatur ut anima tumulati quantocius omni peccati ſorde purgata, perpetua ſit *in pace* prorſus beata. Scio equidem τὸ *in pace* ap. Authores, tam priſcos cum *Auguſt.* in enchir. c. 110. & de civ. l. 21. c. 20. & 21. ac tr. de cura pro mortuis, quam recentiores cum *Sabbatin.* & *Mazoch.* ſup. epigram. Hilari, ac *De Vita* in antiq. Benev. claſſe ultima ſub fin. voluminis ſecus adcipi. Quid autem noſtram interpretationem a nota veriſimilis conjecturae dejiciat, plane non video. Porro *De Vita* duplicem adſerit poſſe ſub ea phraſi ſubintelligi pacem; vel coeleſtem nempe, qua perfruatur anima in paradiſo, vel terreſtrem, aut communionem eccleſiaſticam, qua tumulatus quum obiit felici ſorte gaudebat. Satis ergo conſequenter pacem illam coeleſtem ſub ſenſu a nobis expoſito intelligendam fore proponimus. Nihilo tamen ſecius ſub alio titulo eam formulam collocandam duximus.

Ad extremum vero, ne quid intactum relinquamus pro ſolida Traditionis confirmatione, quempiam mihi audire videor flocci facientem hoc noſtrum de praedictis formulis argumentum; quoniam, inquit, nihil aliud ipſae ſunt, quam communes quaedam, uſitataeque adclamationes, quibus ſuperſtites defunctorum animos ſalutabant; inſequuti nimirum eum morem, quo veteres Ethnici ſub variis, nec valde abſimilibus phraſibus, in Titulis ſepulcralibus vale dicebant defunctis. Haec enim, ut plura ſileam, apud *Gruterianas* Inſcriptiones legimus, AMICI VALETE. p. 487. 8. HAVE THAIS DII TIBI BENEFACIANT. p. 490. 6. VALE LONGINE AETERNVM. p. 544. 9. HAVE PERPETVVM p. 661. 6. BENE QVIESCAS. p. 693. 1. AVETE ANIMAE INNOCENTISSIMAE. p. 735. 6. & 745. 10. HAVE HAVE HEROTION ET VALE AETERNVM. p. 1123. 2.

Ceterum qualiſcumque fuerit harumce phraſium ethnicarum ſenſus, at de ſenſu tamen catholico phraſium chriſtianarum quis jure dubiter? Quod autem hic ſenſus ad mentem chriſtianorum Authorum in dogma noſtrum aliqua via contendat, ſatis aperte, reor, deduxiſſe ex adlatis parallelis formulis Liturgicis. Nec porro quidquam adfirmare vetat, chriſtianos ſub eo ſenſu illas paganas formulas (uti alias perplurima) conſecraſſe; aut, ſi mavis, eaſdem formulas habuiſſe Authores ethnicos, qui aut Purgatorium, aut aeternum pro bonis praemium pro-

profitebantur ad normam plurium, quos damus in concordia fidei & rationis pro utroque isto dogmate.

E RE LITURGICA.

23 *Rogamus te Domine Deus noster ut suscipias animam hujus defuncti; pro quo sanguinem tuum fudisti . . . . .*

E Codice Antiphonarii S. Gregorii P. I. in Agenda mortuorum, Antiphona ad Introitum (ap. laud. *Thomas.* t. 5. p. 226. col. 1.)

Idem *Antiphona* sonat, ac *vox reciproca*, sumiturque apud Liturgicos pro cantu ecclesiastico alterno, quo videlicet a duobus choris alternatim psalmi, vel hymni vel sacrae aliae dictiones concinuntur. Lege *Isidor.* de eccl. offic. l. 1. c. 7. & de orig. l. 6. c. 12. *C. Toletan.* I. can. 9. *Pseudo-Alcuin.* de div. offic. ubi de celebrat. Missar. *Raban. Maur.* de inst. cleric. l. 2. c. 50. *Durand.* de ritib. l. 3. c. 17. *Thomasium* in disquisit. antiquior. rituum cantuum Missae, jam ab initio. *Bona* rer. lit. l. 2. c. 3. n. 1. *Emman. Azevedium* in exercitat. 32. div. officii n. 2. *Petr. Gussanvillaeum* in praefat. ad Antiphonar. S. Gregor. t. 3. ejus oper. p. 651. sq. Dicitur vero *Antiphona ad introitum* quae statim in introitu Missae canebatur, adtestantibus Liturgiographis cum *Walafr. Strab.* c. 22. *Microl.* c. 1. *Honor. Augustod.* in gemm. animae l. 1. c. 87. *Menard.* in Sacrament. S. Gregor. nota 5. *Thomas.* proxime cit. *Cangio* in Glossar. lat. art. *Antiphona* & *Introitus*; immo eadem vocari consuevit *Introitus Missae*. Ut mittam alias varii nominis Antiphonas, e. c. Alleluyaticas, Processionales, Rogationales &c. quas ibidem explicat *Cang.*

Antiphonarum usus a primis usque temporibus in utraque obtinuit Ecclesia. Primum earum Authorem in Graecia S. Ignatium Martyrem declamant multi cum *Socrate* l. 6. hist. c. 8. & *Niceph.* l. 13. c. 8.; alii vero cum *Theodoret.* hist. eccl. l. 2. c. 24. Flavianum ac Diodorum, Ignatio valde recentiores praedicant. Ecquis rem certo definire ausit? Primus et vero apud Latinos vulgo celebratur S. Ambrosius a Liturgiographis post *S. Isidor.* de eccl. offic. l. 1. c. 7. & *Paullin.* in vita Ambros. Et usus quidem Antiphonarum in occiduis plagis meminerunt *August.* in Confess. l. 9. & *Sidon. Apollinar.* l. 5. epist. 17. atque in orientalibus *Basil.* epist. olim 63. ad Cleric. Neocaesar. & *Greg. Naz.* in carmine jambico de virtute prope fin. Corrigendi itaque qui Damasum Papam primum hujusce ritus authorem esse prodiderunt.

Quis demum institutor Antiphonae ad Introitum Missae? Vulgo creditur Liturgicis Scriptoribus Coelestinus Papa, ex Authore libri Pontificalis, haec conscribente in ejus vita, *hic constituit ut* cl. *Psalmi David ante sacrificium psallerentur antiphonatim, quod ante non fiebat, nisi tantum recitabantur epistolae Paulli & S. Evangelium, & sic Missae fiebant*. Id autem clarius videtur colligi ex quodam ms. codice Pala-

tino, quem laudavit *Thomaſ.* in cit. diſquiſit. p. VIII. in tom. V. oper. edit. Vezzoſſ., ſic ajente, *conſtituit* (Coeleſtinus) *ut Antiphona ante Sacrificium caneretur*. Utut tamen haec fuerint, veroſimiliter me dicere arbitror, ſi adſeram, ejuſmodi antiphonam, ea conſtructam ordinis, methodi, ac ſtili ratione, quae nunc nobis uſui eſt in ſacro Miſſae, primum poſitam ac inſtitutam fuiſſe ab eo qui primus omnium, Antiphonarium, ſeu librum edidit, quo pleraſque Miſſae antiphonas, prout nunc uſui ſunt, digeſſit, vulgavitque; eſto enim antiphonae, eodem, ſimilive ritu concinnatae in uſu fuerint a tempore Coeleſtini, de hoc tamen uſu nullum, quod ſciam, exſtat documentum. Et ſub nomine quidem antiphonae non modo ipſam, quae vulgo dicitur antiphona, ſive introitus Miſſae, intelligas, velim, ſed etiam Pſalmum huic antiphonae reſpondentem, Reſponſorium cum verſu, quae nomine Gradualis modo gaudent, Alleluja, Offertorium cum uno aut pluribus verſibus & Communionem, ſeu poſt communionem cum Pſalmo; haec enim omnia complectitur Antiphonarius, ejuſque Author ad Miſſam latinam eo fere qui hodieque viget, ordine celebrandam pariter inſtituit. Quae de Antiphona diſſeruimus alias retractabimus. De eodem vero ſigillatim Antiphonario mox plura.

24 *Qui Lazarum reſuſcitaſti ad monumentum foetidum; tu ei Domine dona requiem & locum indulgentiae: ℣. Requiem æternam dona ei Domine, & lux perpetua luceat ei.*

Ex eodem Antiphonario in Agenda mortuorum, in Reſponsorio Gradali (ap. cit. *Thomaſ.* t. 5. p. 226. col. 2.)

En tibi preces eccleſiaſticae ad Deum pro animabus defunctorum, quae decem ab uſque Seculis & amplius perpetuo reſonant ad aures fidelium, ubicumque invaluerint Romani Officii ritus. Quo perſpexeris apertiſſime illorum audaciam ac temeritatem, qui vel Traditionem circa ejuſmodi preces ad Dominum fuſas deſiderant, vel nobiſcum exſpoſtulant de inutilitate earundem precum erga fidelium animas piacularibus flammis, ſuperſtitum judicio, vel ſuſpicione addictas.

Quod vero ſpectat Gregorianum, quem laudavimus, Antiphonarium, unde preces id genus ad frequentiſſimum, immo perpetuum latinarum Eccleſiarum uſum defluxiſſe videntur, eſt liber continens Antiphonas totius anni, ad Miſſae ſacra recitandas, aut concinendas, eo ſenſu, quo nuper dictum eſt. Ejus authorem Gregorium M. fuiſſe ſcripſerunt *Joan. Diacon.* in ejus vita l. 2. cap. 6. & *Agobard.* l. de correct. Antiphonarii c. 15. quibus vulgo adſtipulantur Liturgiographorum chorus. Quin etiam id ipſum ferunt in titulo pene omnia mſs. exempla, e quibus variae, quas habemus commentarii editiones exſcriptae ſunt. Addunt ea S. Gregorii verba ex lib. 7. epiſt. 64. *aut*

vete-

veteres noſtras (conſuetudines circa celebrationem Miſſae) *reparavimus, aut novas & utiles conſtituimus*. Tum notas muſicas ab ipſo Gregorio ſtatutas, quas ex Monacho Egoliſmenſi citavit *Pagius* ſenior in critice Baron. ad an. 787. n. IX.; necnon eccleſiaſticorum officiorum ordinem in meliorem formam ab eo redactum, pariterque inſtauratum Eccleſiaſticum cantum, uti ex vulgari opinione ediſſerit *Nat. Alexand.* Seculo 6. cap. 2. art. 13. n. 16.

Sunt enim vero inter juniores Eruditos, qui ex adlatis Authoribus & conjecturis eam ſententiam minime certam erui, immo iis etiam poſitis ſaltem valde dubiam haerere contendunt: puta *Dionyſ. a S. Martha* in edit. op. S. Greg. t. 3. in praefat. ad antiphon. p. 649. *Jo. Georg. ab Eckhart* in comment. de reb. Franciae Orient. l. 25. p. ni fallor, 718. *Dupin.* in bibl. eccl. Sec. VI. in S. Greg. I. p. m. 338. quibus adcedere videtur *Petr. Guſſanvill.* in Praefat. ad Antiph. Et primus quidem hujuſce patronus ſententiae citatus *Jo. Diac.* qui tribus poſt S. Gregorium Seculis inclaruit, eam fert didiciſſe e Codice ms. Lateranenſis Patriarchii, quin ulterius moneat, cujus ipſe aetatis fuerit; an item autographus, an apographus. (Ita *Dupin.* & *Guſſanvil.*) *Agobardus* vero ſolum loquitur ex opinione aliquorum, putantium quemdam antiphonarium, eo quod in titulo nomen S. Gregorii praetenderet, ab eodem fuiſſe concinnatum.

Expoſitae deinde conjecturae, ſi adcuratius expendantur, etſi oſtendant, plura generatim eccleſiaſticas ceremonias ſpectantia vel correcta, vel primum inſtituta fuiſſe a Gregorio, neutiquam tamen evincunt, ea ſigillatim eveniſſe erga Antiphonarium, de quo lis eſt. Quod ſi praeterea *Jo. Diaconus* tanquam idoneus teſtis admittatur, hic ubi laudatur hunc praefixit capiti ſexto titulum, *ubi Antiphonarium centonizans* &c. ac deinceps eodem in capite ſic ſcribebat, *antiphonarium centonem cantorum ſtudioſiſſimus nimis utiliter compilavit*: non itaque cenſendus author commentarii, ſed ut ſummum merus compilator, rituum utique ab aliis primum exaratorum. Dupinio denique flocci ſit haec diſputatio, ſicut & idem Antiphonarius.

His jam vero praejactis pro utraque ſententia, noſtram paucis aperimus. Et in primis *Joan.* in eo capite praeter adducta, haec diſertiſſime adfirmat, *ſub Lateranenſis Patriarchii domibus .... ubi uſque hodie lectus ejus .... cum authentico antiphonario reſervantur*. Ergo credendus adverſum Eckard. Guſſanvill. Dupin. Alias nec credendus Papebrochius, nec Mabillonius, nec Martenius, nec unus alter, qui adfirmet primum reperiſſe, aut alicubi exſtare ms. Codicem Authoris ſe ipſo tribus Seculis antiquioris. Ergo rurſum ipſe credendus ubi conceptis verbis ſcribit, ſanctum centonizaſſe, vel compilaſſe antiphonarium centonem, adverſum adſerentes eum primum cogitaſſe ac ſtatuiſſe: merito quippe Joannes ille, utpote perdoctus Vir & Romanus, credi debet adprime inſtructus de conditione libri, cujus exiſtentiam in Patriarchio Laterano poſteritati referebat. Hoc itaque ſenſu dicen-

dus Author Gregorius, quod preces illas liturgicas longe antiquiores, in unum quaſi corpus redegerit, riteque ordinarit. Qui vero ipſarum author, quive authores, mihi prorſus inexploratum.

Ad extremum nihili facienda nobis procax illa cenſura Dupiniana; pretioſiſſimus quippe, ac utiliſſimus Antiphonarius eſt, tum quia foetus Magni Gregorii, tum quia ritus antiquiores liturgicos repraeſentat, tum quia ſancta dogmata paſſim exhibet atque confirmat.

Venio jam ad editiones hujus Antiphonarii. Earum primam debemus *Jacobo Pamelio* in Liturgicon t. 2. p. 54. ſqq., alteram *Romano Anonymo* Seculo XVI. exeunte, tertiam *Petro Guſſanvillaeo*, quartam Ven. *Thomaſio*, quintam *Dionyſio a S. Martha*, ſextam denique *Dominico Georgio*. Mirum ſane quantum iſtae inter ſe ſe diſſideant, uti eas una conferenti notum eſt. Ex iis vero praeſtare ceteris Thomaſianam, quam ipſe illuſtrat, tanquam maxime prae ceteris autographo conſentaneam pluribus contendit doctiſſimus *Vezzoſ.* in praefat. ad tom. 5. §. 3. p. IX. ſqq. an autem rem ipſe ſuam conficiat, alii viderint.

25 *His, quæſumus Domine ſacrificiis, quibus purgationem & viventibus tribuis & defunctis, animam famuli tui benignus abſolve, ut reſurrectionis diem ſpe certæ gratulationis exſpectet.* Per.

E SACRAMENT. VULGO LEONIANO IN MISSA III. SUPER DEFUNCTOS (ap. laud. *Murat.* t. 1. col. 452.)

Plura ingenti numero id genus dabunt Miſſae & Agenda defunctorum ap. Liturgicos; immo Liturgiae omnes in commemoratione defunctorum, quam omnes orthodoxae, una cum pleriſque etherodoxis orientalibus pie, ſaneque amplectuntur.

E RE DIPLOMATICA.

26 *. . . . ſi ſine filius maſculo tranſiero . . . volo atque decerno ut . . . . & ſervi & ancillas meas pro anima mea liveri demittendum . . . preces & pro ſcelera mea Dominum deprecandum . . . .*

RATPERTUS in Donatione facta Monaſterio Piſtorienſi S. Bartholomaei an. 748. (ap. *Zachar.* in anecdot. p. 271. ex archivo ejuſdem Monaſterii.)

Vides ſub intolerandis, ac pene imperceptibilibus Grammaticae barbarae ſoloeciſmis perſpicue expreſſum Dogma, ubi Ratpertus praeſcribit preces poſt mortem fundendas pro ſua anima, ſeu pro eluendis ſcelerum maculis.

27 ... *Dum in hunc exilio hujus ſeculi avitare meruerimus, oportum eſt enim cogitare de Dei Omnipotentis miſericordia & remiſſione animarum noſtrarum, quatenus nos de vinculo penarum Dnus ac Redemptor omnium indulgentia pietatis ſuæ condonare dignetur, & ad vera luce luminis pietatis ſuae inter Sanctis & electis ejus parte aliqua vel ſocietas invenire mereantur, quam quidem magno conſilio eſt ſeculi relinquere ....*

AIVALDUS Presbyter in Donatione alia ſub eodem ſtilo facta ipſi Monaſterio Piſtorienſi ſub an. 764. (ap. laud *Zach.* p. 272. ex ipſo archivo.)

Documenta pleraque iis conſimilia recitat ibidem *Zach.* pagg. 273. 279. 283. 285. Cetera ex *Mabillon. Galletto*, aliiſque Diplomaticis brevitatis ſtudio mittere cogimur.

---

413 QUAESTIO V. Quid de *Inferno gehennali*? ADSERO 1. Eſt locus ſubterraneus, ad torquendos Angelos, hominesque impios in viſceribus terrae olim conditus a Deo vindice. Haec una ſeculorum omnium vox & conſenſio. Docentque palam *ſacrae Paginae*, e. c. *Pſ.* 29. 3. *Pſ.* 48. 5. *Pſ.* 85. 13. *Prov.* 9. 18. & 15. 24. *Eccli.* 41. 7. *Iſai.* 14. 15. *Ezech.* 26. 20. & 32. 18. *Matt.* 5. 29. *Marc.* 9. 43. *Luc.* 16. 23. *Apoc.* 14. 19. & 20. 9. ac ſaepius. Quibus adcinunt priſci *PP.* cum *Pſeudo-Juſtino* (*i*) *Clem.* Alex. (*k*) *Tertull.* (*l*) *Orig.* (*m*) *Theophil.* Antioch. (*n*) *Cypr.* (*o*) *Athanaſ.* (*p*) *Lactant.* (*q*) *Hippolyt.* Portuenſ. (*r*) *Hilar.* (*s*) *Ephraem* (*t*) aliis (*u*). RURSUM QQ. DOGM. SCHOL.

414 II. Locus hic, tenebris & aerumnis plenus, ad ſupplicia in hoſtes Dei paratus quum ſit, varie, acerbeque in eo punientur ſinguli pro qualitate ſeu conditione cujuſque criminum. Id enim ſibi exposcere videtur aequiſſima ſummi Numinis juſtitia, quum in offenſiones ſibi impudentiſſime illatas vindicem & ultorem aget. Cave tamen ne quum portas *inferni* audis apud ſacros Codices, portas quaſdam materiatas exſiſtimes cum Pſeudo-propheta *Mahumede* (*x*) ſed eas tamen adcipe per metaphoram pro dominio aut poteſtate daemonum, qui-

(*i*) In qq. ad orthod. q. 75.
(*k*) L. 5. ſtrom.
(*l*) L. de anima c. 54. in apol. c. 47. contra Marcion. l. 4.
(*m*) L. 4. periarch. & alias.
(*n*) L. 2. ad Autol.
(*o*) I pſt. 55. ad Cornelium.
(*p*) In Pſ. 32.
(*q*) De fall. relig. l. 6. n. 3.
(*r*) L. adv. Graecos.
(*s*) In Pſ. 2. & 68.
(*t*) In Iſaiae 14. 13. & in Ezech. 3. 16.
(*u*) His aliiſque ſuffultus documentis *Patuzzius* proxime cit. p. 397. ſolide confutavit ſtolidam illam Swindenii opinionem, reponentem in ſole Gehennae ſedem. Illum conſule.
(*x*) In Alcorano ſura 15.

quibus reliqui carceris infandi accolae miſerrime ſubduntur (*y*). De certo Gehennae ſitu, magnitudine, ſtructura, manſionibus, futuriſque poſt diem noviſſimum adceſſionibus, plura quomodocumque ominantes, alii (*z*).

415 III. Eorum animi, qui lethali noxa coinquinati decedunt, ſtatim ac in privato judicio a Chriſto Domino judicantur, ad gehennam luituri poenas detruduntur. Poſt reſurrectionem vero communem illuc una cum corporibus propriis inſimul contorquendis abripientur. Non ſecus ac juſtorum animi poſt mortem penitus emaculati, ſtatim beatitate fruuntur, ac deinceps reſumtis corporibus pariter beandis in empyreum olim commigrabunt. Hoc quidem dogma orthodoxis, majorum traditione fretis indubium poſt C. *Florentin.* (*a*) parem utique in hoc negotio jure exſiſtimantibus clementiae Conditoris juſtitiam. Anne vero aliqui ſint impii, qui ex lege Dei peculiari jam modo & animo & corpore gehennam inhabitent? Problema eſto, iis quibus ſit otium, decidendum (*b*).

416 IV. Supplicia gehennae aeterna ſunt, nec ullus eis unquam finis. Horrendum plane dogma iſtud, at fide ſanctum, quidquid Origeniſtae nuperrimi obganniant. Illud palam exprimunt *Scripturae*, ſecundum lectionem vulgatae, textui, ſenſuique Hebraeorum conſonam, e. c. *Job* 4. 20. *Judith* 16. 20. *Pſ.* 91. 8. *Iſai.* 33. 14. *Dan.* 12. 2. *Sap* 4. 19. *Matth.* 18. 8. & 25. 41. & 46. *Marc.* 9. 48. & 2. *Theſſal.* 1. 6. ſqq. *Apoc.* 14. 10. & 19. 2. & 20. 10. (*c*). His conſonant *CC.* cum *Synodo* gener. V. (*d*) VI. (*e*) VII. (*f*) *Lateran.* IV. (*g*) *Trident.* (*h*). Tum *PP.* cum *Iren.* (*i*) *Tertull.* (*k*) *Cypr.* (*l*) vulgato *Athanaſ.* (*m*) *Auguſt.* (*n*) *Hieron.* (*o*) *Ambr.* (*p*) *Fulgent.* (*q*). Ut alios mittam ſine numero (*r*).

417 Suffragatur mirum in modum CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS. Ex iis quippe Ethnicorum gentibus & ſcriptoribus, quos ſupra indicavimus, aut adumbraſſe, aut ſerio profeſſos eſſe, impios apud loca quaedam ſubterranea poenas acerbiores manere, perplurimi nominatim

(*y*) Conf. *Siur.* tr. 18. n. 55. ſqq.

(*z*) Cum *Lauraea* cit. d. 13. ar. 2. *Gotti* cit. ubi de inferno q. 8. dub. 1. *Siur.* cit. tr. 18. ubi plures adlegat, defloratque.

(*a*) In decr. fidei.

(*b*) Negat *Abulenſ.* q. 20. in c. 16. Numeror. & cit. *Granad.* par. 1. tr. 1. d. 1. n. 8. ſub fin. Adfirmat cum pluribus Adſceticis cit. *Siur.* tr. 19. c. 3. ubi cum primis innititur narrationi revelationum, quibus haud omnes facile adquieverint.

(*c*) Plura in hanc rem loca diligenter congeſſit cit. *Patuzz.* de futuro impior. ſtatu l. 3. c. 4. & 7. adverſum hodiernos poenae aeternae inficiatores, quorum & reſponſa late convellit.

(*d*) Sub Vigilio P. contra errorem Origen.

(*e*) Act. 18. (*f*) Act. 1.

(*g*) Relato cap. *Firmiter*.

(*h*) Seſſ. 6. cap. 25. & ſeſſ. 14. can. 5.

(*i*) L. 4. c. 67.

(k) De teſtim. animae c. 4.

(*l*) De mortalit. ad Demetrian.

(*m*) In Symbolo.

(*n*) Civ. l. 21. c. 17. & 23. & in enchir. c. 112. & alias.

(*o*) In c. 66. Iſai.

(*p*) In c. 14. Apoc.

(*q*) De fide ad Petr. c. 43.

(*r*) Perplurimos collegit laud. *Patuzz.* l. 3. c. 16.

natim eas conſtituerunt aeternas. Ut puta ex Scriptorib. *Plato* (*s*) *Virgilius* (*t*) *Lucianus* (*u*) *Horat.* (*x*) *Seneca* (*y*) *Stobaeus* (*z*) *Propert.* (*a*) &c. Ex gentibus vero *Hebraei* (*b*) *Graecorum*, *Romanorumque* plerique, *Chaldaei*, *Brachmanes*, *Mahumedani*, *Malabares*, *Indi Americani* (*c*).

418 Favet itidem apertiſſime ratio. Summa etenim in Deum offenſio, qualis eſt culpa lethalis, ſummam pro aequitate poenam ſatisfacienti exigit, quamdiu peccator offenſionem non revocat ex animo; atqui gehennae incolae in Deum offenſionem aeternum non revocant ex animo: ergo poena aeterna, quae ſumma eſt, aequiſſime puniuntur. Momentum hoc, quod & in gravitate culpae lethalis, & in juſtitia vindicante ſummi Numinis, & in aequitate rationis, nullo monente, fundatum perſpicis, mox exponemus & vindicabimus (*d*).

OBJECTIONES.

419 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Infernus gehennalis non eſt ejuſmodi locus ſubterraneus. Nam 1.° ſitus eſt in quadam Hieroſolymorum valle, *Gehennon* dicta, a qua utique nomen gehennae derivatum eſt (*e*). 2.° dubitavit nonnunquam Auguſt. num gehenna quiſpiam locus corporeus ſit (*f*). 3.° ſi ea qualis nobis deſcribitur, ſit, daemones, qui in regione aëris hucuſque degunt, minime cruciantur poena ſenſus gehennali, quae localem expetit in gehenna praeſentiam: quod quis non rideat? 4.° oppoſitum nulla ratione convincitur: immo Scripturae, quibus illud innititur, idonee intelligi poſſunt per metaphoram quoad profunditatem loci, proprie vero quoad locum aliquem determinatum, quod nempe, vel heic vel ibi detineantur reprobi, ſumme ubilibet cruciantur.

420 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: nominis derivatio nihil probat. Quis autem cordate ſibi perſuaſum habeat, in eo ſitam eſſe gehennam loco, ſatis quidem delicioſo, irriguo & cunctis obvio? Fortaſſe quod ibi horrendas perpetrarent idololatrias Hebraei ex 4. *Reg.* 23. gehenna vocitabatur. At hac tamen voce apud Teſtam. novum damnatorum ſedes ſaepius uſurpatur (*g*). Ad 2: haud raro decernit *Auguſt.* gehennam eſſe locum corporeum (*h*). Ad 3: non deeſt omnipotentiae Dei vindicis modus, quo ſaltem poenam illam altera aequali compenſet.

Ut

(*s*) In Phaedone.

(*t*) L. 6. Aeneid. v. 126.

(*u*) In dial. mort. & in dial. Menippi & Chironis.

(*x*) L. 4. od. 7. v. 21.

(*y*) In Hercule furente v. 674. in Hercule Oeteo v. 1523. in Hippolyto v. 218.

(*z*) In tr. de amentia.

(*a*) L. 4. eleg. 12.

(*b*) Ex ſententia plurium Rabbinorum, quos adferunt *Bartolocc.* in bibl. rabb. t. 2. diſſ. de inferno & *VVindet.* de vita funct. ſtatu ſect. 9.

(*c*) Gentium iſtarum ſenſa literis mandarunt *VVindetus* proxime cit. *Claſenius* in theol. gentili l. 1. c. 16. §. 5. *Huet.* in concord. l. 2. c. 24. quos fere omnes una cum paucis aliis defloravit cit. *Patuzzi* l. 3. c. 18.

(*d*) Confer interea *S. Th.* in ſupplem. q. 99. a. 1.

(*e*) Ap. *Iſidor.* etym. l. 14. c. 9. §. penult.

(*f*) E. c. de gen. ad lit. l. 12. cc. 32. 33. 34.

(*g*) De hac voce plura *Bartolocc.* cit. t. 2. a p. 124.

(*h*) E. c. de Trin. l. 4. c. 13. de civ. c. 9. l. 12. de Gen. ad lit. l. 12. c. 34.

Ut mittam ceu antiquatam plurium veterum PP. ſententiam, contendentem, daemones nihil poenae ſubituros ad uſque diem noviſſimum (*i*). Ad 4: maxime conſonum rationi eſt, ut Scripturas, quae inſtitutionem divinam indicant, adcipiamus in ſenſu proprio ſecundum vulgatiſſimam Patrum, totiuſque Eccleſiae docentis commentationem, a qua nempe vel latum unguem recedere piaculum ducimus (*k*). Plura pro commento ſuo Svvindenius argutatur, quae tamen operoſe convellit *Patuzz.* (*l*).

421 Obj. *ſecundo* contra IV. Adſ. Hoc repugnat ſacris literis. Nam 1.° Deus homines deducit ad inferos & reducit ex 1. Reg. 2. 6: ac Job 13. 2. 2.° non in perpetuum iraſcetur Deus ex Pſ. 102. 9. nec in miſeriis ſubſiſtent impii, in ignem projecti ex Pſ. 139. 11. 3.° Chriſtum Deus ſuſcitavit ſolutis doloribus inferni ex Act. 2. 24. hoc eſt impiis ab gehenna liberatis. 4.° ſaepenumero in ſacro codice voces *in aeternum*, *in ſempiternum*, *in ſeculum ſeculi* & conſimiles aeternitatem proprie non denotant, ſed quamdam diuturnitatem temporariam, e. g. Geneſ. 13. 15. & 17. 8. & 13. & 1. Reg. 1. 22. 5.° ſecundum menſuram delicti erit & plagarum modus ex Deuter. 25. 2. at culpa temporaria eſt: ergo & poena.

422 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: verba haec metaphorica ſonant, Deum permittere ſaepius aerumnis hominem ferme obrui, quem deinceps miſericorditer ſublevat. Ad 2: haec loca reſpiciunt calamitates in hoc ſeculo, a Domino inflictas aut permiſſas, quae quidem omnes temporariae ſunt. Ad 3: hoc deſignatur Chriſtum ſolviſſe animos degentes in Limbo Patrum a poena damni, quam perferebant. Indicat *Auguſtin.* (*m*) cui plerique ſubſcribunt. Ad 4: verba, quae feruntur in rem temporariam, aeternitatem propriam praeſeferre nequeunt. Quod autem verba nobis pro dogmate adlata propriam in altero ſeculo aeternitatem exhibeant, conſtans eſt Traditio Patrum, quae fidei regula certa eſt. Ad 5. *D. Mi.* temporaria eſt ratione culpae, *C.* quia ferme momento praeterit; ratione reatus, *N.* hic enim donec culpa revocetur, perennat. Et *N. Con.* (*n*).

423 Obj. *tertio*. Adſertum repugnat adtributis Dei, ſecundum claras notiones nobis de ipſis ab Authore naturae ingenitas. Nam 1.° repugnat Dei bonitati, ſapientiae ac providentiae, ad quas pertinet creaturas mentis compotes ad eum tandem aliquando finem perducere, ad quem conditae ſunt, puta beatitatem aeternam; alias nempe & Deus & creaturae fine intento fruſtrarentur. 2.° repugnat Dei clementiae ac miſericordiae, quae dum crimini poenas infligit, emendationem nocentis intendere debet, non ipſam punitionem. 3.° repu-

(*i*) Eos Patres recenſet *Petav.* l. 3. de Angel. c. 4. noſque plures *ſupra* p. 383. ſq.

(*k*) Conf. *Suar.* de Angel. l. 8. c. 16. *Leſſ.* de perf. div. l. 13. c. 24. *Rhod.* de Angel. d. 2. q. 3. ſ. 1. §. 1. *Laurae.* d. 13. ar. 1. 2. *Siur.* tr. 18. c. 2. *Gotti* q. 7. dub. 1. §. 3.

(*l*) Conſulendus in cit. diſs. de ſede inferni in terris quaerenda c. 6. ſqq. par. 1.

(*m*) Epiſt. 99. ad Evod. & l. 12. de Gen. ad lit. c. 33.

(*n*) Conferendus oppido cit. *Siur.* tr. 22. c. 3. 4.

pugnat Dei aequitati & juſtitiae, quae dum noxae temporariae poenam aeternam infert, aequalitatem inter ſupplicium & culpam non ſervat. Haec nuperi Origeniſtae, quae jamdiu ſapientes orthodoxi confutarant cum *Auguſt.* (*o*) & *Th.* (*p*).

424 R. *N. Adſ.* Porro haec ſuppliciorum aeternitas unum eſt ex myſteriis fidei maxime difficilibus creditu menti noſtrae, quod recte monuit *Leſſi.* (*q*). Quocirca mens humana cognitioni ſuae imbecillae relicta, eam potius debet demiſſe ſuſpicere ac revereri, quam ſuperbe rejicere, eſto nequeat illam cum nativis ideis & notionibus de attributis divinis conciliare: ceteroqui nullo pariter negotio reliqua fidei myſteria captu difficilia peſſum dabit. Quin immo aeternitas eadem non adeo rationem omnem ſuperare viſa eſt, ut plures gentes etiam immanitate barbarae, quas mox indicavimus, ipſam non intellexerint & adoptarint.

425 Ad 1. prob. *N. A.* Non repugnat Deo providenti finem aliquem particularem ſerio, at non efficaciter intentum non adſequi; nec item creaturae fine ſuo fruſtrari ob pravum ſuae libertatis uſum. Huic nempe cum impoenitentia finali conjuncto poenas aeternas jure infligere potuit Proviſor ſummus, quippe cui placuit praeſtituere creaturae finem aut beatitatem omnino dependenter ab uſu honeſto liberi arbitrii (*r*). Ad 2. *N. A.* Non eſt de ratione poenae ut ad correctionem fontis inferatur, quod patet eorum exemplo, qui paſſim ab humano judice morte plectuntur. Sane Deus clementem ſe ſe oſtendit erga reprobos, quos utique citra condignum punit. Nolit, eſto, exſercere Deus in damnatos clementiam, ſed juſtitiam vindicem: quid tum vero? Idem Dominus ſic Moſem adloquens proteſtatus eſt *Exod.* 33. 19. *miſerebor cui voluero & clemens ero in quem mihi placuerit*, quod & Paullo de myſterio praedeſtinationis differenti, ut rem conficeret, adlegare lubuit ad *Rom.* 9. 15. (*s*) Ad 3. *N. A.* ex mox adſertis, ac fuſius ſtatim adſerendis (*t*).

Iis denique ſolide, pro noſtro modulo, ſtabilitis ſubcedat protinus pro ſancto dogmate argumentum e penu vetuſtatis depromtum.

(*o*) Civ. l. 20. c. 11.
(*p*) In ſuppl. q. 99. a. 1. & alias.
(*q*) De div. perfect. l. 13. c. 25. n. 163.
(*r*) Recole dicta *ſuperius* Tom. II. ubi de Prov. Dei p. 290. ſq.
(*s*) Conf. *Th.* 1. 2. q. 87. a. 3.
(*t*) Conſuli poſſunt *Petav.* dogm. theol. l. 3. de Angel. c. 6. ſqq. *Simonnet* tr. 5. de peccat. d. 4. ar. 3. *Gervaſius* l. 3. de peccat. poen. c. 5. ſqq. Clariſſ. *Muszka* l. etiam 3. de peccat. poen. a n. 21. *Tournel.* de Angel. q. 11. art. 4. & cit. *Patuzz.* qui poſt alios haec argumenta pluribus explicat, & confodit l. 3. c. 20. ſqq.

CLASSIS IX.

MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro Inferno gehennali.

E R E L A P I D A R I A.

1 . . . . . .

CVM IVDA PARTEM HABEAT
SI QVIS SEPVLCRVM HVNC
VIOLAVERIT

Romae, ut supra in hoc Tom. IV. ubi de Resurrectione Class. IV. n. 2. p. 289.

Tó CVM IVDA PARTEM HABEAT idem profecto sonat, ac *Judae socius aeternum pereat in gehenna*. Maledictum plane gravissimum, quod in christianis medii aevi Lapidibus, aliisque monumentis jamjam producendis haud raro occurrit.

2 ✠ HIC REQVIESSCIT . . . . .
. . . . . SI QVIS
AVTE VIOLARE : P : SVPSERIT : A PATRE ET FILIO ET SPS
SCI ANATHEMATE I ꝑꝑ * DANATVS EXISTAT * *in perpetuum.*

Romae, ut supra in Tom. II. Class. XI. n. 5. p. 374.

3 ✠ LEO EPS SERVVS SERVORV DEI.
. . . . . .
. . . . . QVICVQ. . . . . .
. . . . TOLLERE PRESVMPSERIT. &c.
. . . . . ET SI NON
RESIPVERIT. AVCTORITATE CAELORV
PRINCIPV IN INFERNO DAPNETVR.
FIAT. FIAT. FIAT.

Extra Urbem in S. Paulli in via Ostiensi, in dextera columna majoris arcus. Exscripsi.

Idem e Marmore Anathema recitarunt integrum *Margarin.* in Inscr. S. Paull. p. XXVIII. n. 384. & *Murat.* p. 1901. 5. sed omnibus tamen fidelius & adcuratius saepe laudat. *Gallettus* in tom. 1. Clas. 1. n. 20. p. XVII. quocum praeterea aetatem Marmoris jure referendam arbitramur ad an. Ch. 795. quo Leo P. III. in Pontificia Cathedra sedebat, & anathema in sacrilegos contorsit.

Habes etiam in eodem Marmore sacrum cultum templi, altaris, donorum & oblationum Sancto Apostolo Paullo tributum.

Lege,

Ad pag. 451.

+IN NOMINE PA
TRIS ET FILII ET
SPV SCI IN NE DNI
NRI IN S XPI AOT
ANNO TRICESIMO
OCTABO INDIC VI
TEPORIB VS DOMNI
BENEDICTO SVMI PON
TIFICI REGNANE CO
NO PIISSIMO IMPERRO
MANORV FVIT QDA
VIR VENERABILIS DNI CO
ARCHIPBRI IN CASTRO
VASSANELLO INEGRITV
DINE CECIDIT HII KL
APRL ABSOLVTA EST
ANIMA EI A CORPORE P.
ID APRT CVI CORP POSIT
EIN SARTAPNAGO NOVO AN
E ECCLA SALVATOR DNI NR
IH V XPI ET BEATE INTEME
RATE VIR MAR MATRIS
EI ET BEATO MICHAEL AR
CHANGIT Q REPSENTE ANI
MA EI ANE CSPECTV DNI
ET BEATI IONIS BAPP CVRSOR
D Q SVBVENIAT EI ANTE
TRIBVNAL ETERNI IVDICI
ET BEATO PETRO APLO EI
CLAVIERO Q APERVIT

IANVA REGNI C
ESTIS DEPCOR VOS
IN AHC SACRA SCA
ECCLA GRATDITIS VT
POSTVLETIS PEVENI
VNP MITTAT EVOHS
IRE IN TENEBRAS ESTE
RIORES NEO MANV
ESTRAEHEA CAHTII
7LLV ET N SITHEMER
VSIHEXI ORATRA
ANGLIS IHCELO
EVATVS ET C I
ABRAE SIT COL
LOCATVS ET NON
SIT SOCIAT CVPECC
TORI . C7 SIT COM
IVNC SCVEIS C
PO HL LVTIONEM
CARNL BEATO
REQ EP SIDE
ET EXPECTAT MA
GNO GAVMO AGI
QD C GAVDENT
CHORIS QVANDO
CEPTO CORPORE D.
NIANT EXTAREANT
ANE A CIE

PALMVS ROMANVS APXITEKTO
NIKHE.



4

Lege, emenda, ſupple.

1 ✠ IN . NOMINE . PA
2 TRIS . ET . FILI*i* . ET
3 SPIRITVS . SANCTI . IN . NOMINE . DOMINI
4 NOSTRI . IESVCHRISTI . A. ω.
5 ANNO . *milleſimo* . TRICESIMO
6 OCTA*V*O . INDICTIONE . VI
7 TEMPORIBVS . DOMNI
8 BENEDICT*i* . *in* . SVMMI . PON
9 TIFICIS . REGNANTE . CO
10 N*r*AD*o* . II . PIISSIMO . IMPERATORE . RO
11 MANORVM . FVIT . QVIDAM
12 VIR . VENERABILIS . DOMINIC*us*
13 ARCHIPRESBYTER . IN . CASTRO
14 VASSANELLO . IN . *a*EGRITV
15 DINEM . CECIDIT . IIII . KALENDAS
16 APRILIS . ABSOLVTA . EST
17 ANIMA . EIVS . A CORPORE . PRIDIE
18 IDVS . APRILIS . CVIVS . CORPVS . POSITVM
19 EST . IN . SARCOPHAGO . NOVO . AN
20 TE.ECCLESIA*m*.SALVATORIS.DOMINI.NOSTRI
21 IESVCHRISTI . ET . BEAT*ae* . INTEME
22 RAT*ae* . VIRGINIS . MARIAE . MATRIS
23 EIVS . ET . BEATI . MICHAEL*is* . AR
24 CHANGELI . QVI . REPRAESENTET . ANI
25 MA*m* . EIVS . ANTE . CONSPECTV*m* . DOMINI
26 ET.BEATI.IOANNIS.BAPTISTAE.PRAECVRSORIS
27 DOMINI . QVI . SVBVENIAT . EI . ANTE
28 TRIBVNAL . *a*ETERNI . IVDICIS
29 ET . BEATI . PETRI . APOSTOLI . EIVS
30 CLAVIGERI . QVI . APERI*at* . *ei*
IANVA*m* . REGNI . *coe* 31
*l*ESTIS . DEPRECOR . VOS . *qui* 32
in . HANC . SACROSANCTA*m* 33
ECCLESIA*m* . *ingredimini* . VT 34
POSTVLETIS . PRO . EO . VENI*am* 35
V*t* . NON . PERMITTAT . EV*m* . DOMINVS 36
IRE . IN . TENEBRAS . EXTE 37
RIORES . NEC . MANE*re* 38
EXTRA . *Ecclesiam* . CAT*holicam* 39
ILLVM . ET . NON . SIT . *d*EMER 40
*s*VS . IN . EX*teriori* . *ba*RATRO 41
sed . *sit* . *ab* . ANGELIS . IN . COEL*um* 42
*subl*EVATVS . ET . *cum* . *f*.*li* 43
is . ABRA*ha*E . SIT . COL 44
LOC*a*TVS . ET . NON 45
SIT . *ad*SOCIATVS . CV*m* . PECC*a* 46
TORI*bus* . *nec* . SIT . CO*n* 47
IVNC*tus* . CVM . EIS . *sed* 48
POST . HVIVS . *abs*OLVTIONEM 49
CARN*is* . BEATO*rum* 50
REQVIE*m* . POSSIDE*at* 51
ET . EXPECTAT . MA 52
GNO . GAV*dio* . *vitam* . AGE*re* . *cum* . *illis* 53
QVI . CONGAVDE*bunt* . *in* . *sanctorum* 54
CHORIS . QVANDO . *re* 55
CEPTO . CORPORE . D*eve* 56
NIANT . ET . APPAREANT 57
ANTE . *f*ACIE*m* . *domini* 58

Baſſanelli apud agrum Hortanum, in muro exteriori templi parochialis S. Salvatoris. Tradidit apographum D. Hermenegildus Coſtanzi Baſſanellianus, teſtatus ſe Marmor perdiligenter obſervatum admotis ſcalis adcuratiſsime prout jacet exſcripſiſſe; ſymbolam operoſe conferente D. Felice Fabiani, Baſſanelli Archipresbytero.

En tibi in Saxo literato, quod ex ſchedis mihi traditis fideliter exeudendum curavi in adjecto folio, monimentum ſub ſtilo quidem humili, inconcinno, immo foetulento & barbaro, prout illa aetatis ſuae tempora obicuriſſima ferebant; alias tamen in rem noſtram oppido inſigne, permultiſque nominibus commendandum.

IN NOMINE PATRIS. Hoc idem piiſſimum exordium praeferunt Tituli *Dominici* Ravennatis, *Anſelberti* Vercellenſis, ac ferme *Euſebii* Romani, quos *ſupra* deſcripſimus in Tom. II. p. 373. ſqq: tum antiqua Virorum illuſtrium Placita, ut puta *S. Remigii* Epiſc. Remenſis, *Dagoberti* Francorum Regis, *Egfridi* Regis Northumbrorum, aliorumque plurium, quae eodem loci recitavimus p. 377. ſqq.

Hac itaque formula, veterum exempla aemulatus, documentum eximie dogmaticum conſulto exorſus eſt ejus Author. In eo quippe praeter illud, quod in praeſentia exponimus dogma de inferno gehennali, quod habes in linea 36. ſqq., complura e praecipuis ſacroſanctae religionis perſpicimus; immo mirabilem quandam ſummam eorum, ferme omnium, quae toto hoc Volumine adſerenda & illuſtranda ſuſcepimus. Haec ſiquidem ibi elucent ſancta dogmata. Dei Trinitas in linea 1. ſqq. Perſona Chriſti Salvatoris lin. 3. ſq. & 20. ſq. Aeternitas Dei l. 28 ſq. Deus principium & finis creatorum l. 4. Mariae Virginitas, divina Maternitas, intemerata puritas l. 21. ſqq. Sanctorum interceſſio l. 23. ſqq. Exſiſtentia Angelorum l. 42. Ordo Sacerdotalis l. 13. Empyreum l. 31. ſq. 42. 50. ſq. Judicium privatum l. 27. ſq. Judicium denique univerſale una cum Reſurrectione communi l. 55. ſqq Quid autem in praeclariſſimam tot, tantorumque dogmatum confirmationem hoc Marmore illuſtrius videris, aut effingere poſſis in diſciplina ſacro-lapidaria?

ANNO *milleſimo* TRICESIMO OCTAVO. Huic anno conſignatur aetas Marmoris; qui nempe fuit VI. Benedicti P. IX. ac XII. Conradi II. Imp. in Occidente ſub Indictione VI., quod ediſcere licet e Chronologicis adcuratioribus cum *Pag.* ſeniore ad eum an. Heinc vero aperte colligas, deficere in autographo notam anni milleſimi, vel oſcitantia marmorarii, vel quod author Epigraphes eum annum ſatis indicatum fortaſſe putaret ex quo notas reliquas chronologicas cum anno milleſimo neceſſario connexas deſcriberet.

VIR VENERABILIS. Jamdiu eodem titulo pleraeque perſonarum claſſes, aut dignitate, aut ſtatu, aut meritis conſpicuarum honoris ergo exornari conſueverunt. Eo quippe decoratos videas & Epiſcopos ap. *Auguſt.* in collat. 1. carth. c. 40. 62. alias, & Reges Francorum ap. *Mabill.* de re dipl. l. 2. c. 6. n. 8. edit. 1. & Monachos ap. *Audoënum* in vita S. Eligii l. 1. c. 10. ſub fin. in ſpicil. Dacher. t. 5. Ubi opportune monemus rejiciendam illam de Venerabili Beda fabellam a *Macris* Fratr. adoptatam in Hierolex. art. *Venerabilis*; quod nempe titulus hic honorarius ei propterea vulgo adſcribatur, quoniam illi coeco jam & per injuriam decepto, concionanti, concludentique *per omnia ſecula ſeculorum*, reſonarint ſaxa, nullo homine ad concionem praeſen-

ſente, *amen Venerabilis Pater*. Sed has tamen, aliaſque ſimiles nugas ignorarunt adeuratiores S. Bedae biographi; nec niſi a magna reverentia, quam ſibi & ſuperſtiti & vita functo tanti Doctoris ſanctimonia, doctrina, ſcriptaque adſciverunt, ejus tituli adtributio repetenda eſt, ſi plures audias ap. & cum *Mabill.* in Act. SS. O. B. Sec. III. par. 1. in elog. hiſt. Bedae n. 24. p. 553. ſq. & in annal. O. B. l. 21. n. 29.

Noſtra deinceps aetate Summi Pontifices honoris cauſſa Cardinales adpellitant *Venerabiles* fratres; tum Romae ii duntaxat ex Servis Dei jure *Venerabiles* audiunt, quorum beatificationis cauſſa in rituum Congregatione rite introducta ſit; ipſum denique auguſtiſſimum Euchariſtiae Sacramentum ſimpliciter atque antonomaſtice *Venerabile* nuncupatur. Tantus profecto huic titulo, ex veteri, recentiorique hominum placito illatus honor! Placuit ergo, me judice, Authori Epigraphes ejuſmodi honorario titulo commendare Heroem ſuum vel ob dignitatem ejus eccleſiaſticam, vel ob illuſtria probitatis aut doctrinae merita, quae nos latent.

DOMINICVS. Veriſimili ex conjectura Viro noſtro Venerabili hoc nomen fuit, & ipſum quidem chriſtianum, latinumque. Ac perraros inſuper cognomines nactum eo antiquiores; quod profecto ſatis exploratum eſt quibuſque adprime peritis documentorum veterum, cujuſque generis, quae res & perſonas priorum decem Seculorum Eccleſiae repraeſentant. Ut enim cetera mittam, ne infinitus ſim, principio apud Annales Baronianos unum reperias Dominicum Martyrem Hiſpanum, a Saracenis occiſſum an. 975. (ad eum an. n. 6. ex Moraleſio) & alterum Sorae Abbatem vita functum 1031. (ad ipſum an. n. 2.) quo quidem & Martyrologium Romanum vetuſtiorem adtulit nullum, at hunc tamen noſtro antiquiorem abſque ulla haeſitatione quis dixerit? Deinde apud Interpretes omnes rei Lapidariae ſacrae praeter binos vel tres Dominicos alium fortaſſe non reperias, qui ante an. MXXXVIII. ultimum clauſerit diem. Poſtremo ſi ad acta Bollandiana SS. a primo die Januarii ad uſque ſeptimum Octobris percurrenda te conferas, in tanta Sanctorum copia ii porro numerantur Dominici noſtro vetuſtiores, Oſſorienſis in Hibernia e Seculo VI. ad d. 13. Febr. p. 673. Dominicus Adtrebatenſis Epiſcopus de an. circ. 554. ad d. 6. Febr. in praetermiſſis, Dominicus Eremita Martyr incertus & ex aetate incerta, ad d. 21. Jun. p. 93. Neque unus alius, ni fallor. Fortaſſis itaque in reverentiam & pietatem erga aliquem ex iis Dominicis noſtro nomen obvenit, quemadmodum ſerius Sancto Praedicatorum Inſtitutori a S. Dominico Abbate Exſilienſi, vulgo *de Silos*, nomen inpoſitum eſt, authore *Nicol. Janſſenio* in ejus vita l. 1. c. 1. Niſi forte ex obſequio in Chriſtum *Dominum*, aut alia ex ratione ignota illud ortum duxerit.

Ecce tamen, ubi nomen Dominici noſtri adnotamus, uberrimus hiſce paginis aperitur campus eruditionis cum ſacrae, tum profanae circa inpoſitiones, mutationeſque nominum. Praeſtat vero ejuſmodi quaeſtiones ad tractatum de baptiſmo tanquam in ſedem propriam revoca-

vocare, & hoc loci reliquas noſtri Lapidis interpretationes perſequi. Conferri interim hanc in rem poterunt *Vicecom.* de antiq. baptiſmi rit. l. 2. c. 12. ſqq. *Marten.* de antiq. Eccl. rit. l. 1. c. 1. ar. 10. *Faſſinius* O. P. in diſſ. de veterum quorundam chriſtianor. propriis, ſelectiſque nominibus, edit. Venet. 1772.

ARCHIPRESBYTER. Dignitas una cum nomine Archipresbyteri jam a primis inde temporibus inſtituta videtur. Quippe de ea, ſeu de Archipresbyteris loquentes audire licet *C. Carthagin.* IV. c. 17. *Hieron.* epiſt. 125. alias 4. ad Ruſtic. monach. *Socrat.* l. 6. hiſt. c. 9. *Sozom.* l. 8. c. 12. *Liberat.* in breviar. c. 14. *C. Turonen.* II. ſub an. 567. can. 7. *C. Emeritenſe* de an. 666. can. 10. Protopapae ſeu Protopresbyteri vocantur Graecis, & ſub alio quidem ſenſu, quam Latinis, Authore *Morino* de ſacr. ordinat. par. 3. exſerc. 16. c. 2. §. 6. Porro haec dignitas quantum ad officia, munia, jurisdictionem alia fuit prioribus ſeculis, alia poſterioribus; tum diverſa apud Graecos & Latinos; quin etiam inter Latinos multiplex & varia ſubceſſu temporum, ſecundum cujuſque Eccleſiae inſtituta, mores, ritus, privilegia; quod certis documentis illuſtrant plurimi cum *Morino* cit. *Cang.* in Gloſſar. ubi de Archipr. *Bingham.* de orig. eccl. l. 2. c. 19. §. 17. *Thomaſſ.* de eccl. diſcipl. par. 1. l. 2. c. 3. ſqq.

Ex iis autem, ut reliqua praeteream, liquido conſtat, Archipreſbyteros apud Eccleſias Latinorum, cum temporibus remotis, tum recentioribus, plerumque in duplici fuiſſe dignitate ac nomine differentia; nempe & urbanos, aut civitatenſes, qui in Eccleſiis cathedralibus ordinis aevo ac dignitate Presbyteris aliis anteſtarent (quod quidem nomen ipſum *Archipresbyter* denotare videtur) & rurales, qui extra civitatem in certa parte dioeceſeos Presbyteris aliis, & plebibus praeeſſent, eorumque curam haberent. Ii vero dicti ſunt Decani rurales, nec non Vicarii foranei. Quin etiam iidem Parochi, & Archipresbyteri identidem ſunt ac nuncupantur. Sed haec tamen ad jura minus antiqua, & aevum recentiſſimum ſpectant, quae pluribus illuſtrant hodierni Juris Canonici Interpretes cum *Rouſeau de la Combe* in Juriſpr. Can. ubi de Archipr. & *Schmiero* in Juriſpr. Can. civ. t. 1. l. 1. p. 563. ſq. & alias. Et utinam quiſpiam illuſtraſſet pariter diſciplinam id genus, quae Seculo XI. ineunte apud agrum Hortanum obtinebat! Jam vero ſi praemittamus ut certum, Dominicum noſtrum eo loci, ubi vitam poſuit, Archipresbyterum egiſſe, is ruralibus proculdubio adnumerandus venit. Anne quoque tum Parochus, aut ſupra Parochum, aut certa praeditus jurisdictione? ſumma documentorum inopia rem vel ne leviter quidem hariolari ſinit.

IN CASTRO VASSANELLO. Quod tum Caſtrum aut arx munita & praeſidium, quemadmodum e compluribus veſtigiis hodieque exſtantibus aperte colligas, modo Baſſanellum Oppidum cum duplici Parochia eſt, hac nempe S. Salvatoris, & altera S. Mariae, dioeceſeos Hortanae in Patrimonio S. Petri, quarto circiter ab Urbe Horta milliario. Magnopere commendatur hoc Oppidum a beatiſſimo Lanno, perſequutionis

Dio-

Diocletianeae Martyre in ejus territorio, cujus & ſacris Lypſanis & peculiari protectione merito exſultat, pieque gloriatur. Plura de Sancto *Ferrarius* in annal. SS. Ital. & *Bollandiani* ad d. 5. Maii ejus ſollemnitati ſacrum, *Boldett.* in obſervat. p. 697. ſqq. & alias, *Fontanin.* de antiq. Hortae l. 1. c. 6. §. 1.

Heic tamen opportune, obiterque obſervandum, quod *Mamachius* l. de antiq. Epiſcop. Hortani c. 3. §. 2. Lannum Martyrem Hortae Epiſcopum proclamavit, & uno quidem innixus Lapide lateritio, qui ſub an. 1628. 25. Mart. in aperto Sancti ſepulcro inventus, paſſionem Martyris referebat, hiſce ſiglis epigraphe interjectis E. P. S. Ceterum, praeterquam quod hunc Epiſcopatum & univerſa ignoravit antiquitas, & ſcriptores recentiores ad unum omnes neſcierunt, & chartae Hortani Epiſcopii cum veteres, tum juniores ſiluerunt penitus, illud praemaxime opinionem nuperam explodere videtur, quod reperta Lanni oſſa, hodieque prorſus integra & incorrupta (ita rem nobis ſancte adfirmante oculato teſte) menſuram exiguam juvenis parvae molis, puta quindennis, non excedunt. Cetera nos de Sancto, eodemque Lapide in autographo Tomi VI. ſub titulo de virtute Fortitudinis, ubi de Martyrio.

Sunt praeterea qui Baſſanellum commendatum velint a lacu illo famigeratiſſimo *Vadimone*, cujus naturam portento ſimilem teſtis oculatus effuſis laudibus percelebrat *Plin. Secundus* epiſtolar. l. 8. ep. 20. ad Gallum, & quem memorandum fecerunt bellorum eventus, quibus apud eum luſit Romanorum fortuna: contendentes utique, lacum intra terminos Oppidi ſitum eſſe. Ita quidem *Leand. Albertus* in deſcript. Italiae a p. 72. edit. Venet. 1568. & *Holſten.* in adnot. ad Ortelium art. *Vadimonis* lacus. p. m. 201. *Coronellius* in bibl. univ. t. 5. n. 1683. p. 555. Contra tamen jacere lacum in agro Baſſani cenſuit *Maſſa Galleſius* de orig. & reb. Faliſcor. a p. m. 12; ad Montem Roſulum *Blondus* in ſua Etruria ſub fin. p. m. 312; in Campis Viterbii *Volaterranus* in Geogr. l. 5. col. 240. cui, *Fabricio* praeeunte, nuperrime adceſſit *Felician. Buſſi* in hiſt. Viterbii par. 1. l. 1. §. 7. ubi rem ſuam fuſe, ardenterque promovet. Quid tum vero? Quaeſtionem ſatis implexam alii, quibus eſt otium, enodent, atque definiant.

IIII. KALENDAS APRILES. Occurrunt perfrequenter Kalendae, Nonae, Idus apud Saxa ſepulcralia vetera & medii aevi Chriſtianorum, quibus ſepultorum dies emortuales adſignantur; quemadmodum apud priſca & juniora Calendaria, Martyrologia, & Sacramentaria denotandis teſtis Sanctorum ſollemnitatibus. Anne etiam hujuſce generis adſignatio dierum emortualium in uſu fuerit apud Lapides ſepulcrales Paganorum? Dubitaſſe olim video eruditiſſimos Viros, ut puta *Mabillon.* epiſt. de cultu SS. ignotor. §. 6. p. m. 25. *Carol. Cau. Malvaſia* in Marm. Felſineis ſect. 9. c. 5. p. m. 569. §. *Secundo*. & *Fontanin.* ad Inſcript. S. Columbae in comment. ejuſdem Sanctae. Contrarium tamen extra omnem dubitationis aleam poſitum evincunt iidem profani

fani Lapides ejuſmodi notis ſaepenumero inſigniti apud eorum Collectores *Smetium*, *Lipſ. Gruter. Murat.* cet. Ex eis plurimos diligentiſſime congeſſit noſter *Lapius* in epit. S. Sev. §. 11. a p. 77. Adde. Quin immo haud imprudenter ſuſpicari quis poſſit, ritum hunc apud Saxa ethnica valde priſcum, ex iis in chriſtiana irrepſiſſe.

POSITVM EST IN SARCOPHAGO NOVO. Videlicet in tumulo, ſepulcro, aut loculo, quem fortaſſe Dominicus noſter quum in vivis eſſet ſibi exſtruendum curaverat. Porro Σαρκοφάγος a σαρκοφαξία, quod ap. *Suid.* eſum carnium ſonat, proprie urna ſepulcralis eſt, ex lapide Aſſo (quod in Aſſia Troadis, vel Myſiae regione, nempe circa Aſſum urbem fiſſili vena ſcinderetur) ut plurimum facta, cui natura eſt corpora cito abſumere; in quam nempe Graeci inferebant quae non cremabant defunctorum corpora. Lapidem ipſum Aſſum vocat *Sarcophagum Plin.* hiſt. nat. l. 2. c. 98. & l. 36. c. 27. heicque ſubdit „corpora defunctorum „ condita in eo abſumi conſtat intra XL. diem, exceptis dentibus „. De tumulo id genus verba fecerunt plurimi cum cit. *Plin.* ejuſque Interprete *Harduino* in ea loca, *Theophraſt.* l. de igne, *Gutber.* de jure Man. l. 2. c. 20. *Juven.* ſat. 10. ver. 171. *Girald.* de var. ſepel. rit. c. 9. cum notis Faës, *Kirckman.* de funer. Rom. l. 3. c. 10. p. 401. *Hoffman.* & *Pitiſco* in lexicis art. *Sarcophagus*, quibus addito Lapides ſepulcrales ap. *Gruter.* p. 399. 4. & p. 689. 8. tum alium ap. *Fabret.* p. 160. n. 289.

Jam vero perdiu apud Latinos mos obtinuit, ut ſarcophagi ſub nomine arcam, vel urnam quamlibet, defuncti cujuſpiam corpus occludentem rite uſurpemus cum *Anaſtaſ.* bibl. in Silveſtro, ſect. 44. editionis Blanchinianae, poſt *Iſidor.* l. 8. orig. c. 1; at minime tamen coemeterium, ſepulcretum, conditorium, aut quid ſimile deſignans domum ſubterraneam, aut locum diverſa mortuorum lipſana heinc inde diſperſa cuſtodientem; uti contra vulgatiſſimam ſarcophagi adceptionem minus adpoſite loquutus edocebat *Boldet.* in obſerv. l. 2. c. 19. p. 586.: eſto ſiquidem eadem Sarcophagi vox aliis notionibus apud Scriptores eccleſiaſticos interdum donetur ex cit. *Hoffman.* & *Cang.* in gloſſar. art. *Sarcophagus*; nuſpiam vero, quod ſciam, notione coemeterii donatam repereris.

Ex iis autem Saxi verbis vehementer ſuſpicari quis auſit, illud ſimpliciter ſepulcrale non eſſe, videlicet ſarcophago eidem, qui Dominicum conditum exciperet, inſcriptum; immo potius monimentum alterius generis, quod in obſequium & memoriam Venerabilis Viri quiſpiam amicus, pius vir, & formularum eccleſiaſticarum peritus, huic tabulae, a ſarcophago plane diſtinctae, incidendum curaverit. Profecto veteres pro Eclogio, Epitaphio, Elegia, Epigraphe, Inſcriptione ſeu Titulo ſepulcrali non alium videntur uſurpaſſe Titulum, quam qui eidem tumulati ſepulcro aut publice, aut private inſcriberetur. Audi *Tullium* 1. Tuſcul. qq. *quid ſepulcrorum monumenta, quid Eclogia ſignificant, niſi hos etiam futura cogitare?* Nec non *Virgil.* Aen. 7.

. . . . . *Oſſaque nomen*
Heſperia in magna, ſi qua eſt gloria, ſignat.

Tum *Ovid.* 12. metam. .... *Tu-*

.... *Tumulo quoque nomen habenti*
Inferias dederat cum fratribus Hector inanes.

Ac in epiſt. Hypermneſtrae ad Lyncum,

Sculptaque ſunt Titulo noſtra ſepulcra brevi.

Juvenal. itidem ſat. 10.

.... *Titulo res digna ſepulcri.*

Adde *Auſon.* in epitaph. hero. 20.

Nec ſatis eſt Titulum ſaxo incidiſſe ſepulcri.

Item *Suetonium Tranquill.* in Claud. c. 1. ſub fin. *nec contentus* (Auguſtus) *elogium tumulo ejus* (Druſi, Patris Claudii) *verſibus a ſe compoſitis inſculpſiſſe, etiam vitae memoriam proſa oratione compoſuit.* Et *Silium* denique, ut plures mittam, l. 15.

.... *Titulis decorare ſepulcrum.*

Haec illi de Titulis ſepulcralibus, adjectis videlicet tumulatorum ſepulcris. Documenta vero, quae oſtendant, Titulos, quae abeſſent a tumulis olim ſepulcrales reputari, fruſtra quaeras. Idem porro de illis Inſcriptionibus cenſeas, quod de Votis & Donariis ſepulcralibus literatis Paganorum vulgo ferunt *AA.* cum *Thomaſ.* de donar. c. 37. & alias.

Hanc inſuper tituli ſepulcralis notionem noſtratibus de titulis ſepulcralibus differentibus vulgo adceptam eſſe, quis in re lapidaria mediocriter verſatus ambigat? Nec enim ii in ejuſmodi titulorum claſſem alios referunt, quam qui tumulis ſepultorum fuiſſe olim inſcripti dignoſci poſſunt; & quidem vel per expreſſa verba, e. c. *Heic jacet*, *Locus eſt*, *Quieſcit in pace*, *Bene quieſcas*, *Vivas in Deo*, vel per alia id ipſum tacite indicantia, ad ſenſum pleriſque omnibus vulgo receptum, quae apud Collectores paſſim occurrunt.

Quin etiam interdum Pagani veteres non modo defunctorum memoriae Inſcriptiones ſcalptas loculis ſacrabant, ſed & ulteriora rhetorum & poëtarum elogia, quae in frequentia populi ad exſequias convenientis, portae cuipiam ſcripta praefigebant, quae nempe legerentur a praetereuntibus, & deinceps in decus & ornamentum ſepulti evulgarentur. Id enim *Gutherius* de jur. man. l. 1. c. 19. ſuſpicatur indicaſſe *Tullium* ajentem l. 2. de finib. c. 35., ubi de elogiis in honorem defunctorum paſſim inſcriptis loquitur, contra Torquatum, *non elogia monumentorum id ſignificant*, *velut hoc ad portam*, nempe Capenam, *Ald. Manucc.* interprete. Jam ſi Gutheriana haec ſuſpicio mentem adſequatur Tullii, nec is potius loqui intenderit de elogiis, quae inſcalpta eſſent monumentis aut ſepulcris, tum forte ad portam Capenam Urbis exſtantibus, merito exinde colligas Marmor noſtrum hujuſce generis, vel ad illorum normam aut ſimilitudinem elogium exaratum fuiſſe, ad templum, ſeu pro foribus templi adpenſum, memoriae Dominici ſacrum, non autem ejus ſarcophago inſcriptum; atque adeo elogium quidem funebre, ſive epitaphium dicendum, minime vero, ſi proprie & caſtigate loqui amas, ſepulcrale.

ANTE ECCLESIAM. Fortaſſe legendum INTRA, vel ANTE ARAM. Quod

ſi priora, quae apographum adfert verba, genuina ſint, facile ex iis intelligas, ſarcophagum in coemeterio aliquo, tum ante faciem eccleſiae Salvatoris fortaſſe conditum, eſſe repoſitum. Si tamen haec conjectura verum adtigerit, minime exinde colligas, Dominicum in coemeterium illud illatum eſſe ob priſcas leges, forte tunc temporis apud dioeceſim Hortanam obtinentes, de non humandis intra eccleſiam mortuis, quemadmodum ſub eodem Seculo vigebant in Anglia ex can. 9. *Conc. Wintonienſis*, Praeſide Lanfranco coacti ad an. 1076. (ex *Wilkinſio* in CC. magn. Britan. ad eum an.) praeſcribente utique generatim *ut in eccleſiis corpora defunctorum non ſepeliantur*. Ceterum quod Seculo XI. ineunte ad an. 1038. quo Dominicus poſtremum diem clauſit, mos perantiquus humandi mortuos in ſacris baſilicis, praeſertim apud Italos obtineret, nullus credo ambigere poſſit, qui pro more contrario, ceu lege aliqua inducto, documentum non adferat, quod quidem mihi inſpicere nondum licuit, inter ea prae primis, quae de antiquitat. Hortanis nuperrime tradiderunt, quos mox laudavimus, *Fontan.* & *Mamach.*

Siquidem ex documentis, quae *ſupra* ad Tom. III. p. 72. indicavimus, luce clarius eſt, eum ritum, primaevis Eccleſiae Seculis coeptum, ſubſequutis deinceps temporibus generatim quaquaverſus perduraſſe; eſto alicubi neceſſitate & conditione temporum quodammodo cogente, interruptus ſit, quaſi inſtituta privatim exceptione a regula univerſali, cui porro canonem illum Anglicanum jure adtribuas. Neque vero in materia diſciplinae eccleſiaſticae, quae pro una valent eccleſia ad ceteras quaſque amplificanda ſunt. Quid? quod ut exemplo ferme decretorio utar, Leo P. III. fato functus an. 816. decretum emiſit, decretalibus ſuis a Gregorio P. IX. inſertum l. 3. de ſepult. c. 1. an. circ. 1230. quo unicuique genus quoddam juris hereditarii conceditur jacendi in ſepulturis majorum ſuorum, videlicet (ut facile quiſquam interpretetur) ubicumque majores jaceant, etiam in eccleſiis. Nuſquam et vero reperias, ſub id temporis interſtitium aliqua communi ſeu quaſi municipali lege privilegium illud Leonianum Baſſanelli occumbentibus revocatum eſſe. Dicendum itaque, noſtrum, admiſſo caſu, alia de cauſſa prorſus ignota ſepulturam extra eccleſiam obtinuiſſe.

SALVATORIS. DNI. N. I. XPI. Titulo Salvatoris Domini tum inſignita dici videtur haec eccleſia, quem & uſque modo retinuit, Salvatoris videlicet ſub myſterio glorioſae Transfigurationis in monte Thabor, uti fert popularis traditio. Et de hoc quidem myſterio quum ejus feſtum recurrit ad diem VI. Auguſti, ceu de Titulari officium ſacrum celebratur a Parocho. Porro ſub primaeva ſecula titulos aut nomina templis impoſita ex cauſſis, adjunctiſque variis repetere licet. Sic enim e. c. Hieroſolymorum eccleſia a Macario Epiſc. juſſu Conſtantini exſtructa, ſi qua fides *Valeſio* in ep. de Anaſtaſi ad calcem Euſebii a p. m. 785., anaſtaſis & crux cognominata eſt, quod in loco paſſionis ac reſurrectionis dominicae tum jacuerit: templum quoque Serapidis in ba-

basilicam christianam commutatum ab Arcadio Imp. cognomen adcepisse author est *Sozom.* hist. l. 7. c. 15: magna item urbis Alexandrinae basilica plerumque Caesareum aut templum Caesarum audiebat, quod sita esset in loco, qui primum Caesareum dicebatur, *Athanas.* teste epist. ad solitar: tum in Urbe S. Joannis ecclesia vocatur Laterana eo quod olim Laterani nobilis ethnici, Neronis Imp. gladio truncati palatium fuerit, docente praeter alios *Hieron.* epist. 77. al. 30. n. 4: Carthagine demum, ut complura id genus praeteream, tres ecclesiae a fundatoribus suis, nempe Florentio, Fausto, Leontio nomen indeptae sunt, quod *Sirmond.* enarrat not. in August. serm. 37. a se edit. §. *Basilicam Florentiam*. t. 1. oper. col. 343.

Enim vero frequentius aedes sacrae cognomines erant alicui Sancto, in cujus honorem, nominisve memoriam ipsae essent dicatae, summo Numini, aut etiam mysterio cuipiam Dei, seu Christi Domini, ut puta Ss. Triadi, Jesu nativitati, transfigurationi, passioni, cet. Atque hujusmodi quidem dedicatio exinde ortum habuisse creditur, quod olim ecclesiae iis potissimum locis exstruerentur, in quibus passi essent Martyres, aut Sanctorum quorumcumque corpora requiescerent, et quibus subinde ecclesiae exstructae nomen aut titulum sibi adsciscerent. Quo procul dubio respexit *Prudent.* in Peristeph. hym. 2. alias 5. de S. Vincent. vers. 390. concinens,

Jam nunc & ossa extinxero,
Ne sit sepulcrum funeris,
Quod plebs gregalis excolat,
Titulumque figat Martyris.

Ubi porro *Titulus Martyris* non aliud sonat ac Martyris nomen ecclesiae tributum in memoriam ejusdem Sancti, non secus ac in hym. 6. de pass. Apostol. Petri & Paulli, quum vers. 45. ait,

Parte alia Titulum Paulli via servat Ostiensis.

Peregregie quidem inter alios hanc in rem antiquissimus ille *Author* libri de dogm. christ. c. 40. alias 73. „ Sanctorum, inquit, corpora, & „ praecipue beatorum Martyrum reliquias, ac si Christi membra sinceriſſime honoranda, & basilicas eorum nominibus adpellatas velut „ loca divino cultui mancipata, adfectu piissimo & devotione fidelissima adeundas credimus. Si quis contra hanc sententiam venit, non „ christianus, sed Eunomianus & Vigilantianus creditur „. Haec vero obiter adnotare placuit, quibus retundantur Protestantes hodierni dum nec cultum Sanctorum lipsanis praestitum, nec templa sub Sanctorum nominibus in eorundem honorem seu memoriam adprobari posse contendunt, antiquitate universa contra nitente. Sed iis tamen in pervicacia sua relictis, ad nostrum argumentum redeat calamus.

Exinde itaque quum disciplina Liturgica sequioribus seculis vires ac formam pulcriorem adquireret, mos sacer obtinuit Sanctos, quorum titulis aut nominibus insigniuntur ecclesiae, sollemniori festo celebrandi ceu *Titulares*, ac *Patronos* ecclesiarum, quibus & alii interdum

dum ſubnecti conſueverunt ceu *Patroni ſecundarii*, ac *minus praecipui*. Sed haec tamen materia hujuſmodi rituum non niſi ad recentiſſima ſpectat tempora, iſtorumque Liturgiographos, quam nempe ceteri paullo antiquiores, una cum documentis Liturgicis omnino ſilent.

Anne vero jam tum a Seculo XI. ineunte eccleſia illa Baſſanelli una cum Chriſto Salvatore Titulares ſibi ac Patronos ſecundarios adoptarit B. Virginem & Sanctos Michaëlem, Joannem Baptiſtam, Petrum? Ita porro docere videtur verborum ſubſequentium contextus in Marmore. Putarim et vero ibi potius aliquid ſupplendum, nec aliam fuiſſe Authoris mentem, quam ut Sanctos omnium praecipuos, & erga Deum potentiſſimos in patrocinium Dominici interpellare intenderet.

DEPRECOR VOS. Iis uſque ad finem verbis exorat Author fidelium, hanc Eccleſiam, ubi fortaſſe Dominicus jacebat, frequentantium preces, quae huic ſalutem aeternam, quibuſcumque amotis periculis, ab Judice ſupremo impetrent. Eaſdem pene formulas, breviores tamen ac preſſiores reperias in pleriſque antiquioribus Saxis proprie ſepulcralibus apud Claſſes noſtras ſparſim deſcriptis. Nec aliud quidem in eiſdem Marmoris noſtri formulis dogmaticis commentatione dignum video, quod ex praemiſſa eorundem dogmatum expoſitione nequeas nullo negotio ſubinferre. Quod praeterea ſpectat ſupplementa ferme perpetua ad alteram Saxi columnam heinc inde vehementer effractam, ea plane in re ſubdifficili adjicienda curavimus, quae & literis etiamnum permanentibus, & Epitaphii argumento inſimul innexis commodiora duximus.

Ad extremum vero, ne quid importune diſſimulare videamur, fateor equidem heic ab ea nos diſcedere regula, qua nobis met *ſupra* ad Tom. II. in Praeloquio praeſcripſimus pro epocha univerſali ac perpetua annum Milleſimum, ſub quo, quin ulterius uno vel apice progrediatur aetas monumentorum priſcorum, quibus utimur, contineatur. Sed hanc tamen a regula generali exceptionem aequi bonique conſulet, ſpero, Lector prudens & ſapiens, quippe Titulus noſter, tot nominibus commendandus, hucuſque, quantum ſcio, ineditus eſt, ſub tenebris deliteſcens, ſolis utique Baſſanelli Oppidanis, adveniſque patens, & vel ne quidem ipſis mediocriter cognitus, quum lato nimium intervallo a ſolo diſtet, multaeque alias ſint in effracto Lapide fugientes literae, nec pauciores quidem abraſae penitus injuria temporum.

Decet itaque; immo & Religioni orthodoxae, & Theologiae dogmaticae, & diſciplinae ſacrae Lapidariae plurimum expedit tanti monumenti dignitatem & praeſtantiam hiſce ſaltem ſcriptis noſtris ad poſteros tranſmittendis vindicare.

5 ✠ HAEC TIBI PRAECLARA VIR
GO &c.
. . . . . ET SI QVIS PRE
. . . VMPSE* * *praesumpserit.*
. . . . . SCE. DIAC.** ** *Diaconiae.*
ALIENARE . . . . . :
SIT. . . . . A REGNO DI
ALIENVS . ATQVE CVM DIABVLO
ET OMNIBVS IIMPIIS . AETERN
NO INCENDIO . DEPVTATVS Ꝺ

Romae in porticu S. Mariae Cosmediuianae, ut supra in Tomo III. ad Class. II. p. 75.

6 SVME VALENTINE MARTIR HEC DONA BEATE
QVE TIBI FERT OPIFEX TEVBALDVS CORDE BENIGNO
(*Intorquentur deinde imprecationes in eum, qui ejusmodi dona quoquo modo violaverit, nimirum inter alia*)
SIT . . . CVM DIABOLO ET
OIBVS IMPIIS IVNCTVS. AETERNO INCENDIO EXVRATVR . . .

Ibidem, ut supra pariter in Tomo praecitato p. 76.

Plura, & perdocte quidem de utroque documento Clariss. *Jo. Marius Crescimben.* in hist. ejusdem Basilicae l. 2. c. 8. 9. 10. ad quem proinde, ne actum agamus, Lectorem eruditionis avidum remittere non gravamur.

E RE LITURGICA.

7 *Omnipotens sempiterne Deus, a cujus facie coeli distillant, montes sicut cera liquescunt, terra tremit; cui patent abyssi, quem infernus pavescit, quem omnis irarum motus aspiciens humiliatur . . .*

E LIB. I. SACRAM. ROM. ECCL. IN ORDINE IMPOSITIONIS MANUS SUPER ENERGUMENUM CATECHUMENUM AEGROTANTEM, IN SABBATO PENTECOSTES (ap. laud. *Thomas.* t. 6. p. 92. col. 1.)

To *quem infernus pavescit* & Infernum gehennalem plane ob oculos objicit, & perfidos ejus incolas, Deum Majestatis etiam invitos expaventes; quippe ad ejus conspectum, ex *Jacobi* 2. 19. *daemones credunt & contremiscunt.*

Recensetur heic quidem ordo ad baptizandos Energumenos inter ea, quae baptismum infirmorum spectant. Ii siquidem, si Catechumeni essent, non nisi in extremo vitae discrimine constituti, sacro baptismate initiabantur, ex antiqua quarundam ecclesiarum disciplina. Hoc quippe discimus comparate ad suas distribute ecclesias ex *C. Illiberitano*

tano can. 37. *Araufic.* I. can. 15. *Arelaten.* II. can. 40. *Timotheo* Epiſc. Alexandr. ſub Sec. IV. in reſponſis canonicis, reſp. 2. ap. Bibl. PP. Lugdun. t. 5. p. 1216. col. 2. Tanta olim erat in baptiſmo ſuſcipiendo religio! Videlicet dubium erat apud Patres, num ad baptiſmum ſuſcipiendum admittendi forent Energumeni, ſi maligni ſpiritus poſſeſſione correpti, expertes eſſent rationis. Augebat & illud dubitandi occaſionem; quum nempe per baptiſma Paraclitus Spiritus animam ſubintret, indecens & indecorum videbatur, ut in idem diabolici ſpiritus habitaculum ſanctiſſimus Spiritus illabi quodammodo cogeretur. Obtinuit tamen apud Patres clementiae & aequitatis ratio; placuitque ut Energumeni Catechumenorum albo adſcripti ad baptiſmum adcederent ubi extremo vitae urgerentur periculo. De ſollemni baptiſmatis adminiſtratione duntaxat in Paſchate Reſurrectionis & Pentecoſtes oportunior alias erit ſermo.

8 *Hanc igitur oblationem ... quaeſumus Domine ut placatus accipias, dieſque noſtros in tua pace diſponas, atque ab aeterna damnatione nos eripi & in electorum tuorum jubeas grege numerari ....*

E Sacrament. Gregoriano in oratione Canonis Missae proxime antecedente consecrationem (ap. laud. *Murat.* t. 2. p. 3.)

Haec *tria verba maximae perfectionis plena* S. Gregorius M. *ſuperadjecit in ipſa Miſſarum celebratione*, inquit *V. Beda* in hiſt. eccl. gentis Anglorum l. 2. c. 1. p. m. 43. n. 30. ipſique vulgo adcinunt AA. Liturgici cum *Amalar.* l. 3. c. 23. *Bernon.* de Offic. Miſſ. c. 13. *Microl.* c. 24. *Durand.* in rat. l. 4. c. 39. n. 4. *Bona* rer. lit. l. 2. c. 12. n. 4. quibus praeiverant *Joannes* Diacon. in vita S. Gregorii l. 2. c. 17. & *Anaſtaſ.* in ejuſdem vita. Eaſdem omnino preces adferunt Liturgia graeca ſub nomine S. Petri, Miſſale Francorum &c. Et ipſae quidem ſummam rerum omnium praemaxime expetendarum praeſeferunt.

Quid jam vero de ritu illo, quem hodierna rubrica tit. 8. n. 4. ad eam orationem praeſcribit, quod nempe Sacerdos dum eam recitat, *expandat manus ſimul ſuper oblata, ita ut palmae ſint apertae verſus, ac ſupra calicem & hoſtiam*? Eam antiquiſſimam volunt *Jo. Bapt. Scortia* de Sacrif. Miſſ. l. 4. c. 10. n. 1. & *Manſius* ap. *Lebrun.* heic t. 1. par. 4. art. 5. p. 438., utpote quae originem duxerit ex veteri ritu, puta ab *Exod.* 29. & *Levit.* 1. 3. 4. ubi dicitur, *ponetque manus ſuper caput hoſtiae & adceptabilis erit*. Ceterum ex *Durando*, qui florebat ſub an. 1280., in ration. l. 4. c. 39. n. 1. habemus, *Hanc igitur oblationem ... hoc dicendo Sacerdos in quibuſdam eccleſiis profunde ſe inclinat*; atque hanc ipſam ceremoniam, tanquam ſuis temporibus obtinentem referunt *Albert.* M. ap. & cum *Gabr. Bielio* in expoſit. Canonis Miſſae lect. 33. fol. m. XLIII. verſo col. 1. ſub init., *Microl.* c. 14. *Rodulph. Tungrenſ.* prop. 23.

Quod ſi Rubrica illa in permultis Germaniae, Galliae, Italiae, Ro-

Romae Miſſalibus deſcripta ſit ap. laud. *Lebrun.* nota 2; omnium tamen vetuſtius ex ibidem adlatis Sueſſionenſe eſt, typis editum an. 1481.; ſed & Verdunenſe ejuſdem anni alium ritum habet, inquiens, *inclinans ſe dicat, hanc* &c. Rurſum *Lebrunius* ad p. 439. laudavit pro illa ceremonia *Dionyſ. Carthuſian.* in Levit. c. 1. Sed hic tamen Author in editione, qua utor, Colonienſi de an. 1566. ad p. 586. col. 1. ad τὸ *ponetque manus ſuper caput hoſtiae* nihil plane loquitur de chriſtiano Myſta ſacram liturgiam peragente, uti videtur intelligere Lebrunius, ſed de Sacerdote veteri ad praeſcriptum legis hoſtiam offerente. Quid? quod haud citius inclaruit Carthuſianus quam ſub an. 1460.

Dicendum itaque, nondum conſtare de antiquitate hodiernae noſtrae ceremoniae, quam efferunt Scortia, Manſius & Lebrunius; eſto haec ſequioribus aevis, antiquiore ſublata, inventa & adducta ſit ab Eccleſia ad modum illius, quem produximus, e lege veteri ritus, tanquam valde conſentanei intentioni Eccleſiae, ubi materia in divinam Sacrificii Hoſtiam immutanda paratur proxime. Nova ergo vetuſtiori ſubrogata eſt ceremonia. Quid tum vero? Adiaphora illa eſt, uti & aliae propemodum innumerae; nec ullus bene ſapiens non fatetur, Eccleſiae jus competere de novo inſtituendi, veteribus abrogatis, leges, quas ceremonias aut rubricas adpellamus, prout eidem Eccleſiae divinitus illuſtratae, ſuae dignitati atque utilitati congruum aeſtimatur. Lege *Gavant.* in rubric. in obſerv. praelim. & ſuum illuſtratorem *Merat.* ibid.

Quod demum ſpectat ſignificatum myſticum praelaudatae ceremoniae hodiernae, nae vehementer errant Heterodoxi cum Luthero & Kemnitio ap. cit. *Sfort.* confingentes, ea nos denotare, quod panem, vinumque offerimus, ut fideles ab aeterna damnatione liberentur. Haud enim per eam ceremoniam oblatio jam facta deſignatur apud Catholicos, ſed mox facienda, quamque Sacerdos animo praeſentem habet, uti ſcite obſervavit *Suarez* adverſus eoſdem in 3. p. t. 3. d. 83. ſect. 2. §. *Tertia*. omnino conſulendus. Precari nos his verbis, adcedente manuum expanſarum ceremonia, inquit cit. *Sfort.* ut Deus hanc oblationem panis, vinique adceptet ut materiam ſacrificii futuri, laudatque pro hac ſententia *Proclum* Patr. CP. l. de traditione div. liturgiae; mihi tamen eum librum perlegenti nihil prorſus occurrit, quod Sfortianum adſumtum vel ne innuat quidem. Plura in hanc deprecationem *Benedict.* P. XIV. de Sacrif. Miſſae l. 2. c. 14. *Pouget* in inſtitit. t. 2. par. 3. ſect. 2. cap. 7. §. XVIII. *Bellarm.* de Euchar. l. 6. c. 22.

9 Ὁ Ὢν, καὶ πρὼν, καὶ διαμένων εἰς τοὺς αἰῶνας .... καταξίωσον ἡμᾶς ἀσπάσασθαι ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ ἐς τὸ μεταχεῖν ἀκατακρίτως τῆς ἀθανάτε καὶ ἐπουρανίου σου δωρεᾶς ....

Scilicet

Tu qui es & ab aeternitate praeexiſtis & permanes in ſecula .... praeſta nobis ut ſaluemus invicem

in

in oſculo ſancto, ut abſque condemnationis periculo participes ſimus immortalis & coeleſtis doni tui ...

E LITURGIA ALEXANDRINA S. GREGORII IN ORATIONE AD OSCULUM PACIS (ap. laud. *Renaudot.* t. 1. p. 96. & 97.)

Oſculo pacis inter Miſſarum ſollemnia teſtantur fideles fraternam erga proximos caritatem; hac enim deficiente, ſi ad ſacra Myſteria indigne accedant, condemnationis aeternae periculum incurrunt, ajente Domino, *qui enim manducat & bibit indigne, judicium ſibi manducat & bibit*, ex *Joan.* 6. Antiquiſſimi ritus de oſculo pacis in ſacro Miſſae meminerunt Patres, e. g. *Iſidor.* de div. offic. l. 1. c. 15. *Auguſt.* ſer. de vigil. Paſch. *Hieron.* ep. ad Theophil. Alex. *Chryſoſt.* l. 1. de compunct. cordis & alias, *Nazianz.* orat. 3. de pace, *Conc. Laodicen.* can. 19. *Pſeudo Clem.* l. 8. Conſtit. c. 11. *Origen.* in epiſt. ad Rom. cap. 16. *Innocent.* P. I. epiſt. ad Decent. Eugub. Ep. cap. 2. *Tertull.* l. de orat. *Juſtin.* apol. 2. vulgatus *Dionyſ.* de eccl. hierarch. cap. de communione. Nec dubito quidem, eum ritum ab Apoſtolica traditione deſcendere. Videndi circa ipſum Liturgiographi cum *Durante* l. 2. c. 54. *Bona* rer. lit. l. 2. c. 16. n. 6. *Lebrunio* t. 1. par. 5. art. 7. *Cang.* in Gloſſ. lat. art. *Oſculum pacis*.

10 *Domine Jeſu, cujus caro crucis patibulo affixa pertulit ſepulturam . . . de manu inferni potentia virtutis tuae nos exime: ut tu, cujus ſanctum corpus non vidit corruptionem, ab aeterna nos mortis liberes poteſtate.*

EX ORATIONALI GOTHICO-HISPANO IN ORATIONE RECITANDA IN SACRO OFFICIO AD HORAM TERTIAM (ap. laud. *Blanchin.* p. 72.)

Inter Horas canonicas, in quas dividitur officium divinum, quod clerici ex antiqua inſtitutione perſolvunt, alia eſt hora tertia, quam producta deprecatio occupabat, media inter Horas Primam & Sextam. Deſcenſus Spiritus S. ſuper Apoſtolos hora tertia videtur ratio potiſſima, ob quam Veteres Horam Tertiam divinis laudibus dedicarunt. Legendus *Baſil.* in regulis fuſius diſputatis q. 37. Sunt et vero plurimi qui alias rationes, varioſque ſenſus myſticos adferant pro eodem ritu, quem fortaſſe primus omnium publice perſolvendum conſtituit Injurioſus Epiſcopus Turonenſis, de quo S. Gregor. Turon. l. 10. hiſt. n. 16. col. m. 535. *hic inſtituit Tertiam & Sextam in eccleſia dici, quod modo in Dei nomine perſeverat.* Et haec in re ſubobſcura indicaſſe ſatis eſto. Conferat qui plura velit Liturgicos cum *Durando* in rat. l. 5. c. 6. *Durante* l. 3. c. 8. *Azevedo* exſercit. 26. p. 118. ſq. *Grancolaſio* comment. hiſt. in breviar. roman. cap. 37.

Pro ſancto Dogmate nonnulla rurſum dabunt laud. *Blanchin.* pagg. 1. 11. 17. 57. 75. & 83. *Mabillon.* de lit. gall. p. 239. col. 2. p. 327. col. 2. *Murat.* t. 1. p. 385. n. 2. *Marten.* de antiq. eccl. rit. l. 3. c. 15. p. 597.

E R E

11 .... *Si nus ipſi aut domenus, vel parentis ejus, qui contra charta ita venire voluerit, in primitus Chriſtus filius Dei vivi terribilem & metuendum, ut non ſit ad gaudium, ſed ad ejus detrimentum quod ei incutiat ſempiternam pœnam....*

FORMVLAE ANDEGAVENSES, praeſcriptae ſub Childeberto I. Francorum Rege, qui regnavit ab an. 511. ad 560., aut ſub Childeberto II. qui ſceptrum tenuit ab an. 694. ad 711. cap. XLVIII. (ap. *Mabillon.* qui dictatum iſtud, una cum ceteris edidit in tom. 4. vet. analect. p. 263. ſqq. & in ſupplem. ad comment. de re dipl. a p. 85. e perantiquo codice coenobii Weingartenſis in Suevia.)

Hoc ergo in Capite ſub barbara & foetulenta illius ſeculi apud Francos grammatice videat hoſtis veritatis expreſſum dogma de poena gehennali ſempiterna.

12 .... *Si quis vero... contra præſentem epiſtolam donationis iſtius, quam nos pro animæ noſtræ ſalute fieri juſſimus... per quaſcumque perſonas infringere præſumpſerit, in primis iram Dei incurrat & cum Juda traditore igni perpetuo dampnetur... & ante conſpectum ſancti Vincentii & ſancti Germani, quibus res iſtas delegavimus, in parte reproborum eſſe valeat... nec vitam mereatur habere aeternam....*

GAMMO in Charta de conſtructione puellaris monaſterii apud Lemauſum (ex *Mabil.* cit. in eodem ſupplem. p. 95. ex tabulario Pratenſi.)

13 ... *Et qui hoc preſumpſerit in iram Dei & ſancte ejus genitricis* MARIE *incurrat & cum* Juda *traditore domni noſtri* JESU CHRISTI *habeat portionem....*

BONA Matrona in Donatione facta coenobio Farfenſi Ord. S. Benedicti ſub an. 747. (ap. Clariſſ. *Gallettum* in ſuo Gabio Sabinenſi p. 83. ſq. e reg. farfenſ. n. 32.)

14 .... *Quiſquis ſuorum facinorum & merita delictorum pertractans eterni regni beatitudinem de-*

ſiderat & voracis ignis incendium expaveſcit dum in hac vita verſatur oportet eum ſue ſaluatis tractare remedium qualiter hic perfruatur vita & illic regnetur cum CHRISTO . . . .

BONA eadem illuſtris Matrona in Charta altera pro eodem coenobio confecta ſub an. 749. (ap. laudat. *Gallet.* p. 87. ex ipſo tabulario farfen. n. 25.)

15 . . . . *Si poſt hodie aliquis eos* (ſervos Dei) *inquietare voluerit . . . cum Juda traditore deputetur danandus, taliſque illum ultio conſequatur divina que omnes videntes terreant & audientes contremeſcant . . . .*

SILO Rex Hiſpaniae in Placito pro conſtructione monaſterii Sperautani ſub an. 775. (ap. *Florez* in Hiſp. ſac. t. 18. p. 307. ex autographo S. Eccleſiae Legionenſis.)

Porro haec formula, ſive aliae omnino conſimiles, quae dogma Inferni gehennalis portendunt, obtinuerunt deinceps apud Hiſpanorum Reges, in Diplomatis privilegiorum ad finem uſque Seculi x., ut videre eſt in eis, quae ſparſim produxit laud. *Florez*, e. c. tom. 16. p. 441. & 445. tom. 17. p. 246. tom. 18. p. 316. tom. 19. p. 329. ſqq. Quibus ad extremum ſubjice Donationem TEUDICI Comitis de Vico Sciorum Eccleſiae Piſtorienſi S. Zenonis factam an. 994. ap. cit. *Zachar.* p. 284.

§. III.

Reliqua de Receptaculo Gehennae abſolvit.

RURSUM QQ. DOGM. SCHOL. 426 Praehabitis de beatitudine empyrea adſertis, de contrario huic praecipuo quantum ad ſingulas ejus partes heic differimus, nempe de Infelicitate aeterna, quae plane infeliciſſimos reddit, oſtenditque in gehenna damnatos. Plura quidem de hoc argumento TT. Scholaſtici ubi de Angelis, dum de poenis daemonum agunt. Verum quum ferme eaedem ſint iſtae poenae cum iis, quas hominum animi perferunt, ideo ne doctrinae ordinem invertamus, quidquid de iſtis heic cum Interpretibus Theologiae de Noviſſimis ſtatuamus, & de illis (ubi ratio diſcriminis non adfulgeat) ſtatutum volumus. Completa hominis damnati infelicitas utramque includit poenam, & animi, & corporis. De utraque autem haec potiſſima ſunt, quae in dubium verti poſſint.

QUAE-

427 QUAESTIO I. In quo reponenda ſit ejuimodi Infelicitas, quam veteres formalem dixerunt? ADSERO. Phyſice in cumulo ſeu in adgregatione malorum omnium animi & corporis, quae una cum cognita privatione aeterna Summi boni conſtituunt hominem in gehenna perpetuo infeliciſſimum. Metaphyſice vero in actu intellectus, quo animus evidenter cognoſcit aeternam Dei privationem, & in actu voluntatis, quo eam amariſſime ſentit. Haec quidem Dei privatio in ſeſe ſpectata, dicitur a *TT. poena damni*; moleſtiae vero, quae ex ejus privationis cognitione derivantur in animum *poena ſenſus*, ſicut & reliqui dolores, qui damnati ſpiritum, & corpus excruciant. Hoc autem pacto reſpondet ex aequo Infelicitas Felicitati ſeu Beatitudini tanquam ſummo ſui contrario.

428 Heinc Infelicitas 1.° conſiſtit ex integro in duplici actu, intellectus ſcilicet & voluntatis. 2.° actus voluntatis conſtituit principalius Infelicitatem, quia eſt formaliter odium Dei, quatenus ſibi tantam infligit poenam; quod quidem odium eſt maximum e malis omnibus. 3.° eſto poena adcidentalis imminui poſſit ac mutari; at poena formalis & eſſentialis, inflicta pro culpa lethali non remiſſa, eſt eſſentia ſua perpetua, quemadmodum & de perpetuitate evidens certitudo; nam ſi haec abſit, ingenti cuiquam & ſubſtantiali levamini locus ſit oportet, qui tamen reprobis neutiquam diſpenſatur. Etenim licet citra condignum, Deo miſericorditer indulgente, iidem puniantur, adtamen circa poenam eſſentialem pro lethali inflictam, nulla eſt ibi intermiſſio, vel mitigatio, ſive propter vivorum preces, ſive propter reprobi ſatiſpaſſionem, eſto propter iſtam finiatur poena pro quolibet veniali; quod quidem (ſi quoad culpam jam remiſſum fuerit) etiam in Gehenna poena duntaxat temporaria plectitur, quae una videlicet ex ſeſe reſpondet veniali: ac idem dicito ob eandem rationem de poena reſpondente culpae lethali praeteritae jam remiſſae, quum haec pariter temporaria ſit. Haec porro mihi veriſimiliora ſunt ex iis quae hanc in rem Noſtrates tradunt (*u*).

OBJECTIONES.

429 Obj. *primo* contra Adſ. Poena damni non eſt reponenda in ſola privatione viſionis Dei. Nam 1.° reliquae poenae multum inferunt damni, ſeu detrimenti reprobis. 2.° ea privatio eſt in cunctis reprobis aequalis; at non omnes ex ea aequaliter cruciantur, ſed ſinguli ſecundum numerum, & gravitatem peccatorum. 3.° proprietas neceſſaria & eſſentialis in eſſentiam revocanda eſt; at ſumma ob illam privationem in reprobis moleſtia, eſt proprietas neceſſaria, privationem eſſentia ſua conſequens: ergo.

430 R. *N. Adſ.* (*x*). Ad 1. prob. *N. Con.* Nihilominus ea privatio,

(*u*) Cum *Suar.* cit. l. 8. c. 4. *Siur.* tr. 20. § 23. ſparſim, *Laur.* d. 13. *Granad.* cit. par. 1. t. 3. d. 4 *Gotti* cit. q. 7. dub. 2. Cl. V. *Nicol. Iuszka* S.J. Provinciae Auſtriacae in praeſentia Praeſide, l. 3. de peccator. poenis diſſ. 1. *Patuzzi* cit. l. 2.

(*x*) Cum *Palud.* & communi *DD.* ap. & cum *Suar.* cit. c. 5. n. 3. contra Scot.

tio, quae fit a Deo, non positive, sed privative hoc est non influendo, seu potius influxum denegando (y) dicitur antonomastice *poena damni*: unde *Chrysost.* (z) *tantum mihi malum videtur de tanta gloria decidisse, ut gehennam pro nihilo habeam prae hoc damno, ac ruina.* Ad 2. *D. Ma.* est in cunctis physice aequalis. *C;* quia cunctis aeque convenit hoc unum quod est privari visione Dei: moraliter aequalis, *N;* nam qui plura, aut graviora peccata commisit, pluribus, aut gravioribus titulis visione Dei privatur: adeoque haec privatio est in ipso moraliter intensior, utpote fundans graviores maestitias, & cruciatus, ob sui adprehensionem. Heinc *C. Mi.* Et *N. Con.*

431 Ad 3. *C. Ma.* de proprietate metaphysica, quae rei essentiae identica est. Et *N. Mi.* Posset quidem reprobus in alio rerum ordine nec illam privationem agnoscere, nec de illa dolere. Et vero secundum reproborum statum, privationem consequuntur naturaliter ejus cognitio, & dolor de illa sic cognita: immo & ejusmodi cognitio, & dolor dici possunt constituere ex parte essentialem damnationis poenam, quin tamen propterea poenam damni constituant, quum sint duntaxat ejus effecta quasi primaria (a).

432 Obj. *secundo* contra 3. Illationem. Propter preces viventium extingui possunt, aut saltem mitigari poenae essentiales, inflictae reprobis pro lethalibus. Nam 1.° licet ex Job 7. ob generale decretum nulla in inferno sit redemtio, potest tamen esse ex particulari dispensatione, siquidem ex 1. Petr. 3. 19. & 4. 6. dum Christi anima descendit ad inferos, mortuis, qui erant in carcere gehennali, Evangelium praedicavit, & quos invenit credentes, ab illo eduxit, *solutis doloribus inferni*, ex Act. 2. & ita quidem adserunt Clem. Alex. (b) Nazianz. (c) Aug. (d) adeo ut ii PP. solum dubitent, num omnes damnatos liberaverit Christus, vel modo tunc credentes, quibus utpote nondum Evangelium praedicatum fuerat. 2.° ex D. Ildephon. (e) Prudent. (f) Odilone Ab. Cluniac. (g) quotannis in anniversaria sollemnitate Adsumtionis Virginis remittuntur damnatis poenae, in obsequium divae Matris, aut ob ejus merita. 3.° poena temporaria remittetur aliquando penitus reprobis: possunt ergo viventium preces adceleratam illis remissionem impetrare: ergo & poterunt impetrare aliquam remissionem, aut intermissionem in poena essentiali, quae nihilominus aeterna futura sit. Idem dicito de precibus aliorum coelitum.

433 R. *N. Adf.* Tum quia communicatio suffragiorum, ex Dei promissione, solum intelligitur habenda inter Dei amicos, quoorca fundatur in unione supernae caritatis, quare indignus est condigno suffragio qui in culpa lethali perpetua versatur; tum quia damnati sunt extra

(y) Ex *D. Th.* in 2. dis. 37. q. 3. a. 1.
(z) Hom. 13. in epist. ad Philipp.
(a) Conf *Suar.* cit. c. 4. 5. & t. 4. in 3. p. de poenit. sacr. d. 13. s. 2. a n. 24. & *Arria.* de Angel. d. 25. s. 3.
(b) L. 6. Strom.
(c) Orat. 42. quae est 2. de Pasch.
(d) Epist. 99. ad Evod.
(e) Ser. 3. de Adsum. Virg.
(f) Hym. Cerei Paschal.
(g) Serm. de Adsumtione beatissimae Virginis.

extra ſtatum alicujus gratiae, ſeu miſericordiae, quod ſpectat peccatorum judicium; tum quia exinde per multiplicatas preces poſſet ipſis per partes proportionales remitti omnino poena eſſentialis, contra dogma Eccleſiae, quae propterea, tametſi mater pientiſſima, nunquam conſuevit pro damnatis orare (*h*). Heinc.

434 Ad 1. prob: illa diſpenſatio adſerenda non eſt, niſi urgentiſſima convincatur ratione, quae nuſquam adfulget. Nonnulla opponi ſolent exempla; quae tamen ex iis, quae jamjam ſubjicimus, ſuſpectae fidei ſunt. Porro ex vulgatiſſimo PP. TT. & Eccleſiae ſenſu nec anima Chriſti ad gehennam deſcendit, nec ullum, ſaltem ex lege generali, ab illa eduxit: idcirco haec opinio praevalere debet opinioni Patrum, qui adlegantur, ſi forte aliud expreſſe ſenſerint. Verba autem Petri obſcuriſſima refert *Aug.* (*i*) non ad deſcenſum Chriſti ad inferos, ſed ad ejus Divinitatis operationem, quam exſercuit a prima mundi molitione. Quod ſi ſub aliquo ſenſu praedicavit Chriſtus reprobis Evangelium, non praedicavit ut eos converteret, ac educeret, ſed ut argueret ac increparet. Nec incongrue Patrum animae dici poſſent *ſolutis doloribus inferni* fuiſſe a Chriſto liberatas, quum Limbus eorum infernus fuerit, ibique pertulerint damni & deſiderii poenas, quae ſub τὸ *doloribus* fortaſſe indicentur.

435 Ad 2: ut ſummum ex Deiparae meritis, reprobi forſan citra condignum plectuntur. Quocirca Ildephonſus ut oſtenderet feſti Adſumtionis laetitiam, populari modo & hyperbolico peroravit; & Prudent. quem Odilo exſcripſit, poëtice concinuit. Ad 3. *D. A.* remittetur aliquando per ſatiſpaſſionem, *C.* ſecus *N. A.* & utramque *Con.* ob rationes pro theſi expoſitas, quae etiam faciunt comparate ad coelites (*k*) (§).

QUAE-

(*h*) Lege *Suar.* in 3. p. t. 4. d. 48. ſ. 7. a n. 7. (*i*) Cit. epiſt. 99. ad Evod.

(*k*) Adeundi *Suar.* cit. in 3. p. t. 2. d. 43. ſ. 3. & t. 4. d. 48. ſ. 4. a n. 11. *Dur.* in 4. diſ. 45. q. 2. & in 3. diſ. 22. q. 4. *Th.* p. 3. q. 52. a. 2. *Hen.* de Empyr. l. 6. exſerc. 19. ſ. 6. a n. 68. *Leſſ.* cit. l. 13. c. 25. n. 164. *Granad.* proxime cit. *Rhod.* cit. q. 3. ſ. 1. §. 5. *Got.* tr. 14. q. 2. dub. 2. §. 2. & q. 4. dub. 1. §. 3. *Siur.* tr. 22. c. 3. 4.

OBSERVATIO.

(§) OCcurrit heic tanquam in ſede propria, famoſa illa quaeſtio de liberatione Trajani Imp. ab igne gehennali precibus & lacrymis S. Gregorii M., aetate Baronii apud Scholaſticos ſatis acriter controverſa. Eam porro olim perplurimi ſuis calculis adprobarunt, & iis quidem documentis innixi.

Quippe illam diſerte adfirmant 1.° *Biographus* quidam S. Gregorii (quem *Bollandiani* ad d. 12. Mart. p. 130. vocant Anonymum, ſed ſynchronum, & *Mabillon.* in Sec. 1. Bened. & in annal. l. 26. ad an. 799. & in analect. t. 1. a p. 319., cui merito conſentiunt *Editores Maurini* oper. S. Gregorii t. 4. in praefat., Paullum VVarnefridum, monachum Caſinenſem, vulgo Paullum Diaconum) in vita Sancti c. 5. alias 25., & *Joan.* Diaconus Eccl. Rom. in vita Gregorii c. 5. alias 44.

2.° *Joa. Damaſcenus* in orat. de iis, qui in fide dormierunt §. 16. edit. Lequienii. 3.° *Euchologium* Graecorum c. 96. ubi etiam fertur liberatio Falconillae paganae ab igne aeterno precibus Theclae Protomartyris, ap. *Billium Prunaeum* in ſcholiis ad eam orat. Damaſcenicam, nota 9. 4.° *S. Brigitta* in revelationibus l. 4. c. 13. p. m. 339. edit. Rom. 1628.

5.° *S. Thom.* in 4. diſt. 45. q. 2. a. 2. ad primum, quem ſequuti ſunt *Sixt. Senenſ.* in bibl. l. 6.

436 QUAESTIO III. Unde oriatur poenae aeternitas pro peccato, quod momento praeteriit? ADSERO. Quoniam tamdiu peccatum juste

l. 6. adn. 47. §. *Joannes. Ciacconius* in apol. pro hac ſententia, edita Venet. 1583. *Navarr. Menghius, Durand. Richard. Sigibert.* ap. & cum *Conſalvo Duranto*, revelationum S. Brigittae Interprete in notis ad cit. c. 13. l. 4: ut mittam *Antonin. Bellovacenſ. Toſtat. Gaſtald.* quaeſtionem hanc fuſiſſime, ſed parum critice pertractantem in t. 1. de poteſt. angel. diſt. 2. q. 1. art. 5. a p. 339., alios.

Addunt denique exemplum Dinocratis pagani ſeptennis, quem e loco tenebricoſo, in quo damnatus jacebat, hoc eſt ex gehenna liberavit ejus ſoror S. Perpetua; quod liquet ex actis SS. Perpetuae & Felicit. ap. *Holſten.* edit. Rom. 1663. p. 14. ſq. quem exſcripſerunt *Bolland.* ad d. 7. Mart. a p. 633. *Ruin.* in act. ſel. a p. 81. *Orſius* Card. diſſ. apol. in ea acta p. 1. ſqq.

Ceterum quod decantata Trajani liberatio, Gregorii precibus adtributa, vera fuerit ac indubitata, propoſita probationum capita minime conficiunt.

Quippe 1.° VVarnefridus an. 799. exſtinctus, ſine teſte rem enarrat communi Providentiae legi contrariam, itemque doctrinae, qua Gregorius ſaepe probavit non eſſe pro incolis Gehennae orandum, prae primis in dialog. l. 4. c. 44. Quocirca unus hic, & primus omnium, quod ſciam, teſtis fidem non meretur. Haud abſimiliter deneganda fides Joanni Diacono, qui & inſuper fatetur praefatae liberationis eventum eximium apud Romanos valde dubium tum fuiſſe.

2.° Damaſceno ea oratio plane ſuppoſita eſt, quod vulgo ſentiunt Eruditi cum *Suarezio* in p. 3. t. 2. d. 43. ſ. 3. §. *Ad alia. Nat. Alex.* ad Sec. II. diſſ. 1. in objectione 2. *Lequien.* in ſuo Damaſceno t. 1. in admonitione ad cit. orationem, ac diſs. damaſcenica 5. §. 3. *Lenſaeo* de limbo l. 3. c. 12. p. m. 363. *Bellarm.* l. 2. de Purgat. c. 8. ac de ſcript. eccl. in Jo. Damaſceno, *Caveo* hiſt. lit. in J. Damaſc. *Billuart* t. 4. de relig. diſs. 2. in digreſs. hiſt. ad art. 6. *Gazzaniga* in Theol. t. 4. tr. de virt. theol. diſs. 4. in Adpend. de liberat. Trajani n. 45. aliis; pleriſque interdum dubitantibus cum *J. Ger. Voſſio* de hiſtor. graecis l. 2. c. 24.

Conſtat autem orationem illam pugnare cum eodem Damaſceno, ajente l. 2. de fid. c. 4. ſub fin. quod hominibus poſtquam ex hac vita migrarunt omnis reſipiſcendi facultas praeclusa ſit; multa itidem probare, quae dogmatis eccleſiaſticis adverſantur; adferre teſtimonia ex Athanaſio, Greg. Nyſſeno, Lauſiaca Palladii hiſtoria petita, quae nullibi exſtare noveris; jactare, totum Orientem atque Occidentem praefatum miraculum teſtari, quod a vero maxime abhorret; ſimilem de Falconilla confingere fabellam, quam tota ignoravit antiquitas. Ejuſmodi vero foetum Damaſceno doctiſſimo auſis adſcribere?

3.° Aniles illae fabulae (quod cum cit. *Billio* conjectamus) ex una oratione pſeudodamaſcenica in Euchologium Graecorum primum irrepſerunt; quod proinde majore non gaudet authoritate, quae fidem obſtringat. Nec inſuper ex alio fonte ortum duxiſſe ſuſpicor conſimiles alias animorum liberationes ab inferis, adſertas olim ab ſcriptoribus Graecis ap. *Allatium* diſſ. 2. de Triodio, ſeu de libris eccl. graec. a p. 117. edit. Pariſ. 1646. quem conſule ſis.

4.° Jure dubitant Theologi de veritate revelationis, ab Eccleſia non adprobatae, quae ſingularem importet exceptionem a dogmate univerſali revelato. Revelationes autem, quae S. Brigittae adſcribuntur, ab Eccleſia minime probatae ſunt, ſed tantum a Cardin. *Turrecremata*, aliiſque privatis Viris perdoctis, quos idem Author recitat in prologo, qui praefigi ſolet eiſdem revelationibus, cap. 1.

5.° Iis complurimi pro parte negante liberationem Trajani opponi poſſunt. E.c. *Dom. Sotus* in 4. ſent. diſt. 45. q. 2. a. 2. §. *Sed tamen. Can.* de loc. l. 11. c. 2. *Poſſev.* adpar. in Jo. Damaſceno, art. *Quum audiviſſet. Baron.* ad an. 119. n. 2. & ad an. 604. n. 30. ſqq. *Allat.* cit. diſs. 2. p. 124. & in excerptis de libr. apocryphis, quae primus, reor, edidit *Leq.* praefixitque ceu prolegomena ſuis diſs. Damaſcenicis, p. XIX. §. 33. *Arcud.* l. de purgat. contra Barlaam p. 399. §. *Tertio. Biographi* Benedictini S. Gregorii in vita l. 3. c. 10. §. 5. ſqq. & alias, cum proxime adlatis *Suar. Bellarm. N. Alex. Leq. Billu. Gazzan.* e quibus porro *Baron. Suar. Bellar. N. Alex.* rem adcuratius, fuſiuſque pertractarunt, ſubinde potiſſimum conferendi.

Fruſtra demum adfertur exemplum Dinocratis; hic enim nec paganus obiit, ſed baptiſmate ſacro initiatus, nec locus tenebricoſus, ex quo in coelum eductus fuit precibus S. Perpetuae, gehenna erat, ſed purgatorium. Haec laudati Interpretes Actorum S. Perpetuae, quibus adcinunt *Biographi* Benedictini proxi-

me

juſte punitur, quamdiu durat reatus poenae, qui porro aeternum durat. Et Angelus quidem & homo per peccatum ſe ſponte conſtituit in ſtatu, quo nec mereri, nec ſatisfacere poteſt pro eodem peccato: adeoque juſte aeternum punitur pro peccati reatu, vel obligatione ſatisfaciendi, quae in illo ſtatu aeterna eſt. Culpae igitur momentariae jure reſpondet poena aeterna, quemadmodum & merito momentario aeternum gloriae pondus. Non ſecus, inquam, ac merito momentario aeterna gloria, atque in Republica humana homicidio patrato reſpondet mors, quae in ordine ad Rempub. aequivalet eternitati. Alias Doctores alii cuderunt rationes, ſed quam adtulimus, prae ceteris veriſimilior nobis in re ſubdifficili (*l*).

OBJECTIONES.

437 Obj. Ratio expoſita difficultatem non evacuat. Nam 1.° quod peccator ſe ſponte conſtituat in illo miſero, aeternoque ſtatu, debet tandem oriri ex ipſa peccati malitia, tanquam ejus effectum; at illa malitia, quum infinita non ſit, ſed momentaria, nequit habere pro effecto poenam infinitam. 2.° nulla aequitas exigit, ut tamdiu puniatur peccatum, quamdiu manet quoad reatum, ſi nempe in mea poteſtate non ſit quod non maneat, quemadmodum non eſt in poteſtate reprobi; nec enim qui alterum mutilavit, debet tamdiu flagellari, quamdiu membrum non reſtituit. 3.° poenae quantitas non reſpondet durationi habituali culpae; qui enim diu remanet in peccato habituali, non propterea meretur torqueri diutius, quam qui fragranti ſcelere damnatur.

438 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob: illud oritur tum ex peccati malitia, tum ex Dei decreto, volentis, peccatum, in quo homo decedit, nunquam fore condonandum, immo perpetuo puniendum, non ſecus ac meriti ad aeternam gloriam condignitas oritur a merito, ſimulque a divina promiſſione. Porro illud decretum praeſupponit culpae meritum ad poenam aeternam; alioqui puniretur a Deo ultra condignum: culpa

me citt. § 10; probare pergunt ex eiſdem Actis, & ex *Aug.* tanquam eadem adſerta proferente ubi de anima & ejus orig. l. 1. c. 10. & l. 3. c. 9.

Ceterum neſcio an ſenſus & verba laudati Aug. huic ſecundo adſerto potius noceant, quam faveant. En tibi quae profert l. 1. c. 10. „ Quis igitur ſcit, utrum puer ille (*Dinocrates*) poſt baptiſmum perſequutionis tempore a patre impio per idololatriam fuerit „ alienatus a Chriſto, propter quod in damnationem mortis ierit, nec inde niſi pro „ Chriſto moriturae ſororis precibus donatus „ exierit „ ?

Haec deinde l. 3. c. 9. „ cur non tibi viſus fuerit (*Dinocrates*) baptizatus potuiſſe „ ab impio patre ad gentilium ſacrilegia revocari, & ob hoc fuiſſe in poenis, de quibus ſorore orante liberatus eſt, neſcio „. Poſtremo diſserens de ſtatu animae Dinocratis poſt mortem, ſic fatetur l. 4. c. 18. „ porro „ autem in non vero corpore vera miſeria „ fuit animae, quae ſignificabatur adumbrato corporis vulnere, de qua ſororis ſanctae „ orationibus meruit liberari „.

Jam vero ſi putetur Dinocrates idololatram, ſacrilegum, alienatum a Chriſto diem obiiſſe, pro certo tenendum eſt, non ad purgatorium migraſſe, ſed ad gehennam cum *vera animae miſeria*, de qua perpetuae precibus exemtus fuerit, ad ſenſum germanum Auguſtini.

Ut ut autem ſit de exemplo Dinocratis, quod Acta laudata S. Perpetuae mihi quidem ſatis obſcure produnt, Trajani praetenſa exemtio, nullo utique fundamento ſolido innixa, ceu putida fabella explodenda eſt.

(*l*) Conf. *Rhod.* tr. 4. de pecc. d. 3. q. 1. ſ. 2. §. 2. & *Suar.* l. 2. tr. 5. d. 7. ſ. 3.

pa igitur ex quo habeat malitiam, ſeu gravitatem moraliter infinitam ſecundum quid, ut ajunt, habet condignum meritum ad poenam aeternam, quae eſt moraliter infinita, ſcilicet quantum ad durationem.

439 Ad 2. *N. A.* quia peccans libere ſe conjicit in illum ſtatum: unde quamdiu iſte perſeverat, debet ille ut reus puniri; voluntarie enim contraxit hoc debitum peccando. Idem quadantenus dixeris de libere, ac graviter mutilante; reus enim eſt quamdiu maneat mutilatio. Ad 3. *Ejo A.* Et *N. Con.* Culpa actualis momentaria tantam habet gravitatis quantitatem, ut eidem poenae aeternae quantitas reſpondeat (*m*).

440 QUAESTIO IV. Quid de poena animi in mente? ADSERO I. Patitur duplicem excaecationem, nimirum poſitivam, ut vulgo dicunt, qua novit quidquid ipſam adflictare natum ſit, e. c. amiſſionem beatitatis, Deum ſibi iratum, propriam foeditatem cet. & privativam erroris, ignorantiae atque caliginis, quae ſita eſt in privatione luminis ſpiritalis, hoc eſt cognitionis, & ſcientiae. II. Ratione excaecationis privativae caret omni ſuperna cognitione, omnique habitu ſuperno, ad eam perneceſſario. Quia ejuſmodi cognitio & habitus viatori duntaxat diſpenſantur ratione juſtificationis & glorificationis, qui plane finis ceſſat in gehenna. Quare ſola fide naturali credunt divina Myſteria.

441 III. Non amittere videtur vim nativam intelligendi, nec ſcientias naturales, quas in hac vita adquiſierat, uti nec daemon per peccatum amiſit. IV. Saepe decipi poteſt, uti daemon, cum defectu ſcientiae, tum defectu rectae voluntatis. Immo nullam habet rectitudinem judicii practici in ordine ad opus moraliter probum tam in materia naturali, quam in ſupernaturali, ſcilicet ob defectum intentionis honeſtae, ex obſtinatione profluentem. At in materiis certis, & prudentiae politicae, vel quae non ſunt morales, non eſt cur practico judicio ſemper erret, uti nec daemon (*n*).

442 QUAESTIO V. Quid de poena animi in voluntate? ADSERO I. Eſt ſumma triſtitia, furor, deſperatio de malorum cumulo, quem perpetuo adprehendit. Et tantus quidem eſt dolor iſte, ut quidquid nobis excogitari, vel experiendo ſentiri valeat, longe ſuperet. Suam quippe proportionem exiſtimatur habere cum gaudio beatifico, quod ſuaviſſimum eſt, ac pleniſſimum. Immo & reprobus non ſecus ac daemon, etſi poſſit adquirere aliquam jucunditatem de nonnullo objecto, e. g. de haereſi contra Deum, ſibi inimicum debacchante, nullius tamen veri & proprie dicti gaudii capax eſt. Quippe experientia docemur acerbiſſimum dolorem impedire ſenſum quemcumque gaudii. Quare illa erit ut ſummum ſimplex de objecto occurrente jucunditas,

ſine

(*m*) Adeundi *Rhod.* proxime cit. *Th.* cont. gent. l. 3. c. 144. *Leſſ.* cit. l. 13. c. 25. a n. 165. *Got.* tr. 16. q. 8. dub. 1. §. 2. *Laur.* d. 13. ar. 13.

(*n*) De hoc argumento plura *Th.* 2. 2. q. 5. a. 2. *Suar.* de Angel. l. 6. c. 6. a. n. 7. *Arria.* cit. d. 25. ſ. 4. *Rhod.* de Angel. q. 3 ſ. 3. §. 1. *Siur.* tr. 24. c. 1, 2.

ſine ullo gaudio, qualis eſt in beato diſplicentia de ipſa haereſi abſque ullo dolore.

443 II. Voluntas eſt impie obdurata & obſtinata circa malum praeteritum, ita ut nec illud unquam retractet, nec de illo poeniteat; tum circa malum futurum, ita ut ſemper peccet; circa bonum denique morale, ita ut nunquam eliciat operationem rectam. Licet enim ei ſit potentia phyſica ad ceſſandum ab omni peccato, quum totam retineat libertatem ad eliciendos actus moraliter bonos, ad quos gratia non eſt phyſice neceſſaria, nulla tamen eſt potentia moralis, quae aliquando ad actum reducatur; quum ſit ſumme difficile, adeoque moraliter impoſſibile, quod moraliter honeſte operetur in eo ſtatu.

444 Heinc 1.° haec oſtinatio oritur ex miſera ſtatus conditione, conjuncta cum naturali fragilitate voluntatis creatae, ſuis tantum viribus relictae, ſine ullo gratuito, vel morali Dei juvamine, ſuam tantum modo phyſicam influentiam ad operandum conferentis. 2.° haec voluntas nullum elicit actum etiam poenitentiae naturalis circa peccatum commiſſum. Quia eſt in perpetuo Dei odio, quod nunquam ſinit eam averti ab offenſione in Deum, ac de iſta vere dolere. Idcirco haec eſt rabida, & infructuoſa de peccato patrato poenitentia, ab voluntate impoenitente ſuborta. *OBJECTIONES.*

445 Obj. contra II. Adſ. & Illationes. Reprobi haud coacti ſunt ad peccandum in ſingulis actionibus moralibus. Nam 1.° lex ut juſta ſit, nequit praecipere rem moraliter impoſſibilem: ergo nequit lex ulla praecipere reprobis, ut faciant bonum, & non faciant malum, quum hoc ſit eis quid moraliter impoſſibile; at ubi nulla eſt lex, quae infringatur, nullum peccatum. 2.° daemon bonum fecit opus, quum confeſſus eſt veritatem, dicens Chriſto Domino *ſcio qui ſis, Sanctus Dei*, Marc. 1. 3.° moralis impoſſibilitas non eſt abſoluta impoſſibilitas, ſed magna difficultas, ex qua utique non licet inferri, damnatos nunquam bene operari, ſed raro; quod enim non eſt ſimpliciter impoſſibile, contingens eſt: ergo ſaltem raro eveniet, ut bonum faciant. 4.° damnati carent libertate phyſica ad peccandum; tum quia ex Aug. (o) daemon caret libero arbitrio ad bene faciendum; tum quia fieri non poteſt, ut in tanta mentis excaecatione, tantiſque poenis habeant ad ſingulos actus advertentiam praeviam de peccato, ſimpliciter neceſſariam ad libertatem phyſicam, ſine qua peccatum non eſt; tum quia coelites non gaudent phyſica libertate ad Deum amandum ex vi ſuae felicitatis: ergo nec reprobi ad Deum odio habendum ex vi ſuae infelicitatis. 5.° ex 1. Cor. 10. *fidelis autem Deus eſt, qui non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis*: ergo ſi patiatur, tentari damnatos ſupra id, quod poſſunt, fidelis non eſt: quod quidem nimis abſonum dixeris. 6.° heinc fit, quod non repugnat gratia auxilians intrinſecus moraliter efficax, qua homo neceſſitate cogatur moraliter ad bonum opus, eo pacto quo reprobus cogitur ad malum per extrinſecas ſui

(o) Epiſt. 107.

ſtatus circunſtantias, quum tamen velimus gratiam neceſſario intrinſecus indifferentem, ne laedat libertatem indifferentiae, ad opus bonum & malum neceſſariam.

446 R. N. *Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* abſque ulla limitatione adceptum (*p*). Ad 2: illa confeſſio non fuit voluntaria, & ad rectum finem ordinata, ſed coacta. Ad 3: moralis impoſſibilitas in ſummo gradu, qualis eſt in reprobis, nec raro, nec unquam deſinit erumpere actum ſecundum e potentia tantum phyſica.

447 Ad 4. *N. Adſ.* Aug. intelligendus eſt de impotentia morali ad bonum morale ordinis naturalis, aut etiam de phyſica ad bonum ſalutare. Gaudent plane reprobi in ſingulis actionibus advertentia ſaltem confuſa & ſufficiente ad aliquale peccatum: immo pronum eſt, dum acrius torquentur, velle quantum poſſint diſplicere cruciatuum Authori Deo. Coelites inſuper determinantur intrinſecus ad Deum amandum a viſione, & amore beatis; unde nulla ipſis remanet libertas a neceſſitate amandi: reprobi vero nullatenus determinantur intrinſecus ad peccandum; adeoque integra reſtat illis libertas phyſica, licet extrinſecus moraliter coacta.

448 Ad 5: ad ſenſum Paulli, nunquam Deus permittit homini tentationem etiam phyſice inſuperabilem, cui victus ſubcumbat: & idem dicito relate ad reprobos. Ad 6. *D. A.* non repugnat ſimpliciter, *C.* ſecundum legem communem, qua Deus ita voluit gratiam viatorum adtemperatam libertati, ut eam plerumque omnimodis hoc eſt cum phyſice, tum moraliter ſartam tectam relinquat, *N.* Spoliavit quidem reprobos ſummus Conditor ea libertate morali in poenam peccati, quo ſe ſe libere in illum ſtatum conſtituerunt, eſto exinde leviora ſint in gehenna peccata: viatores autem non ita ſervos voluit, ſed omnino liberos, & expeditos ad meritum & demeritum; adeoque immunes ut plurimum gratia quomodocumque intrinſecus cogente (*q*).

449 QUAESTIO VI. Qualis ſit in Gehenna ignis, & quo pacto agat in ſpiritus impios? ADSERO 1. Eſt verus ignis, corporeus, aut materialis & ſenſibilis. Concors haec, ſi Cajetanum (*r*) & Catharinum (*s*) exceperis, inter pleroſque omnes *TT.* ſententia. Liquido eruitur ex *ſacris Literis*, e. c. ex *Deut.* 32. 22. *Judith* 16. 21. *Job* 20. 26. *Pſ.* 20. 10. *Eccli.* 7. 19. *Iſai.* 30. 33. & 33. 14. & 66. 24. *Matth.* 3. 10. & 12. & cap. 13. 24. & 38. & cap. 25. 41. *Marc.* 9. 42. ſqq. *Joan.* 15. 6. & 2. *Theſſal.* 1. 8. *Apoc.* 14. 10. & cap. 18. 8. & cap. 19. 21. & cap. 20. 9. & 15. & cap. 21. 8: in quibus porro locis ſermo eſt de igne gehennali ceu de igne vero & corporeo, ex vulgatiſſima ſacrorum Interpretum expoſitione.

Sub-

(*p*) Ex diſputatis *ſupra* in Tom. III. p. 236. n. 339. huc adplicandis.

(*q*) In quaeſtionem hanc latius excurrunt *D. Th.* 1. p. q. 64. a 2. *Suar.* cit. c. 11. ſqq. *Rhod.* cit. §. 2. *Gotti* t. 3. tr. 16. q. 7. dub. 3. §. 1. 2. *Plat.* de Angel. a n. 401. *Arria.* cit. a n. 30. & a n. 59. *Compton.* t. 1. d. 80. ſ. 4. *Siur.* tr. 24. c. 2. ſqq.

(*r*) In Marc. 9. 43. (*s*) Lib. de praemio bonor. & ſupplicio malor.

450 Subeinunt priſci *PP.* cum *Polycarpo* (*t*) *Juſtin.* (*u*) *Athenag.* (*x*) *Theophilo* (*y*) *Minut.* (*z*) *Jul. Firmico* (*a*) *Iren.* (*b*) *Clem.* Alex. (*c*) *Tertull.* (*d*) *Arnob.* (*e*) aliis (*f*).

451 Iis adnumeranda veniunt teſtimonia deducta ex Adloquutionibus Martyrum primitivorum inter ſubeundum martyria (*g*). Nimirum 1.° ex adloquutione *Silvani*, S.Felicitatis filii, ad an.Chr.150.(*h*) 2.° *Pionii* in Smyrna ſub Decio an. 250. (*i*) 3.° *Marciani* Nicomediae etiam ſub Decio (*k*) 4.° *Domninae*, ac *Theonillae* in civitate Aegaea ſub Lyſia Praeſide an. 285. (*l*) 5.° *Hermetis* Adrianopoli ad an. circ. 304. (*m*) 6.° *Afrae*, ex proſtibulo Martyris, Auguſtae apud provinciam Raetiam ſub an. pariter 304. (*n*) 7.° *Patritii* Epiſcopi ſub Julio Proconſule an. incerto (*o*). Quod autem Martyres ii piiſſimi tum de igne gehennali mentionem injicerent, ceu de igne vero & corporeo, cuicumque paginas laudatas percurrenti plane indubium erit. Ergo ſecundum ſenſum ac traditionem Eccleſiae ſub ea tempora colloquuti ſunt.

452 In eandem denique ſententiam una cum Eccleſia latina & graeca conſpiraſſe videntur *Judaei* (*p*) *Mahumedani* (*q*) *Sapientes Ethnici* plerique (*r*) & vulgo ſaltem hodierni ex ſchola Lutheranica *Proteſtantes* cum *Buddeo* (*s*) poſt *Magdeburgenſ.* (*tt*) alioſque veteres ex eadem ſchola, quibus noviſſime adſtipulatus eſt *Stackouſius* (*uu*).

453 Heinc adſertum tanta ſuffultum authoritate, extra omnem dubitationis aleam cuiquam probe ſapienti theologice certum (*xx*) debet eſſe. Anne & ipſum fide ſanctum ſit, & qua tale tenendum—? Ajunt plerique (*yy*) quoniam hic eſt ſenſus communis Eccleſiae; ac deinde veritas & proprietas ignis gehennalis adeo diſerte continetur in adlegatis Scripturae locis, ut verbis expreſſioribus haud revelari

(*t*) In adloquutione cum tyranno Praeſide ap. *Euſeb.* hiſt. l. 4. c. 15.

(*u*) Apol. 1. n. 21.

(*x*) In legat. pro chriſt. n. 31.

(*y*) Ad Autol. l. 1. n. 14.

(*z*) In Octavio n. 35.

(*a*) L. de error. profan. relig.

(*b*) L. 2. c. 28. & alias.

(*c*) Lib. 5. ſtrom.

(*d*) In apolog. c. 47. & 48.

(*e*) L. 1. ad gentes.

(*f*) Eorum cenſum ſatis prolixum contexuerunt *Suar.* cit. de Angel. l. 8. cap. 12. & *Petav.* de Angel. l. 3. c. 5. ac prolixiorem deinceps cit. *Patuzz.* l. 2. c. 11. ſq.

(*g*) Eas indicamus ex actis Martyrum ſinceris & ſel. ab *Ruinarto* productis.

(*h*) Ap. cit. *Ruinart.* p. 23. col. 2.

(*i*) Ibid. pag. 120. col. 2.

(*k*) Pag. 143. col. 1.

(*l*) Pag. 135. col. 1, & 2.

(*m*) Pag. 368. col. 1.

(*n*) Pag. 401. col. 1. n. 3.

(*o*) Pag. 487. col. 2. n. 1.

(*p*) Ap. *Bartolocc.* cit. t. 2. diſſ. de Inferno.

(*q*) Ex doctrina Alcorani ſura 28. 38. alias.

(*r*) Ubi eos in *concordiam fidei & rationis* adlegavimus, de Inferno gehennali ac de aeternitate poenarum differentes.

(*s*) In Theol. l. 2. c. 3. §. 16. p. m. 458.

(*tt*) Cent. 1. l. 1. c. 4. col. m. 225. ubi de inferno, ſub fin.

(*uu*) Par. 5. ſect. 2. ubi de Inferno §. 1. p. m. 700.

(*xx*) Cum *Vazq. Bellarm. Petav.* aliis.

(*yy*) Cum *Quirós* tr. 8. de Angel. d. 76. ſ. 1. *Rhod.* de Angel. d. 2. q. 3. ſ. 1. §. 3. *Leblanc* in Pſ. 20. 10. n. 52. *Siur.* tr. 20. n 29. aliis, quibus praeiviſſe creditur cit. *Suar.* de Angel. l. 8. c. 11. n. 9.

potuerit. Alii vero (z) negant omnino; quia nempe nulla exſtat de hoc adſerto definitio dogmatica; & Eccleſiae conſenſus habet, quod ille ignis ſit corporeus, non autem quod hoc ipſum ſit fide ſanctum; nec denique adſertum contrarium, quod nonnulli tenuerunt, certae haereſeos incuſatur, eſto ſummopere temerarium omnibus jure ſit.

454 II. Ignis ille non modo corpora poſt diem noviſſimum torquebit, verum etiam daemones, & animos a corporibus ſeparatos miro quodam modo excruciat. Sed quiſnam iſte ſit modus agendi rei corporeae in ſpiritus? Haec ingeniorum crux. Si quidem *multum in eo laborant Theologi* (verba ſunt cit. *Petav.* n. 11.) *dum quod inveſtigari non poteſt, inexhauſta corioſitate perquirunt*. Ergo cruci ſuarum cogitationum ſuffixi alii, rem curioſe expendant, ac definiant. Nobis interea conſultius eſt eam in medium relinquere, ac ſubdifficili Quaeſtioni facere ſatis cum *Auguſt.* haec ajente (a) *qui ignis, cujuſmodi futurus ſit, hominem ſcire arbitror neminem niſi forte cui Spiritus divinus oſtendit*; tum (b) *adhaerebunt . . . ſpiritus daemones, licet incorporei, corporeis ignibus cruciandi; non ut ignes ipſi, quibus adhaerebunt, eorum junctura inſpirentur, & animalia fiant, quae conſtent ſpiritu & corpore; ſed ut dixi* MIRIS ET INEFFABILIBUS MODIS *adhaerendo, adcipientes ex ignibus poenam, non dantes ignibus vitam*. Et concludimus cum *Joan. Clerico* (c) haec ſcite obſervante „ Sed modus eſt ſtatuendus & „ conjecturis & objectionibus, quibus nemo mortalium poſſit ſatisfa„ cere. Danda duntaxat eſt opera, ut ne experiamur unquam in no„ bis quae ſint eae poenae (d)„.

OBJECTIONES.

455 Obj. Ignis gehennae ſaltem comparate ad animos ſeparatos, & daemones vere corporeus non eſt, ſed tantum metaphorice. Nam 1.° ſaepe in Scripturis ſumitur *ignis* analogice pro magno dolore, uti *vermis* pro remorſu conſcientiae, ex Marc. 9. 44. ſic Matt. 25. *ite maledicti in ignem aeternum*, per τὸ *ignem* intelligitur ſumma adflictio, beatitudini, quae ibidem exprimitur, extreme oppoſita, immo omnis poena (e). 2.° ita cenſent Tertul. (f) Aug. (g) Hier. (h) Damaſc. (i) Greg. (k) Ambr. (l) ex quibus PP. aliqui volunt, eſſe impoſſibilem ignem illum corporeum, alii ipſum vocant incorporeum, alii ſpiritalem, alii diſtinctum ſpecie ab igne noſtro. 3.° nequit admitti ejuſmodi ignis abſque miraculorum multitudine, quae neceſſaria non eſt.

456 R. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *Eſto A.* Et *N. Con.* Nihilominus alibi tam

(z) Cum *Vazq.* in 1. par. t. 2. d. 143. c. 1. *Sylvio* in ſuppl. q. 70. art. 4. *Petav.* de Angel. l. 3. c. 5. n. 7. ſub. fin. *Berti* l. 10. c. 17.

(a) Civ. l. 20. c. 16.

(b) Civ. l. 21. cap. 10.

(c) Sub perſonato nomine *Theophili Alethini* adnotat. 80. in Petav. proxime cit.

(d) Rem pariter, nobis duces, in medio reliquerunt *Durand.* in 4. diſt. 44. q. ult. *Bellarm.* de Purgat. l. 2. c. 12. *Petav.* citt. mi-nime vero *Vazq.* t. 2. in 1. par. d. 243. c. ult. qualis deſcribitur a Tourn. vel ejus continuatore tr. de Angel. q. 11. art. 3.

(e) Ex D. Th. in 4. diſ. 50. q. 1. a. 1. ad 1.

(f) Apologet. c. 48.

(g) De civ. l. 21. c. 10. & alibi.

(h) In Iſai. 66. ſub finem.

(i) L. 4. de fid. c. ult.

(k) L. 15. Mor. c. 17. alias 14.

(l) L. 7. in Luc. c. 14. §. 3.

tam crebra, & conſtans ſit de igne gehennali mentio; puta in pluribus ſaltem ex locis, quos pro Adſerto mox indicavimus, ut nullam ſapiat metaphoram, & non niſi de vero igne intelligi poſſit. Ad 2: ex adductis PP. Damaſc. aperte vult ignem corporeum, ſed ex alia materia, quam ſit noſter: de aliorum ſenſu dubitari ſaltem poteſt, quum noſtrae ſententiae aperte faveant *Aug.* (*m*) *Hier.* (*n*) *Greg.* (*o*) *Ambr.* (*p*) His adcedit turba reliquorum *PP.*, una cum aliis Adſerto faventibus, quos *ſupra* memoravimus. Cujus autem ſpeciei ac indolis ſit ignis ille mirabilis, qui ſpiritus torquet, & exurit, quis hucuſque noverit ac perſpicue in medium protulerit? Ad 3: non ſunt neganda Deo miracula, ubi aequiſſimum ſuae iracundiae rigorem oſtendit (*q*).

457 QUAESTIO VII. Quo nam alio tandem poenarum genere in Gehenna crucientur corpora? ADSERO. Veriſimile eſt, eas, quas hoſtibus ſuis Deus vindex infligit poenas, illis quaſi per oppoſitum reſpondere, quibus Deum Remuneratorem munificentiſſimum juſtorum corpora apud Empyreum beare *ſupra* conſtituimus. Acerbiſſima quidem in corpora reproborum ſupplicia immittenda olim fore, conſentiunt *PP.*, plerique omnes catholici, aliaeque gentes; cujus tamen illa erunt conditionis, haud facile ad unguem definieris; quidquid pluribus definire contendant plerique *DD. Scholaſtici* (*r*) & *Adſcetici* (*s*). Quia enim non ſuppetunt documenta, quibus adſenſus indubius ſolide inniti poſſit (§).

Satius

(*m*) Civ. l. 21. c. 10.
(*n*) Epiſt. 59. ad Avitum.
(*o*) L. 4. dial. c. 28.
(*p*) In Pſ. 118.
(*q*) Conf. *D. Th.* ſuppl. q. 97. a. 5. 6. *Suar.* cit. c. 12. *Rhod.* cit. q. 3. ſ. 1. §. 3. *Got.* cit. dub. 2. §. 1.

De igne hoc vero & corporeo pluribus differunt *TT.* ubi de pravis Angelis, aut ubi de inferno gehennali.

(*r*) Cum cit. *Siur.* tr. 25.

(*s*) Cum *Martino de Roa* in tr. de ſtatibus animarum ſparſim & *Herem. Drexelio* tr. de inferno.

OBSERVATIO.

(§) PAtro ex *ſacro Codice* docemur excruciandos fore reprobos igne aeterno *Matth.* 25. 41, verme immortali *Iſai.* 66. 24, fletu & ſtridore dentium *Matth.* 8. 12, ſulphure *Apoc.* 19. 20, tenebris *Matt.* 25. 30, mendicitate & ferro *Pſ.* 106. 10, fumo *Apoc.* 14. 11. gravi nocte *Sap.* 17, 20, fame *Pſ.* 58. 7, ſiti *Iſai.* 65. 13, plagis *Apoc.* 18. 8. plurimis denique id genus tormentis, ſecundum expoſitionem aliquot in ea loca Interpretum.

Jam vero, ſi ignem corporeum, cujus exiſtentiam tanta traditionum ſuppellectile mox probavimus, exceperis, atque etiam gratis conceſſo, quod in ſingulis textibus adlegatis re ipſa de malis reproborum ſermo ſit, ecquis tamen indubitanter adſerat, cetera, quae hiſce locis numerantur ſupplicia, in ſenſu proprio, non autem potius in tropico & metaphorico adcipienda eſſe? De verme quidem jam ab aetate *Auguſtini*, eodem referente de civ. l. 20. c. 22. celebris fuit quaeſtio, num ad corpus eo corrodendum referatur, vel potius tropice ad ſpiritum, remorſu conſcientiae perpetuo excruciandum; *quod* ſane poſtremum, inquit ibidem S. P., *credibilius eſſe videtur*, ipſumque tenuerunt plerique Interpretes biblici cum *Hieron.* in c. 1. Iſai. *Ambroſ.* l. 7. in Luc. *Bernard.* de conſiderat. l. 5. *Th.* p. 3. q. 97. a. 2. De aliis vero poenis quaſi corporeis heic indicatis a ſacro eloquio, pauca, ſeu nulla repereris

apud

458 Satius itaque nobis ſit, ſilentio noſtro, quantum ad haec ſupplicia, quae generatim acerbiſſima fore credimus, Deum vindicem ac ultorem vereri ac formidare, quo iis tandem vitatis malis, ad finem beatitatis ſupernae, in quem conditi ſumus, pervenire liceat.

Hactenus de Deo creatorum omnium Fine, cui ſoli laus, honor & gloria.

apud Veteres, quibus opinionem de veris corporum cruciatibus communire poſſis.

Scio equidem vulgo praefervidos Concionatores, quum poenas damnatorum corporeas deſcribunt ad populum, adferre ſartagines ignitas, catenas ferteas, tremendos leones, rabidas tigres, inſuaves epulas, potus amariſſimos, & alia id genus quam plura: innixos utique nonnullis viſionibus & revelationibus Eccleſiae nondum adprobatis, tum iis aut illis, cujuscumque ſint authoritatis, Scriptoribus recentioribus.

At haec tamen oratorio potius more ipſi declamitant, & ad captum rudioris populi, qui nempe ejuſmodi cruciatuum imagine vehementius adficitur, adliciturque ad ſalutarem Dei peccatorum vindicis timorem atque tremorem. Nos autem in Schola ſapientum hanc in rem diſputantes ea duntaxat adſerta conſtituere decet, quae nec abhorreant a ſana critice, nec argumentis veriſimilibus traditione priſcorum Patrum ſuffultis deſtituantur.

INDICES
ALPHABETICI
ſub Praemonito, conſimilibus Indicibus praefixo ad Tomum II. pag. 508. huc loci recolendo.

INDEX I.
SANCTORUM DOGMATUM

una cum Ethnicis Sapientibus, Vetuſtis Monumentis, Quaeſtionibus Dogmatico-Scholaſticis; & Erronibus.

B

DOGMA I.

Beatitudo coeleſtis, quae Viſionem intuitivam divini Remuneratoris importat, aeterna erit. pag. 53. 69.

SAPIENTES ETHNICI
qui comprobant Dogma.

Aegyptii. 238.
Aethiopes. 239.
Americani plerique. 239.
Brachmanes veteres, & recentiores. 239.
Braſiliani. 239.
Caraibae. 239.
Empedocles. 238.
Epicarmus. 238.
Euripides. 238.
Formoſenſes. 239.
Guebri. 239.
Hiſpaniolenſes. 239.
Homerus. 238.
Hyperborei priſci. 239.
Japones. 239.
Lucianus Samoſatenus. 238.
Mexicani. 239.
Orpheus. 238.
Peguani. 239.
Perſae. 238.
Perſae Mahumedani. 239.
Peruviani. 239.
Pindarus. 238.
Plato. 238.
Plotinus. 238.
Porphyrius. 238.
Proclus. 238.
Pythagoras. 238.
Pythagorei. 238.
Siamenſes. 239.
Sinae permulti. 239.
Socrates. 238.
Stoici. 238.
Tunquinenſes. 239.
Triſmegiſtus vulgatus. 238.
Virgilius. 238.
Virginienſes. 239.
Zeno. 238.

QUAESTIONES
quae elucidant Dogma.

Beatitudo formalis, alias vulgo dicta *Viſio beata*, qua generatim notione gaudet? 60. n. 54. Num ſit illapſus aliquis Dei in animi ſubſtantiam, vel habitualis unio cum animo? 61. n. 55. Num reapſe aliqua operatio increata animo unita? 61. n. 58. Num re producatur a ſolo Deo in animo per intellectionem infuſam, aut ſaltem produci poſſit? 62. n. 62. Num creatus actus vitalis ab animo eliciatur? 65. n. 70. An actus intellectus vel voluntatis? 65. n. 71. Quis ex iis actibus ſit principalis pars beatitudinis? 67. n. 81. Num Beatitudo natura ſua ſit perpetua & de perpetuitate ſecuritas? 69. n. 85.

Beata Viſio num, & quo pacto a mente eliciatur? 70. n. 91. Quo jure ſit ſupernaturalis? 73. n. 102. Quae cauſa illius inaequalitatis? 74. n. 103. Num poſſit ab amore ſejungi? 75. n. 107. Quodnam objectum ſecundarium Viſionis? 80. n. 124. Quaenam ſcientiae illam comitentur? 83. n. 136. Quae longe abſint a mente beata? 85. n. 146.

Beata Voluntas an & quo jure impeccabilis?

lis? 76. n. 111. & libera? 79. n. 121.
Quibus exornetur virtutibus? 88. n. 157.
de *Beati* Dotibus quid? 90. n. 165. de Aureolis? *Ib.* n. 166. de Fructibus? 91. n. 167.

ERRONES
qui in Dogma impegisse feruntur.

Abaelardus Petrus. 56.
Allatius Leo. 58.
Almaricus Carnotensis. 56.
Ambrosius. 59.
Anastasius Sinaita. 59.
Anonymi Philosophastri Parisienses. 57.
Anonymus. 57.
Armeni Novatores. 55.
Arnaldus Brixiensis. 56.
Basilius. 59.
Beguardi, seu Begardi, & Beguini. 58.
Bostrensis Titus. 59.
Chrysostomus. 59.
Cyrillus Alexandrinus. 59.
Cyrillus Hierosol. 59.
Diodorus. 53.
Ebedjesus Senior. 54.
Elias Episc. Anbarae. 54.
Epiphanius. 59.
Eucherius Lugdunensis. 59.
Euthymius. 59.
Hieronymus. 59.
Isidorus. 59.
Nestorius. 53.
Nyssenus Gregorius. 59.
Oecumenius. 59.
Palamas Gregorius. 58.
Palamitae. 58.
Primasius. 59.
Syri Nestoriani. 53.
Theodorus. 53.
Theodoretus. 59.
Theophylactus. 59.
Timotheus. 53.

DOGMA II.

Beatitudine aeterna *justorum Animi* corporibus soluti sub novo Foedere donantur statim ac penitus purgati sunt. 115.

QUAESTIO
quae elucidat Dogma.

Quid de tempore quo *Animi* praedicti Beatitate donantur post mortem J. C? 115.

MONUMENTA ANTIQUITATIS
quae illustrant Dogma.

Abientiae Lapis. 136.
Airadi. 123.
Alexandri. 119.
Alumnae Felicitatis. 129.
Anatolii filii. 128.
Anonymae. 131.
Anonymi Epigraphe. 128.
Anonymi. 132.
Athenodori. 136.
Apolini. 134.
Attici. 130.
Augusti. 126.
Aurelii. 134.
Bacchilii. 136.
Casterii. 136.
Cerviae. 124.
Ciliniae. 137.
Clemetianetis. 126.
Constantis. 133.
Datillae. 128.
Donati. 118.
Exuperantiae. 130.
Fastradae. 126.
Feliciani. 130.
Firmicae. 127.
Florentini. 124.
Gemelinae. 134.
Gregorii. 130.
Heracliae. 129.
Januarii. 127.
Januarii alterius. 137.
Innocentis Amantii. 118.
Juliae. 123.
Leontii. 137.
Liturgia Coptica S. Basilii. 143.
Lucii & Flavii Lapis. 125.
s. Marcellinae. 124.
M. Viriissimi. 135.
Matronae. 131.
Maurentiae. 122.
Missale Gothicum. 142.
Pauliniani Epitaphium. 134.
Pientiae. 125.
Postumii. 123.
Primae. 125.
Romoaldi. 131.
Sabbati. 128.
Sacramentarium Gelasianum. 144.
Sacramentarium Leonianum. 142.
Sacramentarium Rom. Ecclesiae. 140.
Secundini Lapis. 135.
Servuli. 136.
Sicelgaitae. 131.
Simplicianae. 122.
Sut. 131.
Theodiechieldis. 127.

Va-

Valeriae . 122.
Victoriae . 133.
Victoriae alterius . 135.
Urbicae . 137.
Urſi . 132.

ERRONES
qui in Dogma impegiſſe feruntur .

Agrippa Henricus Cornel. 96.
Ambroſius . 98.
Anabaptiſtae . 96. 105.
Anonymi Britanni . 97.
Apollinarius jun. 103.
Arethas . 97.
Armannus Pungilupus . 96.
Armeni Novatores . 96.
Auguſtinus . 98. 103.
Auguſtinus Bohemus . 96.
Auguſtino-Bohemi . 96.
Bernardus . 98.
Brandeburgenſes . 106.
Britanni noviſſimi . 106.
Burnetus , ſeu Burnetius Thomas . 96. 107.
Calvinus . 96.
Cerinthus . 101.
Chiliaſtae . 102.
Chryſoſtomus . 97.
Cnipperdollingius . 108.
Coracius . 103.
Correrii , ſeu Coterelli . 96.
Dionyſius Bar-Salibi . 93.
Felgenhaver Paullus . 108.
Gregorius Bar-hebraeus Abulpharagius . 93.
Guthmann Aegid. 108.
Henricus Morus . 108.
Hilarion Q. Julius . 103.
Hilarius . 98.
Jacobus Bohemius . 108.
Jo. Matthaeus . 108.
Joſeph Medus . 108.
Irenaeus . 97.
Judaei veteres . 101.
Juſtinus . 103.
Kuhlmann Quirin. 108.
Lactantius . 97. 103.
Leyden Jo. 106.
Lutherus . 96.
Marcion . 102.
Maronitae . 94.
Meletiani . 103.
Methodius . 103.
Monophyſitae . 93.
Montaniſtae . 103.
Moſes Barcepha . 93.
Moſes Majemonides . 101.
Muntzerus Thom. 106.
Nepos . 103.
Oecumenius . 97.
Origenes . 97.
s. Papias . 102.
Peterſenius Jo. Guil. 108.
Photiani . 96.
Photius . 96.
Prudentius Aurel. 98.
Pſeudo-Juſtinus . 97.
Quakeri . 108.
R. Menaſſes . 101.
Romanenſes . 108.
Sociniani . 96.
Suevi . 106.
Sulpicius Severus . 103.
Syri Neſtoriani . 92.
Talmuldis Babylonici Authores . 101.
Tertullianus . 97. 103.
Theodoretus . 97.
Theophylactus . 97.
Victorinus . 97. 103.
Vigilantius . 92.
Waldenſes Cathari . 96.
Weber Auguſtinus . 106.
Weigelius Valentin. 108.

C

DOGMA III.

Coelites cultu ſacro , & religioſo licite proſequimur , & invocamus ceu Mediatores ſecundarios , qui precibus aut patrocinio rebus noſtris apud Deum ſuccurrunt. Tum eorundem Liſpana & Imagines pietate conſimili ſancte colimus . 176. 179. 180. 183. 190.

MONUMENTA ANTIQUITATIS
quae diſtribute ſingula expoſiti Dogmatis Capita illuſtrant .

Abundantii Epitaphium . 213.
Adelphonſi Regis & Scemenae Monumentum . 231.
Adriani P. Titulus . 199.
Anſemundi, & Ansleubanae Diploma. 220.
Camaſii , ſeu Asclepii Lapis . 204.
Clodovei Placitum . 210.
s. Damaſi Epigramma . 196.
Dometii & Arcadii Votum . 194.
s. Felicitatis Lapis . 194.
Gallae Placidiae Aug. Votum . 196.
Gregorii P. Votum , 207.

Joannis Epiſc. 198.
Joannis Tabula muſiva. 214.
s. Joanni Baptiſtae Vota tria. 197. ſq.
Joannis, & Decibilis Sigillum plumbeum. 230.
Juſtiniani, & Theodorae Votum. 198.
Kalendarium Marmoreum Neapolitanum. 208.
Kalendarium Marmor. Romae. 211.
Kalendarium Romanum. 216.
s. Laurentii Lapis. 197.
Leonis P. III. Numi duo. 222. 227.
Litaniae ex Cod. Remigiano. 219.
Martyrologium Hieronymianum. 216. ſq.
Monimenta plurima indicata. 231.
Nazarii, & Victoris Epigramma. 199.
Numi plurimi indicati. 229.
Pecorii Lapis. 214.
s. Petro Votum. 394.
Principalis Lapis. 213.
Ranimiri Reg. Diploma. 222.
Sacramentarium Gregorianum bis. 215.
Severi Votum. 203.
Sigillum plumbeum. 229.
Sigilla plurima indicata. 230.
Theodori & Conſtantinae Votum. 197.
Theophanonis Numus. 229.
Tiburtii Valeriani, & Maximi Lapis. 213.
Wambae Regis Votum. 198.

QUAESTIONES
quae elucidant Dogma.

Coelites ne generatim licet cultu ſacro & religioſo proſequi? 176. Licitum ne ac pium *Reliquias Coelitum* cultu ſacro ac religioſo venerari? 179. Itemque ſacras ipſorum *Imagines*? 180. Quo pacto, rituque liceat Coelites beatos colere, eorumque Reliquias & Imagines? 182. Quid de *Interceſſione* Coelitum? 190.

ERRONES
qui in Dogmata ſupra expoſita diſtributa impegiſſe feruntur.

Acatholici plerique. 174.
Ado Ep. 162.
Agobardus Epiſc. Lugdun. 162.
Albigenſes. 171.
Alemanni. 168.
Almaricus. 171.
Anaſtaſius. 167.
Anonymi. 169.
Anonymi Judaei. 150.
Ariani. 153.
Armeni. 168.
Author Librorum Carolinorum. 161.
Balbus Michaël. 165.
Baſilides. 153.
Baſilius. 169.
Bogomili. 169.
Caini, ſive Cajani. 153.
Calvinicolae. 174.
Calvinus. 174.
Carolſtadius Andreas. 175.
Cathari. 169.
Claudius Epiſc. Taurin. 166.
Colliridiani. 153.
Conſtantinus VI. Imp. 163.
Conſtantinus Epiſc. 156.
Conventus Pariſienſis. 161.
Copronymus Conſtantinus. 157.
Dungalus. 162.
Eginhardus. 162.
Encratitae. 153.
Ethnici generatim. 147.
Eunapius. 148.
Eunomius. 153.
Euſtathius ſeu Euſtaſius, aut Eutactus. 153.
Ezidus, ſeu Jezidus aut Izithus. 156.
Fauſtus. 153.
Felix Epiſc. Urgellenſis. 160.
Gnoſtici. 153.
Gnapheus Petrus. 153.
Hebraea gens. 150.
Henriciani. 169.
Hierax. 149.
Hieronymus Pragenſis. 173.
Hincmarus. 162.
Huſſitae Bohemi. 172.
Iconomachi, ſeu Iconoclaſtae. 155.
Jonas Ep. Aurelian. 162.
Jovinianus. 153.
Leo Armenus. 165.
Leo III. Iſaurus. 156.
Lollardi. 171.
Lollardus Waltherus. 171.
Lutheri Schola. 174.
Lutherus. 174.
Mahumedani. 151.
Mahumedes. 152.
Manichaei. 153.
Marcionitae. 153.
Maximus Grammaticus. 149.
Moslemi. 152.
Muntzerus Thomas. 175.
Nicephorus. 165.
Novatiani. 153.

No-

Novatiani alii. 154.
Paulliciani. 154.
Petrobruſſiani. 169.
Phantaſiaſtae aut Theopaſchitae. 153.
Pichardi. 175.
Porphyrius. 147.
Porphyrogenitus Leo IV. 159.
Przipcovius Samuel. 175.
Pſeudo-Synodus CP. 165. ſq.
Radeccius Andreas. 176.
Samaritani. 150.
Scriptores Annalium Francorum, Bertinianorum, & Fuldenſium. 162.
Severus. 153.
Sociniana Schola. 175.
Strabo Walafridus. 162.
Theophylus. 166.
Vigilantius. 153.
Volckelius. 176.
Walchius Jo. 171.
Waldenſes. 169.
Wicleffitae ſeu Lollardi. 172.
Xenajas. 153.

DOGMA IV.

Corpora Coelitum poſt communem reſurrectionem una cum animis in empyreo *beata* erunt 232. 446.

QUAESTIONES *quae elucidant Dogma.*

Coelitum Corpus quo ſtatu reſurget perpetuo beandum? 232. n. 252. Ut ex animae beatitudine corpori beatitas derivetur? 232. n. 255. In quo ſita ſit corporis beatitudo? 233. n. 258. Quid de impaſſibilitate? 234. n. 261. De agilitate? 235. n. 262. De ſubtilitate? 235. n. 263. De claritate? 235. n. 264. De viſu, auditu, olfactu? 236. n. 265. de guſtu, tactu, adpetitu ſentiente? 236. n. 267.

DOGMA V.

Corpora Impiorum poſt communem reſurrectionem una cum animis in Gehenna cruciabuntur 446.

E

DOGMA VI.

Empyreum ſedes Beatorum eſt. 398.

SAPIENTES ETHNICI *qui comprobant Dogma.*

Ii nimirum qui pro felicitate hominis referuntur p. 238. & mox adpellati ſunt p. 479.

MONUMENTA ANTIQUITATIS *quae illuſtrant Dogma.*

Andreae Ep. Epigraphe. 405.
Anonymi. 407.
Anonymi alterius. 409.
Bonae Donatio. 416.
s. Ceſariae Epitaphium. 407.
Codex Gelaſianus. 412.
Dioſcori Titulus. 409.
Diptychum Novarienſe. 417.
Documenta indicata. 416.
Egnatii Priſciliani Titulus. 411.
Eleuteriae. 410. ſq.
s. Euſebii. 404.
Eutichii. 406.
Florentinae. 411.
Gammonis Charta. 415.
Gaudentii Epigraphe. 407.
Guinifredii Donatio. 416.
Juliae Lapis. 409.
Lapides indicati. 409.
L. Aviani Titulus. 412.
L. Statii Oneſimi Epigraphe. 412.
Ludovici Pii Charta. 416.
Miſſale Gotichum. 414.
Monimenta indicata. 420.
Officium Graecum. 415.
Petroniae Titulus. 408.
Petronii Lapis. 405.
Rartperti Donatio. 415. ſq.
Ruſticae Lapis. 405.
Septimii & Creſcentinis Lapis. 410.
Thomae Votum. 408.
Tigridis Lapis. 411.
Valeriani Titulus. 410.
Urbicae Lapis. 406.

QUAESTIONES *quae elucidant Dogma.*

de *Empyreo* quid? 403. n. 380. Quae ibi futura ſint oblectamenta corporea? 404. n. 383.

ERRONES *qui in Dogma impegiſſe feruntur.*

Albius Tibullus. 341.
Almaricani. 351.
Anneus L. Seneca. 354.
Anonymi Pariſienſes. 351.
Anonymi alii. 343. 352.
Ariſtoteles. 343.
Balbus Michaël. 351.
Beguini. 352.
Brachmanes Indi. 342.
Brentius Jo. 354.

Bullingerus Henr. 353.
Cajetanus Thomas de Vio. 355.
Cicero T. 354.
Claudianus. 341.
David Georgiani. 351.
Fabritius. 354.
Gualterus Rudolphus. 353.
Homerus. 341.
Japones recentiores. 342.
Japones veteres. 341.
Jovinianus. 350.
Judaei veteres, & juniores. 343.
Libertini. 351.
Majemonides. 344.
Major Gregorius. 350.
Mahumedani. 345.
Manichaei. 349.
Menaſſe ben Iſraël. 345.
Meſſaliani fortaſſe Syri. 351.
Mythologi plerique. 341.
Origenes. 349.
Philoſophi plerique. 342.
Photion. 354.
Pindarus. 341.
Plato. 354.
Platonici. 343.
Sadocaei. 343.
de Sanctes Claudius. 356.
Schmidelinus. 354.
Schonfeldius. 350.
Siamenſes. 342.
Sociniani. 349.
Spangenbergius Jo. 350.
Steuchus Auguſtinus. 356.
Stoici. 343.
Triſmegiſtus Mercurius. 353.
Valentiniani. 347.
Valentinus. 347.
Verderius. 350.
Vermilius. 350.
Virgilius. 341.
Vorſtius Conr. 356.
Xenophon. 354.
Zwingliani Tigurini. 353.
Zwinglius. 353.

DOGMA VII.

Empyreum incolit Chriſti Anima cum corpore reſumto ab uſque die glorioſae ejus Adſcenſionis. 145.

QUAESTIO
quae elucidat Dogma.

Num modo ſint animae aliquae Empyrei incolae cum corporibus reſumtis? 145.

F

DOGMA VIII.

Finis homini *ultimus ſupernaturalis* Deus, aeterna beatitate poſſidendus. 18.

SAPIENTES ETHNICI
qui apud pleroſque Interpretes Dogma quadantenus adumbraſſe videntur.

Alcinous. 19.
Anaxagoras. 18.
Architas Tarentinus. 18.
Ariſtoteles. 19.
Atticus. 18.
Jamblichus. Manilius. Max. Tyrius. Philemon. 19.
Plato. 18.
Plotinus. 19.
Plutarchus. 18.
Porphyrius. 18.
Porphyrius iterum. 19.
Proclus. 19.
Salluſtius. 19.
Seneca. Socrates. Triſmegiſtus. 18.

MONUMENTA ANTIQUITATIS
quae illuſtrant Dogma.

Adjutoris Lapis. 21.
Aetherii. 24.
Amantii. 22.
Ambroſianae Baſilicae Sarcophagus. 44.
Anonymae Lapis. 27.
Anonymi. 26.
Anonymi alterius. 27.
Claudii Patritii. 26.
Conſtantii, & Soſannae. 26.
Deusdedit P. Sigillum. 42.
Euſtolii Lapis. 28.
Faëntiae. 26.
Fragmentum Vitreum. 44.
Gemma anularis. 45.
Joviani Numus. 37.
Junii Baſſi Sarcophagus. 21.
Lucerna vetus. 38.
Mauricii Tiberii Numus. 38.
Monumenta plurima indicata. 28.
Orationale Gothico-Hiſp. 30. bis & 32.
Orbis Argenteus. 45.
Patina S. Petri Chryſologi. 47.
Peregrinae Lapis. 25.
Perpetui. 25.

Sa-

Sabini. 22.
Severiani. 21.
Siricii P. Inſcriptio. 22.
Vitalis. 28.

QUAESTIONES
quae elucidant Dogma.

Finis ultimus eſt ne homini? 12. n. 4. Num quidquid adpetit, neceſſario adpetat propter finem ultimum? 13. n. 7. Num ſeorſim ab ordinatione Dei ſit homini connaturale aliquem habere ultimum finem, ſive hic, ſive ille fuerit? 15. n. 16. *Finis ultimus* homini qualis? 16. n. 20. *Finis*, ſeu beatitudo objectiva naturalis hominis in quo ſpeciatim ſita eſt? 16. n. 21. In quo ſupernaturalis? 18. n. 28. Anne utramque adpetitu innato adpetit? 48. n. 35. An eas adpetat adpetitu elicito, ſeu actu vitali ex praevia cognitione? 50. n. 41. Beatitas ſuperna adprehenſa in hoc ſeculo neceſſitat ne amorem non modo quoad ſpeciem, ſed etiam quoad exſercitium? 51. n. 48.

ERRONES
qui in Dogma impegiſſe ferunturs.

Antiſthenes. 5.
Ariſtippus. 4.
Ariſton. 6.
Ariſtoteles. 7.
Bonzii. 2.
Buddas ſeu Xaca. 3.
Callipho. 8.
Cerinthus. 10.
Cicero. 9.
Cleantes. 7.
Critolaus. 4.
Democritus. 7.
Diodorus. 4.
Diodorus Cronus. 8.
Dinomachus. 8.
Dionyſius Heracleotes. 6.
Epicurus. 8.
Herillus. 6.
Hieronymus Rhodius. 8.
Judaei. 9.
Lanzu. 2.
Lycon, aut Glicon. 4.
Mahumedani. 11.
Peripateticorum Claſſis. 7.
Polemo. 4.
Secta Cynica. 5.
Secta Stoica. 5.
Socrates. 4.
Speuſippus. 4.
Stilpo. 4.
Stoici Anonymi. 6.
Zeno. 5.

I

DOGMA IX.

Infernus Gehennalis exſiſtit. 399. 445.

SAPIENTES ETHNICI
qui quomodolibet adumbrant Dogma.

Aegiptii.
Dionyſius Halicarnaſſeus.
Graeci.
Hebraei.
Heſiodus.
Homerus.
Lucianus.
Lucretius.
Macrobius.
Mahumedani.
Malchus.
Orpheus.
Ovidius.
Pagani ferme omnes.
Papinius Statius.
Plato.
Plutarchus.
Seneca.
Seneca comicus.
Tullius.
Virgilius.
Zeno.
} (400.

Addendi ferme ii omnes qui pro beatitate in bonorum retributionem laudati ſunt.

MONUMENTA ANTIQUITATIS
quae illuſtrant Dogma.

Andegavenſes Formulae. 465.
Anonymi Lapis. 450.
Anonymi alterius. 461.
Benedicti Epitaphium. 460.
Bonae Donatio duplex. 465. ſq.
Dominici Monimentum. 451.
Gammonis Charta. 465.
Leonis P. III. Donatio. 450.
Liturgia Alexandrina s. Gregorii. 464.
Monumenta indicata. 464. 466.
Orationale Gothico-Hiſpanum. 464.
Sacramentar. Gregorianum. 462.
Sacramentar. Rom. Eccl. 461.
Silonis Regis Placitum. 466.
Teubaldi Donatio. 461.
Valentini Martyris Lapis. 451.

QUAESTIONES
quae elucidant Dogma.

de *Inferno* Gehennali quid? 445. n. 413.
Infelicitas hominis, quam veteres formalem dixerunt, in quo reponenda? 467. n. 427. Quid de poena Animi in mente? 472. n. 440. in voluntate? 472. n. 442.
in *Inferno gehennali* ignis qualis sit exurens corpora; & qui agat in spiritus impios? 474. n. 449. Quonam alio poenarum genere praeter ignem ibi corpora crucientur? 477. n. 457.

ERRONES
qui in Dogma impegisse feruntur.

Albigenses veteres. 391.
Algazel. 377.
Almaricani. 391.
Ambrosius. 383.
Anabaptistae. 393.
Anonymi veteres. 377. 388.
Anonymi alii. 397.
Anonymi recentiores. 387.
Anonymus Theologus Berolinensis. 393. 396.
Arbelensis Georgius. 389.
Armeni Novatores. 390.
Arnobius. 383.
Augustinus. 384. 386.
Augustinus Bohemus cum suis. 393.
Avicenna. 377.
Baal Turrim. 380.
Babaeus Archimandrita. 389.
Barbara Regina. 391.
Basilides. 381.
Beguardi. 391.
Bernardus. 384.
Beza. 393.
Bionius. 397.
s. Bonaventura. 384.
Cabbalistae. 381.
Cajani. 376.
Cajetanus. 384. 394.
Cain. 376.
Cathari Albigenses & Bagnolenses. 391.
Catharinus Ambrosius. 394.
Calvinus. 392. 393.
Chrysostomus. 386.
Crellius Jo. 394.
Cicero. 377.
Danaeus. 393.
Dattievensis. 390.
David-Georgiani. 391.
Denckiana factio. 393.
Denckius Jo. 392.
Didymus. 383.
Diodorus. 388.
Edessenus Stephanus. 389.
Epiphanius. 384.
Erigena Jo. 391.
Ethnici ut plurimum. 376. 377. 379.
Eunomiani. 381.
Eusebius Caesar. 383.
Filenus. 393.
Fulgentius. 384.
Gazaeus Aeneas. 383.
Graeci e medio aevo. 390.
Gregorius M. 384.
Guilliaudus Claudius. 384.
Hilarius. 384.
Homines Intelligentiae. 391.
Jahm cum secta sua. 378. sq.
Jana seu Joanna Leadea. 394.
Japones. 377.
Jesuitae. 389.
Infernales. 391.
Irenaeus. 383.
s. Isaac Ninivita. 389.
Junius. 393.
Justinus. 383.
Juvenalis. 377.
Lactantius. 383.
Libertini. 391.
Lucianus. 377.
Lucretius Carus. 377.
Lutherus. 392.
Magister Sententiar. 384.
Mahumedani. 391.
Manes cum Adsectis. 384.
Maronitae. 390.
Messaliani. 381.
Minucius Felix. 383.
Nemesius. 384.
Nyssenus Gregorius. 383.
Obedjesu. 390.
Origenes. 382.
Origenistae nuperi. 394.
Origenistae veteres. 393.
Orodniensis Jo. 390.
Ostorodus Christoph. 394.
Pharisaei vetustiores. 380.
Philo Hebraeus. 383.
Philosophi Saraceni. 377.
Plinius. 377.
Plutarchus. 397.
Porphyrius. 377.

Praepositivus . . 387.
Prudentius Clem. Aurel. 386.
Pullus Robertus . 384.
Pythagoras . 377.
Rabbini varii . 379. 380. 397.
R. David Kimchi . 380.
R. Jacobus Chavif . 381.
R. Isaac Ben Arama . 381.
R. Jalkut . 380.
R. Menaches . 380.
R. Moses Almosny . 381.
R. Simeon Ben Lakisc . 380.
Rainoldus . 393.
de Roches Francis . 387. 393. 396.
Ruisvich Hermann . 391.
Rupertus . 384.
Sadocaei . 379.
Salomon Bassorensis Antistes . 389. 390.
Smalcius Valentinus . 394.
Seleuciano-Hermiani . 387.
Seneca L. Ann. 377.
Sociniani Veteres cum Fausto suo . 394.
Swinfenius . 397.
Syri Nestoriani . 388.
Talmudistae . 379. 380.
Targum . 380.
Tatianus . 383.
Tertullianus . 381. 383.
Theodorus Mopsuest. 389.
Theophylactus . 383.
Timotheus I. Patriarcha . 389.
Vallius . 397.
Vanachanus . 390.
Vartanus . 390.
Ubiquistae cum suo Brentio . 393.
Victor Antioch. 384.
Volckelius Jo. 394.

DOGMA X.

Inferni Gehennalis supplicia *aeterna sunt* . . 446.

SAPIENTES ETHNICI
qui comprobant Dogma .

Brachmanes .)
Chaldaei .)
Horatius .)
Indi Americani .)
Lucianus .)
Mahumedani .) (447.
Malabares .)
Plato .)
Propertius .)
Seneca .)
Stobaeus .)
Virgilius .)

QUAESTIO
quae elucidat Dogma .

Aeternitas poenae pro peccato , quod momento praeterit unde oriatur ? 470. n. 436.

ERRONES
qui in Dogma impegisse feruntur .

Nimirum complurimi ex iis qui impegisse feruntur in Dogma de Inferno gehennali , ut puta prae primis *Origenistae* veteres ac nuperi . Eos acerva tim cum ceteris mox pertexuimus p. 486.

DOGMA XI.

Judicium privatum anima post Mortem subit . 274.

SAPIENTES ETHNICI
qui comprobant Dogma .

Aegypti Sophistae . 275.
Baneanes . 275.
Brachmanes . 275.
Graeci Philosophi & Poetae . 274.
Hierocles . 275.
Homerus . 275.
Jamblichus . 275.
Lucianus . 275.
Mahumedani . 275.
Mythologi frequentissimi . 274.
Orpheus . 275.
Persae Guebri . 275.
Persae Veteres . 275.
Peruviani . 275.
Plato cum Schola sua . 274.
Plautus . 275.
Pythagoras . 275.
Romani . 275.
Stoici . 275.
Trismegistus . 274.
Virgilius . 275.

QUAESTIO
quae elucidat Dogma .

de *Judicio* privato quid ? 283. n. 206.

ERRONES
qui in Dogma impegisse feruntur .

Ambrosius . 244.
Armeni Novatores . 243.
Dattievienſis .)
Lactantius .)
Orodnienſis Joan.)
Pseudo-Justinus .) (244.
Theodoretus .)
Vanachanus .)
Vartanus .)

Subnecti possent qui nullum omnino agnoverc

verunt Judicium, jamjam recitandi.

DOGMA XII.

Judicium vniverſale poſt communem reſurrectionem Animae omnes ſubibunt 274.

MONUMENTA ANTIQUITATIS
quae comprobant Dogma.

Aivaldi Diploma. 339.
Caſſii Lapis. 334.
Codex Graecus. 339.
Codex ms. s. Benedicti Floriacenſis. 338.
Documenta indicata. 339.
s. Eugenii Lapis. 335.
Gaidoaldi Charta. 339.
Gennadii Diploma. 340.
Gregorii Lapis. 335.
Jaquinti Epitaphium. 334.
Liturgia coptica s. Baſilii. 336.
Ludovici Pii Diploma. 340.
Monumenta alia indicata. 335.
Orationale Gothico-Hiſpanum. 336.
Ordonii III. Placitum. 340.
Petri Lapis. 333.
Sacramentar. Gregorianum. 339.
Teudici Charta. 340.
Theophili Lapis. 335.
Urſi. 333.

QUAESTIONES
quae elucidant Dogma.

de *Judicio univerſali* generatim quid? 321. n. 327. De ſignis praeceſſuris Judicium? 321. n. 330. De Actione Judicii? 328. n. 349. De conſequuturis Judicium? 332. n. 365.

ERRONES
qui in Dogma impegiſſe feruntur.

Albanenſes vulgati. 268.
Auguſtinus. 273.
Barboriani aut Borboriani, vel etiam Barboritae. 243. 268.
Bebelius Balthaſar. 273.
Beza. 272.
Calvinus. 272.
Cathari Albigenſes, Bagnolenſes, Concoretiani. 269.
Doſitheus cum grege ſuo. 268.
Eunus, ſeu Eudo de Stella. 270.
Floriani. 268.
Florinus. 268.
Georgius David. 271.
Gregorius M. 273.
Hieronymus. 273.
Judaei. 269.
Iſidorus Hiſpal. 273.
Lactantius. 273.
Manichaei. 268.
Origenes. 270.
Phariſaei. 270.
Proclianitae. 268.
Proclinus. 268.
Proteſtantes plerique. 273.
Sadocaei. 243. 270.
Samaritani. 243.
Sociniani. 270.
Symmachus cum ſuis. 268.
Valentiniani. 268.

L

DOGMA XIII.

Limbus Patrum exſtitit. 398. Receptaculum nempe extra Empyreum pro animis juſtorum Teſtamenti veteris ante mortem Chriſti Redemtoris exutis corporibus, & culpae reatu penitus immunibus. 109.

MONUMENTA ANTIQUITATIS
quae comprobant Dogma.

Plurima varii generis indicata. 421.

QUAESTIONES
quae elucidant Dogma.

de *Limbo* Patrum quid? 420. n. 384. Quid de tempore determinato donatae olim beatitatis praedicti Teſtamenti veteris animis ante mortem J. C? 109. n. 169.

ERRONES
qui in Dogma impegiſſe feruntur.

Beza. 357.
Cadonicus Jo. 358.
Cagliola Proſp. 358.
Calvinus Jo. 357.
Dalhamus Florianus. 358.
Euthymius. 357.
Feltrius Angelus M. 358.
Lamius Joan. 358.
Niemannus Sebaſtianus. 357.
Proteſtantes communi voto. 357.
Ruffus Gerardus. 357.
Siricius Mich. 357.
Theophylactus. 357.

DOGMA XIV.

Limbus Parvulorum exſtitit. Ubi nempe animi cum peccato duntaxat originis decedentes poenam damni aeternam ſubeunt. 398. 421.

QUAESTIO
quae Dogma elucidat.

de *Limbo* Parvulorum quid? 421. n. 386.

ERRONES
qui in Dogma impegisse feruntur.
Anabaptistae. 362.
Anonymi ex Protestantibus. 362.
Beza. 362.
Bianchi Ignatius Ludovicus. 363.
Bullingerus Henr. 362.
Buzerus. 362.
Calvinus. 362.
Columbus Hieronym. 363.
Eversores alii Dogmatis. 364.
Pelagiani. 359.
Petrus Martyr. 362.
Victor Vincentius. 361.
Zwinglius. 361.

M

DOGMA XV.
Mors Hominis est, & *poena* quidem *peccati* originis. 274. 277.
QUAESTIO
quae Dogma elucidat.
de *Morte* quid? 227. n. 291.
ERRONES
qui in Dogma impegisse feruntur.
Coelestius ac ejus gregales.)
Flavius Joseph.)(242.
Hebraei quidam.)
Menander. 240.
Mercerus.)
Pelagiani novi Anglicani.)(242.
Pelagius.)

DOGMA XVI.
Mundi conflagratio in diebus novissimis adveniet. 274.
SAPIENTES ETHNICI
qui comprobant Dogma.
Anaxagoras.)
Anaximander.)
Anaximenes.)
Anonymi.)
Archelaus.)
Diogenes.)
Galli vetustiores.)
Guebri.)
Heraclitus.)(276.
Hippasus Pythagoricus.)
Leucippus.)
Lucanus.)
Lucretius.)
Ovidius.)
Peguani.)
Persae.)
Philosophi Chaldaei.)
Physici quidam.)
Plato.)
Siamenses.)(276.
Sinae.)
Stoici.)

P

DOGMA XVII.
Purgatorium pro animabus alicui adhuc expiationi obnoxiis conditum est. At eaedem tamen animae juvantur suffragiis viventium etiam quantum ad remissionem poenae. 398. 426.
SAPIENTES ETHNICI
qui partim comprobant Dogma.
Homerus. 400.
Jamblichus. 400.
Plato cum schola sua. 399. sq.
Pythagoras. 399.
Virgilius. 400.
MONUMENTA ANTIQUITATIS
quae illustrant Dogma.
Adualdi Lapis. 433.
Aivaldi Donatio. 445.
Alsatii & Hildegardis Lapis. 432.
Anonymorum. 434. sq.
Antiphonarium s. Gregorii. 441. sq.
Caletyches & Victorini Marmor. 434.
Caretrudae. 431.
Charae. 432.
Dorothei. 435.
Eugenii. 436.
Formicae. 434.
Hermengardis. 432.
Joannis. 436.
Kalemeri, & Hilari. 433.
Leae. 435.
Letis. 435.
Luciferae. 430.
Martini. 430.
Monumenta plurima indicata. 433. 437.
Pauli Lapis. 432.
Paulinae. 434.
Radelcaris. 431.
Ranimiri. 431.
Ratperti Donatio. 444.
Sacramentar. Leonianum. 444.
Victoriae Marmor. 435.
QUAESTIO
quae Dogma elucidat.
de *Purgatorio* quid? 425. n. 396.
ERRONES
qui in Dogma impegisse feruntur.
Abassini. 466.

Aëriani novi . 375.
Aërius . 364.
Albanenſes vulgo dicti . 367.
Albigenſes . 371.
Ameſius . 375.
Anabaptiſtae Trinitarii . 374.
Armeni Novatores . 367.
Auguſtino-Bohemi . 375.
Bagnolenſes . 371.
Baſilides . 364.
Brentius . 374.
Calixtus . 375.
Calvinus cum ſchola ſua . 373. 375.
Cathari . 371.
Centuriatores . 374.
Cellarius Balthaſ. 375.
Cophti . 366.
Crocius . 375.
Dalleus Jo. 375.
Eilbrachtius . 373.
Flagellantes . 369.
Graeci communi voto . 367.
Gregor. Dattievenſis . 367.
Gundultus cum grege ſuo . 368. ſq.
Hulſemannus Jo. 375.
Hunnius Aegid. 375.
Huſs . 372.
Jacobitae . 366.
Jacobus Rex . 375.
Lutherus cum ſchola ſua . 373. 375.
Maronitae . 367.
Melanchthon Philip. 374.
Neſtoriani Syri . 365.
Ochinus Bernard. 374.
Pareus . 375.
Perckinſius . 375.
Proteſtantes in Confeſſionibus fidei . 375.
Pſeudo-Apoſtolici . 370.
Scheiblerus . 375.
Vanathanus . 367.
Vartanus . 367.
Vermilius . 375.
Waldenſes . 371.
Waldenſes neoterici . 375.
Waldenſes Pedemontani . 371.
Wicleffus Jo. 371.
Zwingliani plurimi . 374.

R

DOGMA XVIII.

Reſurrectio communis in die noviſſimo futura eſt . 274.

SAPIENTES ETHNICI *qui partim aut ex integro adumbrant Dogma .*

Aegyptii . 275.
Braſiliani . 276.
Crytippus . 275.
Democritus . 275.
Genethliaci, ſeu Chaldaei Anonymi . 275.
Guebri . 276.
Heraclitus . 275.
Homerus . 275.
Lucretius . 275.
Magi Perſae . 276.
Mahumedani . 276.
Mythologi nonnulli . 275.
Parmenides . 275.
Peruviani . 276.
Pherecydes Syrus . 275.
Phocylides . 255. 291.
Plato . 275.
Poëtae . 275.
Porphyrius . 275. 291.
Pythagoras cum Adſeclis .)
Stoici .)
Triſmegiſtus .)(275.
Virgilius .)
Zoroaſter .)

MONUMENTA ANTIQUITATIS *quae illuſtrant Dogma .*

Agnelli Epitaphium . 293.
Alberadi Lapis . 295.
Amantiae . 306.
Anonymi . 289. ſq. 302. 306.
Arniperti . 295.
Aſteriae . 306.
Aureliae Vitaliae . 301.
Aurelii Balbi . 289.
Aurelii Munni . 305.
Baſilii . 293.
Breviarium Moz. Tolet. indicat. 309.
Calevii Marmor . 317.
Campani . 301.
Catervii, & Severinae . 292.
Cerontidiani . 307.
Claudiae . 300.
Codex MS. Floriacenſis . 309.
Cubicularii Lapis . 291.
Deſiderii . 291.
Deusdet . 307.
Documenta indicata . 315. 319.
Eraclii Lapis . 300.
Euphemiae & Joh. Epigraphe . 294.
Florae Lapis . 300.

Frag-

Fragmenta vitrea . 316. 318.
Kalendarium Membranaceum . 311.
Kalendaria in genere indicata . 312.
Lapides indicati . 301. 317.
Laurentiae Lapis . 289.
Laurentii . 299.
Laurentii & Johannae . 294.
Leonis . 295.
Leonis alterius . 304.
Liturgia coptica s. Gregori . 312.
Lupi Lapis . 296.
Marciani . 315.
Martyrologia generatim indicata . 312.
Matronae Lapis . 305.
Modesti . 299.
Neriae Seberae . 300.
Pecori . 307.
Publiliae Florentiae . 314.
Quintianetis . 305.
Respecti . 299.
Romanae . 307.
Sacramentar. Gelasianum . 308.
Sacramentar. Gregorian. indicat . 312.
Sacramentar. Rom. Eccl. 308.
Salustiae Lapis . 299.
Severiani . 292.
Splenditae . 306.
Stephani . 294.
Suricae . 306.
Sylvanae . 299.
Symbola alia indicata . 310.
Tabellae anagliphae . 315. 318. 319.
Tabulae depictae . 316. 319. 320.
Tabula musiva . 317.
Tabulae aliae indicatae . 320.
Venerii Lapis . 292.
Victoriani . 304.
Victoris . 304.
Virginiae . 296.

QUAESTIONES
quae elucidant Dogma .

de *Resurrectione privata* quid ? 285. n. 314.
De Resurrectione communi? 286. n. 315.

ERRONES
qui in Dogma impegisse feruntur .

Aeschylus . 245.
Albigenses varii . 256.
Almaricus cum Adsectis . 256. 260.
Anabaptistae . 258.
Andreas Ugolini filius . 261.
Anonymi . 264.
Anonymi Arabes . 257.
Anonymus Presbyter . 266.
Apelles . 255.
Arabici . 257.
Archontici . 255.
Armeni Antiquiores . 259.
Augustinus . 263.
Basilidiani . 255.
Bardesanes . 255.
Beausobrius . 263.
Bogomili . 260.
Cabbalistae . 252.
Calvinus . 256.
Cajani . 253.
Carpocratiani . 255.
Gathari novi . 25[illegible].
Catullus . 245.
Celsus . 264.
Cerdoniani . 255.
Colorbasii . 255.
Corinthii . 254.
Gavid Georgius cum grege suo . 256.
s. Eutychius . 267.
Gnostici . 255.
Harbanistae . 246.
Hermias . 255.
Hierachitae . 255.
Homines Intelligentiae . 256.
Hymenaeus . 255.
Judaei . 246. 259.
Lucretius Carus . 245.
Mahumedani . 264.
Manichaei . 255.
Marcionitae . 255.
Marcus quidam . 255.
Millenarii Britanni novissimi . 264.
Ophitae . 255.
Origenistae . 255.
Origenes . 255.
Ortlibenses . 256.
Pagani quasi voto communi . 246.
Patareni . 262.
Pharisaei veteres . 246.
Philetus . 255.
Philoponus Jo. 259.
Philosophi veteres perplurimi . 245.
Photiani novi . 259.
Plinius . 246.
Priscillianistae . 255.
Proclianitae . 255.
Rabbini plerique . 253.
Rab. David Kimchi , 253.
Sadocaei . 248.
Samaritani . 249.
Seleucus . 255.

Severiani. 255.
Simon Magus. 253.
Socinus Faustus cum suis. 262. sq.
Synesius. 265.
Talmudici. 250.
Theocritus. 245.
Valentiniani. 255.
Waldensium sectae variae. 256.
Windetus. 263.

INDEX II.

SAPIENTUM ETHNICORUM.

A

Aegyptii pro vis. Beat. 238. Jud. priv. 275. Gehen. 400. Resur. com. 275
Aethiopes pro vis. beat. 239
Alcinous pro Fine supernaturali hominis. 19
Americani plerique pro vis. beat. 239
Anaxagoras pro fin. superno. 18. Mundi conflagr. 276
Anaximander pro mund. conflagr.)
Anaximenes pro mund. conflagr.)(276.
Anonymi pro mund. conflagr.)
Archelaus pro mund. conflagr.)
Architas Tarentinus pro fin. supern. 18
Aristoteles pro fin. superno. 19
Atticus pro fin. supern. 18

B

Baneanes pro Judic. privat. 275
Brachmanes veteres, & recentiores pro vis. beat. 239. Judic. privat. 275. aetern. poen. 447
Brasiliani pro vis. beat. 239. Resur. com. 276

C

Chaldaei pro aetern. poen. 447
Caraibae pro vis. beat. 239
Crysippus pro Resur. com. 275

D

Democritus pro Resurr. com. 275
Diogenes pro mund. conflagr. 276
Dionysius Halicarnasseus pro gehen. 400

E

Empedocles pro vis. beat.)
Epicarmus pro vis. beat.)(238.
Euripides pro vis. beat.)

F

Formosenses pro vis. beat. 239

G

Galli vetustiores pro mund. conflagr. 276
Genethliaci, seu Chaldaei pro Resur. com. 275
Graeci pro Gehenn. 400
Graeci Philosophi pro Judic. privat. 274
Graeci Poëtae pro Judic. privat. 274
Guebri pro vis. beata. 239. Resur. com. 276. Mundi conflagr. 276

H

Heraclitus pro Resur. com. 275. Mund. conflagr. 276
Hesiodus pro Gehen. 400
Hierocles pro Judic. privat. 275
Hippasus Pythagoricus pro Mund. conflagr. 276
Hispaniolenses pro vis. beat. 239
Horatius pro aetern. poenar. 447
Homerus pro Vis. beat. 238. Judic. privat. 275 Resur. com. 275. Purgat. 400. Gehen. 400
Hyperborei prisci pro Vis. beat. 239

I

Jamblichus pro fin. supern. 19. Judic. privat. 275. Purgat. 400
Indi Americani pro aetern. poen. 447
Japones pro Vis. beat. 239

L

Leucippus pro mund. conflagr. 276
Lucanus pro mund. conflagr. 276
Lucianus pro Judic. priv. 275. Gehen. 400 aetern. poen. 447
Lucianus Samosatensis pro Vis. beat. 238
Lucretius pro Resur. com. 275. Mund. conflagr. 276. Gehen. 400

M

Macrobius pro Gehen. 400
Magi Persae pro Resur. com. 276
Mahumedani pro Judic. privat. 275. Resur. com. 276. Gehen. 400. aeternit. poenar. 447
Malabares pro aetern. poenar. 447
Malchus pro Gehen. 400
Manilius pro fin. supern. 19
Max. Tyrius pro fin. supern. 19
Mexicani pro Vis. beat. 239
Mythologi pro Judic. privat. 274. Resur. com. 275

O

Orpheus pro Vis. beat. 238. Judic. privat. 275. Gehen. 400
Ovidius pro Mund. conflagr. 276. Gehenna. 400

P

Pagani fere plerique omnes pro Gehen. 400
Papinius Statius pro Gehen. 400
Parmenides pro Resur. com. 275

Peguani pro vif.beat.239.Mund.conflagr. 276
Perſae veteres pro vif. beat. 238. Mund. conflagr. 276. Jud. priv. 275
Perſae Guebri pro Judic. privat. 275
Perſae Mahumedani pro vif. beat. 239
Peruviani pro vif. beat. 239. Jud. priv. 275. Reſur. com. 276
Pherecydes Syrus pro Reſur. com. 275
Phocylides pro Reſur. com. 275. 291
Philemon pro fin. ſupern. 19
Philoſophi Chaldaei pro Mund. conflagr. 276
Phyſici quidam pro Mund. conflagr. 276
Pindarus pro vif. beat. 238
Plato pro fin. ſupern. 18. vif. beat. 238. Jud. privat. 274. Reſur. com. 275. Mund. conflagr. bis. 276. Purgat. 399. Gehen. 400. aetern. poenar. 447
Platonici pro Jud. priv. 274. Purgat. 400
Plautus pro Judic. privat. 275
Plotinus pro fin. ſupern. 19. vif. beat. 238
Plutarchus pro fin. ſupern. 18. Gehen. 400
Porphyrius pro fin. ſupern. 18. 19. vif. beat. 238. Reſur. com. 275. 291
Proclus pro fin. ſupern. 19. vif. beat. 238
Propertius pro aetern. poen. 447
Pythagoras pro Judic. privat. 275. Reſur. com. 275. vif. beat. 238. Purgat. 399
Pythagorei pro vif.beat. 238. Reſur.com. 275

R

Romani pro Judic. privat. 275

S

Salluſtius pro fin. ſupern. 19
Seneca pro fin. ſupern. 18. Gehen. 400. aetern. poenar. 447
Seneca Comicus pro Gehen. 400
Siamenſes pro vif. beat. 239. Mundi conflagr. 276
Sinae pro Mund. conflagr. 276
Sinae permulti pro vif. beat. 239
Socrates pro fin. ſupern. 18. vif. beat. 238
Stobaeus pro aetern. poen. 447
Stoici pro vif.beat. 238. Judic. priv. 275. Reſur. com. 275. Mund. conflagr. 276

T

Tunquinenſes pro vif. beat. 239
Triſmegiſtus pro fin. ſupern. 18. vif. beat. 238. Jud. priv. 274. Reſur. com. 275
Tullius pro Gehen. 400

V

Virgilius pro Judic.privat. 275. Reſur. com. 275. vif beat.238. Purgat.400.Gehen.400. aetern. poen. 447
Virginienſes pro vif. beat. 239

Z

Zeno pro vif. beat.238. Gehen. 400
Zoroaſter pro Reſur.com. 275

INDEX III.

MONUMENTORUM ANTIQUITATIS.

A

ABientiae Lapis pro opportuna fruitione Beatitudinis . 136
Abundantii Epitaphium pro Cultu SS. 213
Adelphonſi & Scemenae Monumentum pro cultu SS. 231
Adjutoris Lapis pro fin. ſuperno hom. 21
Adriani P. Lapis pro cult. SS. 199
Adualdi pro Purgat. 433
Aetherii pro fin. ſupern.hom. 24
Agnelli pro reſur. com. 293
Airadi pro opport. fruit. beat. 123
Aivaldi Donatio pro Purgat.445. & altera pro Judic. univ. 339
Alberadi Lapis pro Reſur. com. 295
Alexandri pro opport. fruit. beat. 119
Allatii & Hildegardis pro Purgat. 432
Alumnae Felicitatis pro opport.fruit. beatit. 129
Amantiae pro Reſur.com. 306
Amantii pro fin. ſup. 22
Ambroſianae Baſilicae Sarcophagus pro fin. ſup. hom. 44
Anatolii Lapis pro opport. fruit.beat. 128
Andegavenſes Formulae pro Gehen. 465
Andreae Lapis pro Empyr. 405
Anonymorū Epigraphes pro opport. fruit. beat. 128. ſq. Purgat. 435. ſq. fin. ſupern. 26. 27. bis, reſur. com. 289. 290. 302.306. Empyr. 407. 409. Purgat. 434. ſq. Gehen. 450.461
Anſemundi, & Ansleubanae Diploma, pro cult. SS. 220
Antenodori Lapis pro opport. fruit. beat. 136
Antiphonarium s.Gregorii pro Purgat. 441. ſq.
Apollini Titulus pro opport.fruit.beat.134
Archis pro opport. fruit. beat. 132
Arniperti Lapis pro Reſur. com. 295
Aſteriae Lapis pro Reſur. com. 306

Atti-

Attici pro opport. fruit. beat. 130
Augusti pro opport. fruit. beat. 126
Aureliae Vitaliae pro Resur. com. 301
Aurelii pro opport. fruit. beat. 134
Aurelii Balbi pro Resur. com. 289
Aurelii Munni pro Resur. com. 305

B

Bacchili Lapis pro opport. fruit. beat. 136
Basilii Titulus pro Resur. com. 293
Benedicti Titulus pro Gehen. 460
Bonae Donatio duplex pro Gehen. 465. sq.
Breviarium Moz-Tolet. indicat. pro Resur. com. 309

C

Caletyches & Victorini Marmor pro Purgat. 434
Calevii Lapis pro Resur. com. 317
Camasii, seu Asclepii pro Cult. SS. 204
Campani Epigraphe pro Resur com. 301
Caretrudae pro Purgat. 431
Cassii pro Jud. univ. 334
Casterii pro opport. fruit. beat. 136
Catervi, & Severinae pro Resur. com. 292
Cerontidiani pro Resur. com. 307
Cerviae pro opport. fruit beat. 124
s. Cesariae Epitaphium pro Empyr. 407
Ciliniae pro opport. fruit. beat. 137
Claudiae pro Resur. com. 300
Claudilii Patritii pro fine supern. 26
Clemetianetis pro opport. fruit. beat. 126
Clodovei Diploma pro Cult. SS. 220
Codex Gelasianus pro Empyr. 412
Codex Graecus pro Judic. univ. 339
Codex MS. Floriacensis pro Resur. com. 309. Judic. univ. 338
Constantii & Solannae Lapis pro fin. sup. 26
Constantis pro opport. fruit beat. 133
Cubicularii pro Resur. com. 291

D

s. Damasi Epigramma pro cult. SS. 196
Datillae pro opport. fruit. beat. 128
Desiderii pro Resur. com. 291
Deus dedit P. Sigillum pro fin. supern. 42
Deus det Lapis pro Resur. com. 307
Dioscori Titulus pro Empyr. 409
Diptychum Novariense pro Empyr. 417
Documenta indicata pro Resur. com. 315. 319. Judic. univ. 335. Empyr. 416
Dometii & Arcarii Votum pro cult. SS. 194
Dominici Archipresbyteri Monimentum pro Gehen. 451
Donati pro opport. fruit. beat. 118.
Dorothei pro Purgat. 435

E

Egnatii Priscilliani Titulus pro Empyr. 411
Eleuteriae pro Empyr. 410. sq.
Eraclii pro Resur. com. 300
s. Eugenii Epitaphium pro Jud. univ. 335
Eugenii pro Purgat. 436
Euphemiae & Joh. pro Resur. com. 294
s. Eusebii pro Empyr. 404
Eustolii pro fin. sup. 28
Euthychii pro Empyr. 406
Exuperantiae pro opport. fruit. beat. 130

F

Faëntiae Lapis pro fin. supern. 26
Fastradae pro opport. fruit. beat. 126
Feliciani pro opport. fruit. beat. 130
s. Felicitatis pro Cult. SS. 194
Firmicae pro opport. fruit. beat. 127
Florae pro Resur. com. 300
Florentinae pro Empyr. 411
Florentini pro opport. fruit. beat. 124
Formicae pro Purgat. 434
Fragmenta tria vitrea pro fin. supern. 44. Resur. com. 316. 318

G

Gaidoaldi Charta pro Jud. univ. 339. sq.
Gallae Placidiae Aug. Votum pro cult. SS. 196
Gammonis Charta pro Empyr. 415. Gehen. 465
Gaudentii Lapis pro Empyr. 407
Gemilinae pro opport. fruit. beat. 134
Gemma anularis pro fin. sup. 45
Gennadii Diploma pro Judic. univ. 340
Gregorii P. Votum pro cult. SS. 207
Gregorii pro opport. fruit. beat 130. Judic. univ. 335
Guinitredi Donatio pro Empyr. 416

H

Heracliae Lapis pro opport. fruit. beat. 129
Hermengardis pro Purgat. 432

I

Januarii Lapis pro opport. fruit. beat. 127
Januarii alterius pro opp. fruit. beat. 137
Jaquinti pro Judic. univ. 334
Innocentis pro opport. fruit. beat. 118
Joannis pro Purgat. 436
Joannis Episc. Titulus pro cult. SS. 198
Joannis Tabula musiva pro cult. SS. 214
s. Jo. Baptistae vota tria pro cult. SS. 197. sq.
Joannis, & Decibilis Sigillum plumbeum pro cult. SS. 230
Joviani Numus pro fin. sup. 37
Juliae Lapis pro opport. fruit. beat. 123

Ju-

Juliae alterius Inſcriptio pro Empyr. 409
Junii Baſſi Sarcophagus pro fin. ſuper. 21
Juſtiniani, & Theodorae Votum pro cult. SS. 198

K

Kalemeri, & Hilare Lapis pro Purgat. 433
Kalendaria indicata pro Reſur. com. 312
Kalendarium Marmor. Neapolitan. pro cult. SS. 208
Kalendarium Marmor. S. Silveſtri in Capite Romae pro cult. SS. 211
Kalendarium Membranaceum pro Reſur. com. 311. ſq.
Kalendarium Romanum pro cult. SS. 216

L

Lapides indicati pro Reſur. com. 301. pro Empyr. 409
Laurentiae Lapis pro Reſur. com. 289
Laurentio Votum pro cult. SS. 197
Laurentii Titulus pro Reſur. com. 299
Laurentii, & Joannae pro Reſur. com. 294
Leae pro Purgat. 435
Leonis III. Numus pro cult. SS. 222. Numus alter. 227
Leonis Epiſc. Lapis pro Reſur. com. 295
Leonis Epigraphe pro Reſur. com. 304
Leontii pro oppor. fruit. beat. 137
Letis pro Purgat. 435
Litaniae ex Cod. Remigiano pro cult. SS. 219
Liturgia Alexandr. pro Gehen. 464
Liturgia coptica s. Baſilii pro opport. fruit. beat. 143. Judic. univ. 336
Liturgia coptica s. Gregorii pro Reſur. com. 312
Lucerna aenea pro fine ſup. 38
Luciferae Lapis pro Purgat. 430
Lucii Aviani Titulus pro Empyr. 412
Lucii, & Flavii pro opport. fruit. beat. 125
Lucii Statii Oneſimi Epigraphe pro Empyr. 412
Ludovici Pii Diploma pro Judic. univ. 340 aliud pro Emp. 416
Lupi Lapis pro Reſur. com. 296

M

s. Marcellinae Lapis pro opport. fruit. beat. 124
Marciani pro Reſur. com. 315
M. Viriſſimi pro opport. fruit. beat. 135
Martini pro Purgat. 430. ſq.
Martyrologia generatim indicata pro Reſur. com. 312
Martyrologium vulgo Hieronymianum pro cult. SS. 216. ſq.
Matronae Lapis pro Reſur. com. 305
Matronatae pro oppor. fruit. beat. 131
Maurentiae pro opport. fruit. beat. 122
Mauricii Tiberii Numus pro fin. hom. 38
Miſſale Gothicum pro opport. fruit. beat. 142. pro Empyr. 414
Modeſti Lapis pro Reſur. com. 299
Monumenta e re Lapidaria indicata pro fin. ſup. 28. cult. SS. 231. Judic. univ. 335. Empyr. 420. Purg. 433

N

Nazarii, & Victoris Titulus pro cult. SS. 199
Neriae Seberae Lapis pro Reſur. com. 300
Numi plurimi indicati pro cult. SS. 229

O

Officium Graecum pro Empy. 415
Onyx pro Reſur. com. 316
Orationale Gothico Hiſpanum pro fin. ſup. 30. ſqq. Judic. univ. 336. Gehen. 464
Orbis argenteus pro fine ſuper. 45
Ordonii III. Regis Placitum pro Judic. univ. 340

P

Patina s. Petri Chryſol. pro fin. ſup. 46
Pauli Inſcriptio pro Purgat. 432
Paulinae pro Purgat. 434
Pauliniani pro opport. fruit. beat. 134
Pecori pro cult. SS. 214. Reſur. com. 307
Peregrinae pro fin. ſup. 25
Perpetui pro fin. ſup. 25
Petro Votum pro cult. SS. 194
Petri Epigraphe pro Judic. univ. 333
Petroniae pro Empyr. 408
Petronii pro Empyr. 405
Pientiae pro opport. fruit. beat. 125
Poſtumii pro opport. fruit. beat. 123
Primae pro opport. fruit. beat. 125
Principalis pro cult. SS. 213
Publiliae Florentiae pro Reſur. com. 314

Q

Quintianetis Lapis pro Reſur. com. 305

R

Radelcaris Titulus pro Purgat. 431
Ranimiri Regis pro Purgat. 431
Ranimiri Reg. Diploma pro cult. SS. 222
Ratperti Donatio pro Empyr. 415. ſq. pro Purgat. 444
Reſpecti Lapis pro Reſur. com. 299
Romanae pro Reſur. com. 307
Romoaldi pro opport. fruit. beat. 131
Ruſticae pro Empyr. 405

S

Sabbati Lapis pro opport. fruit. beat. 128

Sabini pro fin. ſup. 22
Sacramentarium Gelaſianum pro opport. fruit. beat. 144. Reſur. com. 308
Sacramentarium Gregorianum pro cult. SS. bis. 215. Judic. priv. 339. Reſur. com. indicatum 309. Gehen. 462
Sacramentarium Leonianum pro opport. fruit. Beat. 142. Purgat. 444
Sacramentarium Rom. Eccl. pro opport. fruit. beat. 140. Reſur. com. 308. Gehen. 461
Saluſtiae Lapis pro Reſur. com. 299
Secundini pro opport. fruit. beat. 135
Septimii & Creſcentinis pro Empyr. 410
Servuli pro opport. fruit. beat. 136
Severi Votum pro cult. SS. 203
Severiani Epigraphe pro fin. ſup. 21
Severiani alterius pro Reſur. com. 292
Sicelgaitae pro opport. fruit. beat. 131
Sigilla plurima indicata pro cult. SS. 230
Sigillum plumbeum pro cult. SS. 229
Silonis Reg. Placitum pro Gehen. 466
Simplicianae Lapis pro opport. fruit. beat. 122
Siricii Inſcriptio pro fin. ſup. 22
Splenditae pro Reſur. com. 306
Stephani pro Reſur. com. 294
Surricae pro Reſur. com. 306
Sut. pro opport. fruit. beat. 131
Sylvanae Lapis pro Reſur. com. 299

T

Tabellae anagliphae pro Reſur. com. 315. 313. 219
Tabellae depictae pro Reſur com. 316. 319. 320
Tabula muſiva pro Reſur. com. 317
Tabulae aliae indicatae pro Reſur. com. 320
Theodiechieldis Lapis pro opport. fruit. beat. 127
Theodori, & Conſtantinae Votum pro cultu SS. 197
Theophanonis Numus pro cult. SS. 229
Theophili Lapis pro Judic. univ. 335
Theudici Charta pro Judic. univ. 340
Thomae Marmor pro Empyr. 408
Tiburtii, Valeriani, & Maximi pro cult. SS. 213
Tigridis pro Empyr. 411
Tigridis alterius pro Empyr. 411

V

Valentino Marty. Votum pro Gehen. 466
Valeriae Lapis pro opport. fruit. beat. 122
Valeriani pro Empyr. 410
Venerii pro Reſur. com. 292
Victoriae pro opport. fruit. beat. 133
Victoriae alterius pro opport. fruit. beat. 135
Victoriae alius pro Purgat. 435
Victorini pro Reſur. com. 304
Victoris pro Reſur. com. 304
Virginiae pro Reſur. com. 296
Vitalis pro fin. ſup. 28
Urbicae pro opport. fruit. beat. 137
Urbicae alterius pro Empyr. 406
Urſi pro opport. fruit. beat. 132
Urſi alterius pro Judic. univ. 333
Wambae Reg. Votum pro cult. SS. 198

INDEX IV.

QUAESTIONUM.

B

Beatitudo formalis hominis, alias vulgo dicta *Viſio beata & intuitiva*, qua generatim notione gaudet? 60
Reliquae hanc ſpectantes *Beatitudinem*, feruntur *ſupra*. 479
Beatitate quo tempore donantur Juſtorum animi penitus purgati poſt mortem Domini? 115

C

Coelites ne generatim licet cultu ſacro & religioſo proſequi? 176
Reliquae in hujuſmodi argumentum, *mox*. 482
Corpora Coelitum quo ſtatu reſurgent aeternum beanda? 232
Reliquae in Beatitatem eorundem *Corporum*, *ſupra*. 483

E

de *Empyreo* coelo quid? Et quae ibi futura oblectamenta corporea? 403. ſq.

F

Finis ultimus eſt ne homini? 12
Reliquae de hoc *fine* mox deſcriptae. 485

In-

I

Infelicitas formalis in gehenna ab homine ſubſtinenda quid ? 467
Reliquae in gehennalem *Infelicitatem* indicatae *nuper* 486
Infelicitatis Aeternitas pro peccato, quod momento praeterit, unde oriatur ? 470
de *Judicio privato* animis ſubeundo quid ? 283
de *Judicio univerſali* generatim quid ? 321
Reliquae de hoc Judicio, *nuper* 488

L

de *Limbo Patrum* quid ? Et quo tempore olim animi beatitate donati ante mortem J. C? 109
de *Limbo Parvulorum* quid ? 398. 421

M

de *Morte* in poenam peccati quid ? 277

P

de *Purgatorio* quid ? 425

R

de *Reſurrectione* cum privata, tum communi quid ? 285. ſq.

INDEX V.

ERRONUM.

A

Abaelardus in Viſ. beat. 56
Abaſſini in Purgat. 366
Acatholici plerique in cult. SS. 174
Ado in cult. SS. 162
Aëriani novi in Purgat. 375
Aërius in Purg. 364
Aeſchilus in Reſur. com. 245
Agobardus Epiſc. Lugdun. in cult. SS. 162
Agrippa Henricus Cornel. in oppor. fruit. beat. 96
Albanenſes vulgati in Jud. univ. 268. in Purgat. 368
Albigenſes in cult. SS. 171. in Reſur. com. 256. in Purgat. 371
Albigenſes Bagnolenſes in Reſur. com. 256
Albigenſes veteres in Gehen. 391
Alemanni in cult. SS. 168
Algazel in Gehen. 377
Allatius Leo in Viſ. beat. 58
Almaricani in Reſur. com. 256. in Empyr. 351. in Gehen. 391
Almaricus in Viſ. beat. 56. in cult. SS. 171. in Reſur. com. 260
Ambroſius in Viſ. beat. 59. in opport. fruit. beat. 98. in Jud. privat. 244. in Gehen. 383
Ameſius in Purgat. 375
Anabaptiſtae in opport. fruit. beat. 96. 105. in Reſurr. com. 258. in Limb. Puer. 362. Gehen. 393
Anabaptiſtae Trinitarii in Purgat. 374
Anaſtaſius in cult. SS. 167
Anaſtaſius Sinaita in Viſ. beat. 59
Andreas Ugolini fil. in Reſur. com. 261
Anneus L. Seneca in Gehen. 377
Anonymi in cult. SS. 169. in Reſur. com. 259. 264. in Empyr. 343. & 352. in Gehen. 377. 388. 395. 397. ſq.
Anonymi Arabes in Reſur. com. 257
Anonymi Britanni in opport. fruit. beat. 97
Anonymi ex Proteſtantibus in Limbum Pueror. 362
Anonymi Judaei in cult. SS. 150
Anonymi Pariſienſes in Empyr. 351
Anonymi Philoſophaſtri Pariſienſes in Viſ. beat. 57
Anonymi Recentiores in Gehen. 387
Anonymus Presbyt. in Reſur. com. 266
Anonymus Theol. Berolinenſis in Gehen. 393. 396
Antiſthenes cum ſecta Cynica in fin. hom. 5
Apelles in Reſur. com. 255
Apollinarius Jun. in opport. fruit. beat. 103
Arabici in Reſur. com. 257
Arbelenſis Gregorius in Gehen. 389
Archontici in Reſur. com. 255
Arethas in opport. fruit. beat. 97
Ariani in cult. SS. 153
Ariſtippus in fin. hom. 4
Ariſton in fin. hom. 6
Ariſtoteles in fin. hom. 7. in Empyr. 343
Armannus Pungilupus in opport. fruitionem beatitud. 96
Armeni in opport. fruit. beat. 96. in cult. SS. 168
Armeni Antiquiores in Reſur. com. 259
Armeni Novatores in Viſ. beat. 55. in oppor. fruit. beat. 96. in Jud. privat. 243. in Purgat. 367. in Gehen. 390
Arnaldus Brixienſis in Viſ. beat. 56
Arnobius in Gehen. 383
Auguſtino-Bohemi cum Duce ſuo in opport. fruit. beat. 96. in Purgat. 375. in Gehen. 393
Auguſtinus in opport. fruit. beat. 98. 103. in Reſurr. com. 263. in Jud. univ. 273. in Gehen. 384. 386
Avicenna in Gehen. 377
Author Librorum Carolinor. in cult. SS. 161

B

Baal Turrim in Gehen. 380
Babaeus Archimandrita in Gehen. 389
Bagnolenſes in Jud. univ. 269. in Purgat. 371
Balbus Michaël in cult. SS. 165. Emp. 351
Barbara Regina in gehen. 391
Barboriani, aut Borboriani in Jud. univ. 243. 268
Bardeſanes in Reſur. com. 255
Baſilides in cult. SS. 153. in Purgat. 364. in Gehen. 381
Baſilidiani in Reſur. com. 255
Baſilius in Viſ. beat. 59. in cult. SS. 169
Beauſobrius in Reſur. com. 263
Bebelius Balthaſar in Jud. univ. 273
Beguardi, ſeu Begardi, & Beguini in Viſ. beat. 58. Empyr. 352
Bernardus in opport. fruit. beat. 98. in Gehen. 384
Beza Theodorus in Jud. univ. 272. in Limb. Patr. 357. in Limb. Puer. 362. in Gehen. 393
Bianchi Ignatius Ludovicus in Limb. Puer. 363
Bionius in Gehen. 397
Bogomili in cult. SS. 169. in Reſur. com. 260
Bonaventura in Gehen. 384
Bonzii in fin. hom. 2
Boſtrenſis Titus in Viſ. beat. 59
Brachmanes Indi in Empyr. 342
Brandeburgenſes in opport. fruit. beat. 106
Brentius in Empyr. 354. in Purgat. 374
Britanni in opport. fruit. beat. 106
Brunettus ſeu Burnetius Thomas in opport. fruit. beat. 96. 107
Buddas, ſeu Xaca in fin. hom. 3
Bullingerus Henricus in Limb. Puer. 362
Buzerus in Limb. Puer. 262

C

Cabbaliſtae in Reſur. com. 252. in Gehen. 381
Cadoricus Jo. in Limb. Patr. 358
Cagliola Proſp. in Limb. Patr. 358
Cajetanus Thomas de Vio in Empyr. 355. in Gehen. 384. 394
Cain in Gehen. 376
Caini, ſeu Cajani in cult. SS. 153. in Reſur. com. 255. in Gehen. 376
Calixtus in Purgat. 375
Callipho in fin. hom. 8
Calvinus cum ſua ſchola in opport. fruit. beat. 96. in cult. SS. 174. in Reſur. com. 256. in Jud univ. 272. in Limb. Patr. 357. in Limb. Puer. 362. in Purgat. 373. 375. in Gehen. 392. 393
Carolſtadius Andreas in cult. SS. 175
Carpocratiani in Reſur. com. 255
Cathari Albigenſes in Jud. univ. 269. in Purgat. 371
Cathari novi in Reſur. com. 256
Catharinus Ambroſius in Gehen. 394
Catullus in Reſur. com. 245
Cellarius Balthaſ. in Purgat. 375
Celſus in Reſur. com. 264
Centuriatores in Purgat. 374
Cerdoniani in Reſur. com. 255
Cerinthus in fin. hom. 10. in oppor. fruit. beat. 101
Chiliaſtae in opport. fruit. beat. 102
Chryſoſtomus in Viſ. beat. 59. in opport. fruit. beat. 97. in Gehen. 386
Cicero in fin. hom. 9. in Gehen. 377
Claudianus in Empyr. 341
Claudius Epiſc. Taurinenſis in cult. SS. 166
Cleanthes in fin. hom. 7
Coeleſtius & ejus Gregales in mort. hom. 242
Colliridiani in cult. SS. 153
Colorboſii in Reſur. com. 255
Columbus Hieronymus in Limb. Puer. 363
Conſtantinus VI. Imp. in cult. SS. 163
Conventus Pariſienſis in cult. SS. 161
Cophti in Purgat. 366
Copronymus Conſtantinus in cult. SS. 157
Coracius in opport. fruit. beat. 103
Corinthii quidam in Reſur. com. 254
Correrii, ſeu Coterelli in opport. fruit. beat. 96
Crellius Jo. in Gehen. 394
Critolaus in fin. hom. 4
Crocius in Purgat. 375
Cuiperdollingius in opport. fruit. beat. 103
Cyrillus Alexandr. in Viſ. beat. 59
Cyrillus Hieroſolym. in Viſ. beat. 59

D

Dalhamus Florianus in Limb. Patr. 358
Dallaeus Jo. in Purgat. 375
Danaeus Lambert. in Gehen. 393
Dattievienſis in Jud. priv. 244. in Gehen. 390
David-Georgiani in Reſur. com. 256. in Empyr. 351. in Gehen. 391
David-Georgius in Reſurr. com. 256. Jud. univerſ. 271
Democritus in fin. ſupern. hom. 7
Denckiana Factio in Gehen. 393
Denckius in Gehen. 392
Didymus in Gehen. 383
Dinomachus in fin. hom. 8
Diodorus in fin. hom. 4. in Viſ. beat. 53. in Gehen. 388
Diodorus Cronus in fin. hom. 8
Dionomachus in fin. hom. 8
Dionyſius Bar-Salibi in opport. fruit. beat. 93
Dionyſius Heracleotes in fin. hom. 6
Doſitheus cum Adſeclis in Jud. univ. 268
Dungalus in cult. SS. 162

E

Ebedjeſus ſen. in Viſ. beat. 54

Edeſ-

Edeſſenus Stephanus in Gehen. 389
Eginhardus in cult. SS. 162
Eilbrachtius in Purg. 373
Elias epiſc. Anbarae in Viſ. beat. 54
Encratitae in cult. SS. 153
Epicurus in fin. hom. 8
Epiphanius in Viſ. beat. 59. in Gehen. 384
Erigena Jo. in Gehen. 391
Ethnici generatim in cult. SS. 147
Eucherius Lugdun. in Viſ. beat. 59
Everſores alii Dogmatis in Limb. Puer. 364
Eunapius in cult. SS. 148
Eunomiani in Gehen. 381
Eunomius in cult. SS. 153
Euſebius in Gehen. 383
Euſtathius, ſeu Euſtatius, aut Eutactus in cult. SS. 153
Euthymius in Viſ. beat. 59. in Limb. Patr. 357
Eutyches in opport. fruit. beat. 93
s. Eutychius in Reſur. com. 267
Ezidus, ſeu Jezidus, aut Izithus in cult. SS. 156

F

Fauſtus in cult. SS. 153
Felgenhaver Paullus in opport. fruit. beat. 108
Felix Epiſc. Urgellen. in cult. SS. 160
Feltrius Angelus M. in Limb. Patr. 358
Filenus in Gehen. 393
Flagellantes in Purgat. 369
Flavius Joſeph in Mort. hom. 242
Florinus cum Adſeclis in Jud. univ. 268
Fulgentius in Gehen. 384

G

Gazaeus Aeneas in Gehen. 383
Gnapheus Petrus in cult. SS. 153
Gnoſtici in cult. SS. 153. in Reſur. com. 255
Graeci in Purgat. 367. in Gehen. 390
Gregorius Bar-Hebraeus Abulpharagius in opor. fruit. beat. 93
Gregorius Battievenſis in Purgat. 367
Gregorius Magnus in Jud. univ. 273. in Gehen. 384
Gualterus Rudolphus in Empyr. 353
Guilliaudus Claudius in Gehen. 384
Gundulfus cum grege ſuo in Purgat. 368. ſq.
Guthmann. Aegid. in opport. fruit. beat. 108

H

Harbaniſſae in Reſur. com. 246
Hebraea Gens in cult. SS. 150
Hebraei quidam in Mortem hom. 242
Henriciani in cult. SS. 169
Henricus Morus in opport. fruit. beat. 108
Herillus in fin. hom. 6
Hermias in Reſur. com.)(255.
Hieraclitae in Reſur. com.)(
Hierax in cult. SS. 149
Hieronymus in Viſ. beat. 59. in Judic. univ. 273
Hieronymus Rhodius in fin. hom. 8
Hieronymus Pragenſis in cult. SS. 173
Hilarion Q. Julius in opport. fruit. beat. 103
Hilarius in opport. fruit. beat. 98. in Gehen. 384
Hincmarus Remenſ. in cult. SS. 162
Homerus in Empyr. 341
Homines Intelligentiae in Reſur. com. 256. in Gehen. 391
Hulſemannus Jo. in Purgat. 375
Hunnius Aegidius in Purgat. 375
Huſs Jo. in Purgat. 372
Huſſitae Bohemi in cult. SS. 172
Hymenaeus in Reſur. com. 255

I

Jacobitae in Purgat. 366
Jacobitae Syri in opport. fruit. beat. 93
Jacobus Rex Scotiae in Purgat. 375
Jacobus Boehmius in opport. fruit. beat. 108
Jahm cum ſecta ſua in Gehen. 378. ſq.
Jana, ſeu Joanna Leadea in Gehen. 394
Japones in Gehen. 377
Japones recentiores in Empyr. 342
Japones veteres in Empyr. 342
Jeſujabus in Gehen. 389
Joannes Matthaeus in opport. fruit. beat. 108
Joannes P. XXII. in opport. fruit. beat. 99
Jonas Epiſc. Aurelian. in cult. SS. 162
Joſeph Medus in opport. fruit. beat. 108
Jovinianus in cult. SS. 153. in Empyr. 350
Infernales in Empyr. 391
Irenaeus in opport. fruit. beat. 97. in Empyr. 383
s. Iſaac Ninivita in Empyr. 389
Iſidorus in Viſ. beat. 59
Judaei in fin. hom. 9. in Reſur. com. 246. 259
Judaei veteres in opport. fruit. beat. 101
Judaei veteres, & juniores in Empyr. 343
Junius in Empyr. 393
Juſtinus in opport. fruit. beat. 103. in Empyr. 383
Juvenalis D. Jun. in Empyr. 377

K

Kuhlmann Quirin. in opport. fruit. beat. 108

L

Lactantius in opport. fruit. beat. 97. 103. in Jud. privat. 244. in Jud. univ. 273. in Gehen. 383. bis.
Lamius Jo. in Limb. Patr. 358
Lanzu in fin. hom. 2
Leo Armenus in cult. SS. 165
Leyden Jo. in opport. fruit. beat. 106
Libertini in Empyr. 351. in Gehen. 391
Lollardi cum Duce ſuo in cult. SS. 171
Lucianus in Gehen. 377
Lucretius Carus in Reſur. com. 245. in Gehen. 377
Lutherani Molles in Purgat. 374

Lutherani Rigidi in Purgat. 374
Lutheri Schola in cult.SS. 174
Lutherus in opport. fruit. beat. 96. in cult.SS. 174. in Purgat. 373. in Gehen. 392
Lycon, aut Glicon in fin. hom. 4

M

Magiſter Sententiar. in Gehen. 384
Mahumedani in fin.ſupern.hom. 11. in cult.SS. 151. ſq. in Reſur.com. 264. in Empyr. 345. in Gehen. 391
Mahumedes in cult. SS. 152
Majemonides in oppor. fruit. beat. 101. in Empyr. 344
Major Gregorius in Empyr. 350
Manes in Gehen. 384
Manichaei in Reſur. com. 255. in Jud. univ. 268. in Empyr. 349. in Gehen. 384
Marcion in opport. fruit. beat. 102
Marcionitae in cult.SS.153. in Reſur.com. 255
Marcus quidam in Reſur. com. 255
Maronitae in opport. fruit. beat. 94. in Purgat. 367. in Gehen. 390
Maximus Grammaticus in cult. SS. 149
Melanćthon in Purgat. 374
Meletiani in oppor. fruit. beat. 103
Menander in Mort. hom. 240
Menaſſe Ben-Iſraël in Empyr. 345
Mercerus in Mort. hom. 342
Meſſaliani fortaſſe Syri in Empyr. 351. in Gehen. 381
Metaphoriſtae in Gehen. 193
Methodius in oppor. fruit. beat. 103
Millenarii Britanni noviſſimi in Reſ.com. 264
Minucius Felix in Gehen. 383
Monophyſitae in opport. fruit.beat. 93
Montaniſtae in oppor. fuit. beat. 103
Moſes Barcepha in oppor. fruit. beat. 93
Muntzerus Thom. in oppor. fruit. beat. 106. in cult. SS. 175
Mythologi plerique in Empyr. 341

N

Nemeſius in Gehen. 383
Nepos in oppor. fruit. beat. 103
Neſtoriani Syri in Purgat. 365
Neſtoriani alii in Viſ. beat. 53
Nicephorus in cult. SS. 165
Niemannus Sebaſtianus in Limb. Patr. 357
Novatiani in cult. SS. 153 ſq.
Nyſſenus Greg. in Viſ.beat. 59. Gehen. 383

O

Obedjeſu in Gehen. 390
Oecumenius in Viſ. beat. 59. in opport. fruit. beat. 97
Ochinus Bernard. in Purgat. 374
Ophitae in Reſur. com. 255
Origenes in opport. fruit. beat. 97. in Reſur. com. 255. in Empyr. 349. in Gehen. 382
Origeniſtae in Reſur.com. 255. in Gehen. 393
Origeniſtae Nuperi in Gehen. 394
Orodaienſis Jo. in Jud.priv.244.in Gehen. 390
Ortlibenſes in Reſur. com. 256
Oſtorodus Chriſtoph. in Gehen. 394

P

Pagani quaſi voto communi in Ref.com. 246
Palamas cum Adſeclis in Viſ. beat. 58
Papias Epiſc. in oppor. fruit. beat. 102
Pareus in Purgat. 375
Patareni ſeu Patrini in Reſur. com. 256. 262
Paulliciani in cult. SS. 154
Pelagiani in Limb. Puer. 359
Pelagiani novi Anglicani in Mort. hom. 242
Pelagius ac eius gregales in Mort. hom. 242
Perckinſius in Purgat. 375
Peripateticorum Claſſis in fin. hom. 7
Peterſennius Jo.Guil.in opport.fruit.beat. 102
Petrobruſſiani in cult. SS. 169
Phantaſiaſtae aut Theopaſchitae in cult. SS. 153
Phariſaei in Jud. univ. 270. in Gehen. 380
Phariſaei veteres in Reſur. com. 246
Philetus in Reſur. com. 255
Philo Hebraeus in Gehen. 383
Philoponus in Reſur. com. 259
Philoſophi ethnici in Empyr.342. Gehen. 376
Philoſophi veteres in Reſur. com. 245
Photiani novi in opport.fruit.Beat. 96. Reſur. com. 259
Photion in Empyr. 354
Photius in opport. fruit. beat. 96
Pichardi in cult.SS. 175
Pindarus in Empyr. 341
Plato cum Schola ſua in Empyr. 343. 354
Plinius in Reſur.com. 246. in Gehen. 377
Plutarchus in Gehen. 397
Poëtae plerique in Gehen. 376
Polemo in fin. ſupern. hom. 4
Porphyrius in cult.SS.147. in Gehen. 377
Porphyrogenitus Leo IV. in cult. SS. 159
Praepoſitivus in Gehen. 387
Primaſius in Viſ. beat. 59
Priſcillianiſtae in Reſur. com. 255
Proclianitae in Reſur. com. 255. Judic. univ. 268
Proteſtantes in Limb.Patr.357.in Purgat. 373
Proteſtantes pleriq. in Judic. univ. 273
Prudentius Aurel. in opport. fruit. beat. 98. in Gehen. 386
Przipcovius Samuel in cult. SS. 175
Pſeudo-Apoſtolici in Purgat. 370
Pſeudo-Juſtinus in opport. fruit. beat. 97. in Judic. privat. 244
Pſeudo-Synodus Conſtantinopolitana duplex in cult. SS. 165. ſq.

Pu-

Publiciani in Reſur. com. 256
Pullus Robertus in Gehen. 384
Pythagoras in Gehen. 377

Q

Quackeri in opport. fruit. beat. 108

R

Rabbini in Reſur. com. 253. in Gehen. 379. 380
Rabb. David Kimchi in Reſur. com. 253. in Gehen. 380
Rabb. Jalkut in Gehen. 380
Rabb. Jacob Chavif in Gehen. 381
Rabb. Iſaac-Ben Arama in Gehen. 381
Rabb. Menaches in Gehen. 380
Rabb. Menaſſes in opport. fruit. beat. 101
Rabb. Moſes Almoſny in Gehen. 381. alii in Gehen. 380
Radeccius Andreas in cult. SS. 176
Romanenſes in opport. fruit. beat. 108
Ruffus in Limb. Patr. 357
Rupert. in Gehen. 384

S

Sadocaei in Judic. privat. 243. in Reſur. com. 248. in Empyr. 343. in Gehen. 379
de Saincles Claudius in Empyr. 356
Salomon Baſſorenſis Antiſtes in Gehen. 389. bis. & 390
Samaritani in cult. SS. 150. in Judic. univ. 243. in Reſur. com. 249
Sapientes ethnici ut plurimum in Gehen. 376
Scheiblerus in Purgat. 375
Schmidelinus in Empyr. 354
Schonfeldius in Empyr. 350
Sciptores Annalium Francorum, Bertinianorum, atq. Fuldenſium in cult. SS. 162
Seleuciano-Hermiani in Gehen. 387
Seleucus in Reſur. com. 255
Severiani in Reſur. com. 255
Severus in cult. SS. 153
Siamenſes in Empyr. 342
Simeon Ben Lackiſe in Gehen. 380
Simon Magus in Reſur. com. 253
Siricius Michaël in Limb. Patr. 357
Sociniana Schola in cult. SS. 175
Sociniani in opport. fruit. beat. 96. in Reſur. com. 262. in Empyr. 349
Sociniani veteres in Gehen. 394
Socinus fauſtus in Reſur. com. 263. in Gehen. 394
Socrates in fin. ſupern. hom. 4
Spangenbergius Jo. in Empyr. 350
Speuſippus in fin. ſupern. hom. 4
Stephanus Edeſſenus in Gehen. 389
Steuchus Auguſtinus in Empyr. 356
Stilpo in fin. ſupern. hom. 4
Stoici in Empyr. 343
Stoici Anonymi in fin. ſupern. hom. 6
Strabo VValafridus in cult. SS. 162
Svevi in opport. fruit. beat. 106
Svvindenius in Gehen. 397
Symmachiani in Judic. univ. 268
Symmachus in Judic. univ. 268
Syneſius in Reſur. com. 265
Syri Neſtoriani in Viſ. beat. 53. in opport. fruit. beat. 92. in Purgat. 365. Gehen. 388

T

Talmudes Babilonicus in opport. fruit. beat. 101
Talmudiſtae in Reſur. com. 250. Gehen. 379. & 380. bis.
Targum in Gehen. 380
Tatianus in Gehen. 383
Tertullianus in opport. fruit. beat. 97. 103. in Gehen. 381. 383
Theocritus in Reſur. com. 245
Theodoretus in Viſ. beat. 59. in opport. fruit. beat. 97. in Judic. privat. 244
Theodorus Mopſueſtenus in Gehen. 389
Teophilus Imp. in cult. SS 166. Limb. Patr. 357
Theophylactus in Viſ. beat. 59. in opport. fruit. beat. 97. Gehen. 383
Timotheus I. Patr. in Vis. beat. 53. in Gehen. 389
Triſmegiſtus Mercurius in Empyr. 353

V

Valentiniani in Reſur. com. 255. in Judic. univ. 268. in Empyr. 347
Valentinus in Empyr. 347
Vallius in Gehen. 397
Vanachanus in Jud. privat. 244. in Purgat. 367. in Gehen. 390
Vartanus in Judic. privat. 244. in Purgat. 367. in Gehen. 390
Ubiquiſtae in Gehen. 393
Verderius in Empyr. 350
Vermilius in Empyr. 350. Limb. Puer. 362. Purgat. 375
Victor Vincentius in Limb. Puer. 361
Victorinus in opport. fruit. beat. 97. 103
Vigilantius in oppor. fruit. beat. 92. in cult. Ss. 153
Virgilius in Empyr. 341
Volckelius Jo. in cult. SS. 176. in Gehen. 394
Vorſtius Conrd. in Empyr. 356
VValchius Jo. in cult. SS. 171
VValdenſes in cult. SS. 169. in Reſur. com. 256. in Purgat. 371
VValdenſes Cathari in opport. fruit. beat. 96
VValdenſes Neoterici in Purgat. 375
VValdenſes Pedemontani in Purgat. 371
VVeber Auguſtinus in opport. fruit. beat. 106
VVeigelius Valentinus in opport. fruit. beat. 108
VVicleffitae, ſeu Lollardi in cult. SS. 172

VVicleffus Jo. in Purgat. 371
VVindetus in Reſur. com. 263

X

Xenajas in cult. SS. 153
Xenophon in Empyr. 354

Z

Zanzalus Jacobus in Viſ. beat. 55
Zvvingliani in Purgat. 374
Zvvingliani Tigurini in Empyr. 353
Zvvinglius in cult. SS. 175. in Empyr. 353 in Limb. Puer. 361

INDEX VI.

RERUM PRAECIPUARUM.

A

Abaelardus vindicatur. 57. Adn. *
Abulenſis paradoxum. 354. Adn. *
Adoratio honoraria erga ſacr. imagines. 188. n. 234.
Adpetitus Beatorum, 237. n. 268.
Aegyptii vindicantur. 343. Adn. *
Aerarius Alexander vindicatur. 255. Adn. *
Aetherius an Sponſus S. Urſulae? 24.
Agenda verbum in rebus liturgicis varie ſumitur. 310.
Agilitas corporis beati dos. 235. n. 262.
Albanenſium factio ceu confecta rurſum rejicitur. 269. Adn. * II.
Albigenſes ab Alba civitate Galliae dicti. 257. Adn. * III. quo jure vocari etiam poſſint Manichaei? *Ibidem*. perperam cum Waldenſibus confunduntur. *ib.*
Alcuini Liber de divin. Offic. ſuppoſititius. 311.
Algazel vindicatur. 378. Adn. *
Allatius ab aliis carpitur 58. & notatur. 391. Adn. * III.
Almaricanorum error certus. 261. Adn. * dubius. 351. Adn. **
Almarici error dubius. 56. Adn. * 171. Adn. * Vindicatur. 261. Adn. * Ejus cum S. Dominico diſputatio in C. Lateranenſi fabuloſa videtur. 56. Adn. *
Alpha, & *Omega* A & Ω in Lapidibus. 22. ſqq. tum in Precibus Liturgicis. 30. ſqq.
Amor beatus. 67. n. 81. De eo plura. 75. n. 107. ſqq. Paſſiones & virtutes ejus comites. 87. n. 150. & 88. n. 157.
Amor concupiſcentiae ſupernaturalis in beatis. 87. n. 150.
Amor ſui recte ordinatus virtus eſt. 87. n. 154.
Amortius Euſebius reprehendendus. 100. Adn. *
Anophorae nomen quid importet? 336.
Anaſtaſius Cardinalis an Iconomachus? 168. Adn. *
Anima ſeparata a corpore retinet ſpecies in via adquiſitas. 83. n. 137. poteſt ſe movere & progredi ab uno loco in aliū. 402. n. 379. heinc ad ſua receptacula ſine adjutore ſe traducere poteſt; ex Dei tamen providentia, ut vulgo creditur, ad ea deportatur angelorum, ac daemonum miniſterio. *ib.*
Animae vere beatae ſunt ex viſione & fruitione divinae eſſentiae. 65. n. 72. V. *Beatitudo*. Nec omnia ſciunt quae in terris fiunt, nec omnia ignorant. 84. n. 140.
Animae vet. Teſtamenti in Limbo Patrum beatitate non ſunt donatae ante Chriſti Reſurrectionem. 109. n. 169. ſqq. & 420. n. 384. At opinio tamen adfirmans ab haereſeos nota vindicatur contra Mamachium & alios. 358. Adn. * Quae cum Chriſto Reſurrexerunt una cum corpore ad empyreum translatae ſunt. 145. n. 200. Quaenam illae? *ib.* Adfirmant aliqui de S. Jo. Baptiſta. *ib.* Solvitur objectio de illius Reliquiis, quae in terris fortaſſe ſuperſint 146. n. 204. ſqq.
Antiphona. Ejus uſus, antiquitas, genera. 441. Quis inſtitutor Antiphonae ad introitum Miſſae? *ib.* ſq.
Antiphonarium vulgo Gregorianum. An ejus Author S. Gregorius M? 442. ſqq. Hujus Antiphonarii editiones variae. 444
S. *Antoninus* minime criticis adnumeratur. 311.
Antichriſti ſtirps, patria, mores, regnum. 322. n. 330. pravus Proteſtantium ſenſus circa illius perſonam. *ib.* Adn. *
Antiſthenes Cynicorum parens. 5. Adn. * I.
Apollinarius vindicatur. 106. Adn. * VIII.
Arcanius Eccl. Romanae quid? 195.

Archi-

Archipresbyteri dignitas antiqua. Quae prioribus, quae posterioribus seculis? Alia apud Graecos, alia apud Latinos. Inter ipsos Latinos multiplex. 454.
Aristobulus rejicitur. 354. Adn. *
Aristoteles vindicatur. 343. Adn. * Ei libri duo Magnorum Moralium a plerisque vindicantur. 7.
Arnaldus Brixiens. protegitur. 57. Adn.*
Arnoldus Wion benigne notandus. 219.
Articuli damnati a Simone Langham Archiep. Cantuariensi an omnes erronei? 353. Adn. *
Assemanus Simon laudatur. 55. Adn. * saepius.
Auditus Beatorum gaudet cum voce propria, tum aliorum coelitum. 236. n. 266. heinc verosimiliter colloquia inter ipsos erunt. *ib.*
S. *Augustinus* defenditur. 263. Adn. * & 273. Adn. * Explicatur. 360. Adn. *
Aureola Beati quid? 91. n. 166.

B

Baronius corrigitur. 159. Adn. * II. & *ib.* Adn. * & 227. & 260. Adn. *
Barsauma Nestorianae haeresis instaurator in Provinciis Chaldeae. 54. Adn. *
Bartoloccius an judaicam gentem ab errore merito liberet? 381.
Baptismi energumenorum antiqua disciplina. Quodnam dubium apud Patres pro baptizandis energumenis? 462.
Basilides haeresiarcha vindicatur. 153. Adn. * II.
Basnagius Jacobus carpitur. 251. Adn. * & 257. Adn. *
Bassanelli Oppidum commendatur a beatissimo Lanno Martyre, & a famigeratissimo Lacu Vadimone, nonnullorum opinione. 454. sq.
Bassanellianus Lapis multis nominibus commendandus. Non sepulcralis sed elogium funebre. 456. sq. quoniam ineditus atque eximie dogmaticus est, author recessit a regula sibi praefixa. 460.
Beatitudo in via improprie talis dicitur. 17. n. 22.
Beatitudo objectiva est finis ultimus hominis. 16. n. 20. Partitur in naturalem, & supernam. Naturali gauderet homo in statu naturae purae. 17. n. 22. Superna. 18. n. 28. Rationes quibus ambae adpetantur. 50. n. 41. sq.
Beatitudo formalis animae. Quid ea generatim? 60. n. 54. Quid speciatim? 65. n. 70. sqq. Quid ea non sit? 61. n. 55. sqq. Num a solo Deo produci possit? 62. n. 62. In quibus animi actionibus sita sit? 65. n. 71. In qua ex iis actionibus principalius? 67. n. 81. Suapte natura est perpetua, ac de perpetuitate secura. 69. 85. Quid singillatim de visione beata? V. *Visio beata*. Quid de Amore beato? V. *Amor beatus*.
Beatitudo Corporis Sanctorum. 232. n. 255. Sita est in quatuor dotibus. 233. n. 258.
Beatitudo naturalis Parvulis sine Baptismo decedentibus a Theologis magni nominis defenditur. 17. n. 22. & 361. Adn. *
Beati non omnes sunt aequales. 74. n. 103. Transformantur in Deum per amorem, non per visionem. 68. n. 81. perpetuo, & necessario beatitatem amore prosequuntur. 87. n. 150. in Deo quidquid ad singulorum statum pertinet, contuentur. 84. n. 143. Quae eminenter, & quae formaliter in Deo videant? 80. n. 126.
Beatitudinem plurium Gentilium qui admiserint? 354. Adn. *
Beausobrius Isaacus profligatur. 154. Adn. * VII. &. 263. Adn. * 385. Adn. *
Beda Venerabilis titulo quo jure insignitus? Fabella de ejus praedicatione. 452. sq.
Beguinae diversae a piis mulieribus sub Beguinarum nomine catholicam vitam ducentibus. 58. Adn. *
Beguini generatim vindicantur. 352. Adn. *
Bellarminus defenditur. 99. Adn. * & 167. Adn. II. & 183. §. & 364. Adn. *
Benedictio Sacerdotalis. De ea plura. 35. sq.
Benedictus XIV. alias commendatus, defenditur. 225.
Berninus emendatur. 260. Adn. * & 267. Adn. *
Bertius corrigitur. 99. Adn. *
Beza excusatur. 272. Adn. **
Bogomili vindicantur. 260. Adn. *
Boucatius notatur 100. Adn. *
Bovosius carpitur. 391. Adn. * II.
Breviarium. De ejus nomine, ordinatione per Horas canonicas, origine, usu plura. 32. sqq. Romanum correctionibus

bus obnoxium non ſecus ac Martyrologium. 283. §.
Brovverus Maſenio carpitur. 24. ſq.
Bruckerus deſeritur. 251. Adn. *
Burnettus Thomas confutatur. 107. 108. Adn. *
Buddas ſeu *Xaca* Indorum philoſophus diverſus a Budda Manetis praeceptore. 3. Adn. * varia nomina apud nationes ſortitus eſt. 3.
Burmannus Franciſc. rejicitur. 282. ſq. §.
Burrielius Andr. Marcus laudatus. 35.

C

Caeſarii Ciſtercienſis authoritas. 261. Adn. *
Caini qui? 154. Adn. * IV. an directa facie honorem Sanctorum perſequuti ſint? *ib.*
Cajetanus Thomas jure ne erroris inſimuletur? 355. Adn. *
Callipho fuiſſe Cyrenaicus non videtur. 8. Adn. *
Calvinus num in Dogma Reſurrectionis impegerit? 258. Adn. * VII. excuſatur. 272. Adn. ** & 392.
Canon Miſſae. Ejus Orationis *Hanc igitur* &c. quis author? 462.
Canonizatio Sanctorum primis eccleſiae Seculis. 224. ſq. Ante Seculum X. nulla ſolemniter a Pontificibus peracta. 225. Prima a Joanne P. XV. celebrata. 226.
Capitulare Caroli Magni. V. *Librorum Carolinorum.*
Caritatis habitus ſuperſtes in Patria eſt. 87. n. 152.
Caſtrus notatur. 254. Adn. * & 267. Adn. * & 372.
Catharinus Ambroſius Cajetani rivalis. 355. Adn. *
Cavalierus corrigitur. 311.
Centuriatores notantur. 381. Adn. * I.
Cereorum delatio in funeribus antiqua. 282. Adn. *
Cerinthus Millenarii obſcoeni Author. 10. Adn. ** vindicatur ab imputatione Caſtri. *ib.*
Chriſtianocategori ſeu Thymoleontes. 155. Eorum haereſis. *ib.* Adn. * iidem prorſus ac Iconomachi. 156. Adn. *
Chriſtus ex hominibus primus incola Empyrei. 109. n. 171. Angelorum Redemtor non fuit. 113. n. 183.
Chronicum Samaritanum, alias liber *Joſue*, recentius Epiphanio eſt. 250. Adn. * Quae ejus authoritas? *ibid.*
Claritas corporis beati dos. 235. n. 264.
Claudius Epiſc. Taurinenſis non fuit Wicleffo coaevus. 166. Adn. * I. qua patria, cujus diſcipulus, qui ejus errores? 167. Adn. * II. III.
Clemens Alexandr. rejicitur 354. Adn. *
Clericus Jo. defenditur. 396. Adn. *
Coccius notatur. 160. Adn. * 273. Adn. *
Cognitio Matutina. 80. n. 126. Veſpertina. 83. n. 136.
Coelites res noſtras, preces, & vota conſpiciunt. 191. n. 241. vel divina Revelatione vel viſione in Verbo *ib.* n. 242. Eſto non ſit fide certum, adtamen ex Dogmatis de eorundem interceſſione, & invocatione ſubintertur. 193. n. 251.
Codicis Gelaſiani antiquitas contra heterodoxos. 412. ſq.
Coemeteria cur dormitoria dicuntur? 296. ſq.
Cointius notatur. 164. Adn. * 221.
Collectarum uſus in Miſſis. 142.
Colloquia inter coelites. V. *Auditus.*
Commendationis animae Antiquitas in Eccleſia. 310. ſq.
Communio Sanctorum. 190. n. 140. a primoribus Proteſtantibus admiſſa. *ib.*
Concilium Nicaenum II. quo ſenſu inter Iconomachos adnumeraverit *Novatianos*, *Encratitas*, *Arianos*, *Manichaeos*, non ſatis exploratum. 154. Adn. * V.
Concilii Florentini decretum. 384. Adn. *
Concilii Lugdunenſis II. decretum nonnullis perperam adlegatum. 100. Adn. *
Concilii Senonenſis opinio de Felice Urgellenſi Epiſc. 160. Adn. *
Concilium Viennenſe errores Beguardorum proſcripſit. 71. n. 92.
Concordia inita ſepe Armenos inter & Syros Jacobitas, & inter iſtos & Aegiptios, & ſepe etiam rupta. 94. Adn. *
Conſolati haeretici. 261. Adn. ** Ritus eorumdem hiſtoriola. *ib.* ſq.
Conſulatus in Lapidibus ad quem annum referendus? 135.
Contin carpitur. 259. Adn. *
Copronymi Conſtantini in ſacr. Imagines perſequutio. 157. ſq.
Corpora Beatorum nuda ſunt. 237. n. 268.
Corpus animale, & corpus ſpirituale. 263. Adn. *

Crux quolibet loco inſculpta eſt dogmaticum ſignum reparationis noſtrae. 194.
Cultus religioſus Sanctorum Lipſanis & Imaginibus tributus debet eſſe reſpectivus. 185. n. 224. ſqq. Ad diſciplinam pertinet ex placito Doctorum aliquot. 181. §. Ejus utilitas. 179. n. 218.
Cultus ſacr. Imaginum primis Eccleſiae Seculis ſaltem publice non uſitatus. 181. §. Fortaſſe primis Seculis ad diſciplinam Arcani pertinebat. *ib.* privatim ſaltem inter primores Chriſtifideles in uſu erat. *ib.* Exempla plurium Imaginum exſculpta primis Seculis. 182. §.
Cynicorum Author adhuc incertus. 5. Adn. * I. primorum virtus male poſteriorum vitiis obruitur. 5. Adn. * II.

D

Dallaeus rejicitur. 181. §.
Damaſcenus Jo. non fuit Author *Orationis* de iis qui in fide dormierunt. 387. & 470. §.
Damnatio Parvulorum ad ignem aeternum repugnat clementiae Dei, & rationi. 422. n. 388. V. *Limbus Parvulorum*.
Danaeus vindicatur. 259. Adn. * convellitur. 365. ſq. Adn. **
Decreta Dei libera qua talia non debent eſſe Beato perſpecta. 80. n. 125. Quod vero is aliqua perſpiciat, vulgo admittitur. *ib.*
Definitio rem explicare non debet per praedicatum nobilius, ſed per id quod expreſſius rei naturam oſtendit. 68. n. 84.
Defunctorum Obſequia quibus ab antiquo uſa eſt Eccleſia. 338.
Dempſterus Thomas corrigitur. 167. Adn. * II.
Depoſitio, *Depoſitus* in chriſtianis Saxis inſculpta. 302. ſqq. anne chriſtianorum Lapidum caracter? 304. Haec formula Reſurrectionem deſignat. 302. ſqq.
Deus abſq. creaturae conſortio ſufficit ad noſtram beatitatem. 19. n. 30. & quamvis ſecundum omnia adtributa ſit objectum beatitatis, adtamen tota ratio eſſentialis eſt ſola Dei eſſentia, neutiquam vero Perſonalitates. *ib.* n. 31. V. *Beatitudo*.
Diaconatus Ordo dogma catholicae Eccleſiae. 195.
Diaconiſſae juxta veterem Eccleſiae diſciplinam. 195. Diaconiſſae plures e variis recenſentur, una cum Scriptoribus de hoc argumento agentibus. *ib.*
Dinomachus non fuit ſecta Cyrenaicus. 8. Adn. *
Diogenes Cynicorum ſectator. 5. Adn. * I.
Diploma Clodovei jun. Franc. Regis an legitimum? 221.
Diplomatum authentia ex quibus non ſit dimetienda? 221.
Diptychum. Unde primū ejus uſus profluxerit? 209. Quid illud? 417. ſq. apud Graecos & Latinos in uſu fuit. 418. Catalogus Eccl. Cathed. Novarienſis inter vera Diptycha numerandus. 417. hujus Diptychi author, aetas, de eo controverſia. 418. ſqq.
Diſcurſus ex viſione beata non remanet. 85. n. 146.
Diſciplina eccleſiaſtica, quae pro una valet Eccleſia ad ceteras non protrahenda. 458.
Dominici Nomen chriſtianum latinumque. 453. Ante annum 1038. perraros Dominicos apud Scriptores repereris. *ib.*
Dona Dei formula liturgica. 195.
Dona Spiritus S. 84. n. 138.
Dotes animi beati. Tres numerantur *viſio*, *comprehenſio*, *delectatio*. 90. n. 165.

E

Eccleſia Graeca magna ex parte eunctis fere aetatibus dogma de beatitate Juſtis non dilata retinuit. 96. Adn. *
Edera notatur 260. Adn. *
Eliae translatio. 112. n. 178. Quaenam communius de Elia, & Henoch referantur? 323. n. 331.
s. *Eliſabethae* cuidam revelationi an credendum? 24.
Empyrei nomen vetuſtiſſimum eſt, quamvis apud ſacros codices deſideretur. 403. n. 380.
Empyreum ſub hoc nomine, qua materie conſtet, quo loco exſiſtat, quibus phyſicis dotibus ornetur, nihil fide certū. 355. Adn. * Nominibus multis donatur apud ſacros Codices. 403. n. 382. continet oblectamenta etiam corporea. 404. n. 383. poſt Adae peccatum omnibus occluſum, donec Chriſtus morte ſua illius fores reſeravit. 109. n. 170. ſq. De Empyreo plura. 403. n. 380. ſqq. Quid de Steu-

Steuchi ſententia adſerentis Empyreum non eſſe creatum ? 356. Adn. *
Epicurus pro fine hominis voluit voluptatem non carnalem, ſed philoſophicam. 8. vindicatur 8. ſqq. Adn. ***
Epigraphe cum ſiglis (E. P. S.) in Lapide lateritio S. Lanni epiſcopum non ſignificat. 455.
Epiphaniae feſtum. Vetus ejus inſtitutio & quot Chriſti adparitiones contineat ? 50. ſqq.
Epiphanius vindicatur. 250. Adn. *
Epiſtola S. Cyrilli Hieroſol. ad S. Auguſtinum de tranſitu S. Hieronymi fictitia. 391. Adn. * II.
Epiſtola S. Ignatii ad Philippenſes commentitia. 413.
Errores non ſemper communes Novatoribus Sectarum; diligenti heinc cautela utendum ne privatorum errores univerſae Sectae tribuantur. 55. Adn. * Medium ad dignoſcendos errores communes. *ibid.*
Eunonis, ſeu *Eudi* de Stella hiſtoriola. 270. Ejus adſeclae pertinaciſſimi in Magiſtri erroribus. *ib.* Nunquam ex officina Manichaeorum prodierunt. 271. Adn. *
Euſebius Caeſar. rejicitur. 354. Adn. *
Euſtathius, vel *Eunomius* primus forſan author erroris in Reliquias Sanctorum. 154. Adn. * VI.
Eutychius, non vero Eutychetes, ſive Eutychius CPlus Archimandrita, in dogma Reſurrectionis impegit. 267. Adn. * Haereſeologi plures notantur. *ib.*

F

Fabricius J. A. notatur. 9. Adn. ***
Faſti primitivae Eccleſiae. 208.
Felicitas in Empyreo eſt praeter ſpem, & cogitationem noſtram 237. n. 268. ſqq. V. *Beatitudo*.
Felix Epiſcopus Urgellenſis vindicatur. 160. Adn. *
Feſti Apoſtolorum in communi, & ſingulorum initium. 143. Tum initium Feſti S. Cypriani & Sanctorum omnium. 215.
Feure Michaël repellitur 366. ſq. Adn. **
Fidei adſensus abeſt a mente beata. 85. n. 146. Num retineat fidei habitum ? *ib.*
Finis ultimus connaturalis eſt homini etiam ſeorſim a decreto Dei. 15. n. 16. Finis ultimus hominis naturalis, 16. n. 22. & ſupernaturalis. 18. n. 28. Sollicite fuit conquiſitus ab ethnicis. 2. n. 3.
Flagellantium origo, patria, author. 369. an errarint in Purgatorii dogma ? 370. Adn. * I.
Flagellationis ſui ipſius author, oppugnatores & propugnatores. 370. Adn. * II. ſq.
Formulae apud Liturgias frequentes *per Dominum* &c. in fine precationum. 338. *Deus refrigeret ſpiritum tuum* : *in refrigerio anima tua* : *adceptus ſis Deo* : *ſis cum Sanctis* : *inter Sanctos* : *ſuſcipe*, *ſuſcipiatur in pace*, *in Chriſto* : *requieſcat* : *bene quieſcat* : *in pace*, *in Deo*. 438. ſq.
Formulae haud minus frequentes apud Lapides : *quieſcit* & *requieſcit* ſimpliciter, aut *quieſcit in pace*, aut ſaepius *queſcet*, *ceſquet*, pro *quieſcit* ; *Quieſcit in Deo in ✠ Chriſto*, ſeu *eſt in requie* : earum ſenſus, vetuſtas. 132. ſq. ſolutio objectionū. 139. ſq. Tum *in pace*, *in pace Dei*, *in pace Chriſti*. 440. *in nomine Patris* &c. 452. *Depoſitus*, *Depoſita*. V. *Depoſitio*.
Fructus animi beati. 91. n. 197.
Funera Mortuorum inter Chriſtianos pia ſunt & meritoria. 282. Adn. * V. *Ritus*. *Cereorum*. *Pſalmi*.

G

Galani ſententia non ſatis probata. 244. Adn. * & 364. Adn. *
Gaudium in Beatis. 87. n. 151.
Guterus rejicitur. 155. Adn. * & 260. Adn. * & 267. Adn. *
Gavantus oppugnatur. 311.
Georgius Calliſtus perſtringitur. 260. ſq. Adn. *
Georgii David errores perplurimi, & graviſſimi quidem. 272. Adn. *
Gennadius vulgatus deſeritur. 102. Adn. * & 106. Adn. * VII.
Gervaſius retunditur cum aliis. 384. Adn. *
Gloriae inaequalitas inter Beatos admittitur pleriſque Proteſtantium, Calvino duce. 350. Adn. *
Gonetus refutatur. 56. Adn. *
Gorius deſeritur. 204. impenſe laudatur. 417. ſaepius.
Gottus rejicitur. 364. Adn. * & 367. Adn. * & 372. Adn. *
Graeci an univerſim Purgatorii dogma ne-

negarint, & hodieque negent? 367. Adn. **
Graecorum opinio quoad poenas gehennales. 390. Adn. * I. II.
Gratia ſanctificans perpetuo eadem eſt in Patria. 89. n. 158. Majore quis in via gaudere poteſt gratia quam plurimi in Patria. *ib.* in Patria una cum gratia omnes habentur virtutes infuſae. 90. n. 163.
Gregorius M. vindicari poteſt. 272. Adn. *
Grelotus rejicitur. 348. Adn. * II.
Gretſerus deferitur. 257. Adn. * III.
Gruterianae Inſcriptiones profanae cum formulis peculiaribus. 440.
Guadagnolus rejicitur. 348. Adn. * II.
Guſtus Beatorum recreatur melliflua ſuavitate. 236. n. 267.

H

Habitus extra viam. 83. n. 137. & 88. n. 157.
Haereſiarcharum dogmata ſaepe ſunt diverſa ab iis quae poſtmodum diſcipuli docuerunt. 371. Adn. *
Halloixius deferitur. 254. Adn. *
Henao Gabriel notatur. 355. Adn. *
Henoch translatus a Deo. 112. n. 178.
Hieronymus vindicatur. 104. ſq. Adn. * IV. defendi poteſt. 273. Adn.* Refellitur. 151. Adn.* An criminetur Vigilantium quoad honorem Sanctorum? 154. Adn. * IV.
Hieronymus de Prato confutatur. 104. Adn. * IV.
Hieronymus Rhodius primus qui Peripateticam doctrinam cum aliarum ſectarum dogmatibus miſcuit. 8. Adn. **
Homo in via fit melior per amorem, quam per Dei cognitionem. 68. n. 91. V. *Amor beatus*.
Hora tertia canonica. Ratio nominis, & inſtitutionis. 464.
Hornbekius rejicitur. 348. Adn. * II.
Hoſpinianus Rodulph. carpitur vehementer. 369. Adn. * I.
Hottingerus confutatur. 250. Adn. *
Huſſitae plurimi proteguntur 372. Adn. *
Huſſus Joannes vindicatur. 172. Adn. * & 372. Adn. *

I

Jacobitae vindicantur 366. Adn. **
Iconomachia. Ejus hiſtoria cum in oriente, tum in occidente. 155. ſqq. Primus author Xenajas. 154. Adn. * V. Innovationis ejus Praecurſores. 156. Innovator omnium primus. *Ib.* Imperatores eum ſubſequuti apud Orientem. 157. ſqq. Conventus & Pſeudo-Synodi pro Iconomachia. *Ib.* Adn.* & 158. Adn. * & 159. Adn. * & 165. An Iconomachis adcenſendi Doctores Gallicani? 162. Adn. *
Jejunii quadrageſimalis antiquitas. 413. a prima ſui inſtitutione apud fideles obtinuit, contra Proteſtantes. 414. Qui in eum ritum conſulendi? *Ib.*
Ignorantia rei, quae ſuo ſtatui convenit abeſt a mente beata. 85. n. 146.
Imagines celebriores primorum ſeculorum Eccleſiae. 182. §. ut plurimum penicillo depictae, & opere textorio contectae. *ib.* exſculptae fuerunt a primis Chriſti fidelibus. *Ib.* 185. Imaginibus a prototypo ſejunctis cultus proprius non debetur. 186. n. 227. Imagines Coelitum incorporeorum non ſecus atque corporeorum venerandae. 189. n. 238. V. *Cultus religioſus*.
Impaſſibilitas corporis beati dos. 234. n. 261.
Impeccabilitas voluntatis beatae. 76. n. 111.
de *Incarnatione* Verbi error inter Syros, Aegyptios, Armenos, Aethiopes ab invicem differt 94. Adn. *
Indiculus haereſum Tertulliano non tribuendus. 254. Adn. *
Infallibilitatis donum Eccleſiae, non ſingulis Patribus conceſſum. 60. Adn.*
Infelicitas hominis temporaria, & aeterna. 239. n. 277. De temporaria in Purgatorio V. *Purgatorium*. De aeterna in Gehenna V. *Infernus gehennalis*.
Infernus gehennalis. 398. n. 367. & 445. n. 413. Aerumnis in animo & corpore confertiſſimus. *ib.* n. 414. ejus portae metaphoricae. *ib.* Animi in peccato lethali decedentes illico in eum detruduntur. 446. n. 415. Apud eum reproborum infelicitas quid? 467. n. 427. ſq. Quantum ad animos? 472. n. 440. ſqq. Quantum ad corpora? 474. n. 449. & 477. n. 457. & §. In eo ignis verus, non metaphoricus. 474. n. 449. Hoc ne fide ſanctum? 475. n. 453. Miris modis agit in ſpiritus impios 476. n. 454. Qualis heic poena damni? 467. n. 427. ſq.

ſq. Qualis poena ſenſus? *Ib.*
Inſcriptiones e Codice Bibliothecae Palatinae Gratero exſcriptae an legitimae ſint, nova, fuſaque diſputatione diſquiritur. 199. ſqq.
Interceſſio Sanctorum. V. *Sancti*.
Invocatio Sanctorum licita. 182. ſq. n. 221. ſq. ratio. 184. n. 222. V. *Cultus*.
Joannes P. XXII. uti Doctor privatus erravit ne circa Beatitudinis dilationem? 100. Adn. *
s. *Joannes Baptiſta*. Ejus decollationis dies anniverſarius. 140. poſt mortem non illico in coelum receptus 141. Quibus Conſulibus Joannes paſſus? *Ib.* fuit vere Martyr. *ib.* ſq. Quid de ejus Capite, quod fertur adſervatum in Urbe in S. Silveſtri in Capite? 145. n. 201. Quid de aliis Sancti reliquiis? V. *Animae Vet. Teſt.*
s. *Joannes Evangeliſta*. Hiſtoria de ejus ingreſſu in ſepulcrum apocrypha. 326. n. 342.
Irenaeus vindicatur. 242. Adn. *
Iſauri Leonis III. perſequutio in ſacr. Imagines. 156.
Iſidorus defendi poteſt. 273. Adn. *
Judaei poſt Chriſti praedicationem non omnes tenuerunt univerſae carnis Reſurrectionem. 248. Adn. * Nec omnes deliquerunt adverſus Coelitum invocationem. 150. Adn. * Quid ſenſerint circa imaginum venerationem? 151. Adn. * Hiſtoria de horrendo eorum facinore in Crucifixi imaginem apud eruditos ſuſpecta. 150.
Judaei qui praeſtantiſſimi? 344. Adn. * plurimi vindicantur 10. Adn. * & 344. Adn. **
Judicium animae privatum. 283. n. 306. ſq. Quid de bis mortuis, & de eorum anima in priore morte? 284. n. 309.
Judicium univerſale. Judex, locus, tempus, & ſigna praeceſſura. 321. n. 227. ſq. actio ejuſdem Judicii. 328. n. 349. idemque conſequutura. 332. n. 365.
Julianus Imperator oppugnatur 5. Adn. * I.
Juſtinus vindicatur. 242. Adn. * Rejicitur ejus paradoxum. 354. Adn. *

K

Kalendarium eccleſiaſticum. In magnum iis cedit honorem, qui ei mererentur inſcribi. 209. ſq. ejus origo. 210. aliud marmoreum, membranaceum aliud. 216. Ut differt a Martyrologio? 217. Kalendarium marmoreum Neapolitanum. 208. Romanum aliud. 211. Hujus aetas. 212.
Kalendarum uſus apud Lapides Chriſtianorum: an etiam Ethnicorum? 455.

L

Lactantius deferendus videtur. 7. Adn. * laudandus & notandus. 9. Adn. ***
Lancifius notatur. 260. Adn. * 267. Adn. *
s. *Lannus*. V. *Baſſanellum*.
Lanzu forſan idem ac Tauſu. 3.
Lanzuanae ſectae author. 2.
Lapides pro Purgatorio illuſtrando cujus authoritatis? 437. ſqq.
Lapides quibus notis dignoſcantur ſepulcrales eſſe? 457. mos Paganorum praefigendi Inſcriptiones extra loculos. *ib.*
in *Lapidibus* ſingularia interdum occurrunt, notatu digna. E. c. in Lapide Vitalis. 29. Eutychii. 406. S. Caeſariae. 407. Petroniae. 408. Secundini. 135. Anonymi. 290. Alexandri. 120. Florae. 300. Aureliae Vitaliae. 301.
Lapidum correctio quando improbetur? 27. Epigrammata quae genuina, quae dubia ſint? 199. ſq. Authoris Revocatio quoad certum monumentum. 203.
Leblanc Ludov. e Schola Proteſtantium ab eximia moderatione ac modeſtia magnopere commendandus. 350. Adn. *
Legata pia pro animarum ſuffragiis. 437.
Legerus corrigitur. 170. ſq. Adn. *
Leonini Carminis uſus anne antiquus? 47.
Libri evangelii aeterni author illiuſque hiſtoriola n. 395. Adn. *
Librorum Carolinorum author, & hiſtoria. 162. Adn. *
Limbus Patrum. 420. n. 384.
Limbus Patrum, & Parvulorum Paganis incognitus. 401.
Limbus Parvulorum. 421. n. 386. ſq. & 422. n. 388.
Litaniae antiquiores quoad formam hodiernam. 183. ſq. §. & 219. ubi corrigitur adſertum alias praemiſſum.
Liturgia proprie quae? 337. quo tempore ſcripto conſignari coeperit? 439. variae liturgicae formulae antiquis Lapidum Inſcriptionibus conſonae. 438. ſqq.

Lo-

Lovanienſes Editores bibl. vet. PP. corriguntur. 167. Adn. * II.
Lucernae ſepulcralis apud Chriſtianos uſus, varietas, origo, perpetuitas. 39. ſqq.
s. *Ludgeri* epiſtola fictitia. 225.
Ludolfus Jobus vindicatur. 143. ſq.
Lutherus haereſim contra Purgatorium eur & quando conceperit? 374. Adn. * Anne imaginibus ſacris cultum religioſum ademerit? 174.
Lutzemburgus parum criticus. 369. Adn. * 372. Adn. * ſaepius.

M

Macri Fratres notantur. 452.
Maffejus deſeritur. 200.
Mahumedani vindicantur. 378. Adn. *
Mahumedanorum haereſes, & ſectae. 152. Adn. *
Mahumedes vindicatur. 348. Adn. * II.
Malvaſia Bonaventura notatur. 260. Adn. * & 267. Adn. *
Mamachius citatur. 111. n. 176. corrigitur. 455.
Manes quoad aeternitatem Gehennae ſibi inconſtans. 385. Adn. *
Manichaei in dogma Reſurrectionis impegerunt. 256. Adn. * II. An etiam in dogma univerſalis Judicii? 269. Adn. * I. Eorumdem variae ſectae ac opiniones circa poenarū aeternitatem. 385. Adn. *
Manſius refellitur cum pluribus. 260. Adn. *
Marcion defenditur. 102. Adn. *
Marcionitae vindicantur. 382. Adn. * II.
Maria Virgo Ss. anima & corpore in Empyreum translata. 145. n. 200.
Mariana corrigitur. 257. Adn. * III.
Maronitae vindicantur. 95. Adn. * & 367.
Martyrii ſignum truſtra petitur ex vocula *Domnus*. 205. ſq.
Martyrium an ne ſit mortem ſubire ex caritate in proximum? 283. §. Quid de exemplo Martyrologii Rom? *ib.*
Martyrologium. 208. Ejus author, & quodnam vetuſtius? 217. Uſus illud legendi in choro. 218. V. *Kalendarium*. *Faſti*.
Martyrologium Rom. correctionibus obnoxium quoad res hiſtoricas. 283. §.
Martyrum memoria tempore quadrageſimae vetita apud Graecos. 415. Ipſorum adloquutiones ad tyrannos ignem Gehennae verum eſſe teſtantur. 475. n. 451.
Matth. Paris notatur. 254. Adn. * III.
Meletiani ab errore Millenii probabilius immunes. 106. Adn. * VII.
Memburgus corrigitur. 154. Adn. * V.
Menaſſe ben Iſraël vindicatur. 345. Adn. *
Meſſaliani damnantur. 351. Adn. *
Metempſychoſis Phariſaeorum. 247. Adn. *
Methodius Millenii adſertor. 104. Adn. * III.
Millenarium Judaeorum. 253. Adn. * An excludat impiorum reſurrectionem? *ib.*
Millenium Chriſti Regnum juxta Patres, ac inter eos diſcordia. 103. Adn. * I. illius notio uſque ad Seculum v. *ib.* nova circa illud recentiorum ſyſtemata. 106. ſq.
Miſſa. Ejus nobiliſſima pars. 337. Partitio. *ib.* apud priſcos indicabatur ſub verbis *Oblationes*, & *Luminaria*. 437.
Monaſterii S. Silveſtri in Capite de Urbe origo, & viciſſitudines. 212.
Monogramma ☧ comprobat Deum principium & finem. 22. illius uſus longe ante Conſtantinum invectus. 120.
Monophyſiſmi variae ſectae, varii errores, varia politia eccleſiaſtica. 94. Adn. * Scriptores unius gentis errorem ſaepe in alteram traducunt. *ib.*
Montaniſtae Millenium tenuerunt a Tertulliano edocti. 105. Adn. * VI.
Mors. 277. n. 291. Communis *ib.* n. 292. ſq. etiam Chriſto, & divae Parenti. 278. n. 293. Quid de Henoch, Elia, Datan, Abiron, Antichriſto? 281. n. 303. ſqq. homini atque etiam Chriſto naturalis. 278. n. 294. Commentum eſt, quod omnibus inſtante morte aliquid ſub ſpecie corporea adpareat. *ib.* 295. Saepe expreſſa cum verbis *dormitio*, *ſomnus*, *pauſatio*. 296. An inter errones adnumerandi, qui docent non omnes morituros? 243. Adn. *
Muratorius deſeritur. 99. Adn. * & 100. Adn. * & 103. Adn. * & 106. Adn. * VIII.

N

Natalis Alexander tantiſper arguitur. 154. Adn. * V. & 163. ſq. Adn. *
Neſtoriani orant pro defunctis. 366. Adn. * quoad ſortem ſanctorū antiquitus dogma catholicum tenuerunt. 92. Adn. *
Neſtorius in Meſopotamiam relegatus ſuā haereſim diſſeminaſſe creditur. 54. Adn. *

Nuni Deiparam praeferentes . 229. plurimia ntiqui Hebraeorum ſuppoſititii . 152. Adn. *

Nunnus inter antiquiores pontificios . 223. eruditorum diſcrepantia in Numum Leonis P. III. 227. ſq.

O

Oculus Beatorum corporeus Deum non videt . 236. n. 265.

Officium divinum . V. *Breviarium* .

Omega Ω in Lapidibus Chriſtiani adponebant ad connotandum Deum hominis ultimum finem . 22.

Origenes ſui vindex . 349. Adn. * Defenditur. 384. Adn. * ſibi inconſtans quoad dogma Reſurrectionis . 256. Adn. * I.

Origeniana Apocataſtaſis . 395. Adn. *

Origeniſmi nuperi cauſſa literaria . 396. ſq. Adn. *

Oſculum pacis inter Miſſarum ſollemnia . 464.

P

Paciaudius commendatur . 142. alias .

Pagius ſen. corrigitur . 167. Adn. * III. & 260. Adn. *

Papae vocabulum olim uſitatum Epiſcopis . 43.

Parabolani in Eccleſia catholica qui? 283. Adn. *

Paradiſus Mahumedicus . 346. Adn. * I.

de *Parvulorum* ſtatu poſt communem Reſurrectionem celebris quaeſtio . 424. §.

Paſchae feſti origo & praeconia . 308. Reſurrectionis noſtrae comprobatio . 309.

Patinae dogmaticae S. Petri Chryſologi deſcriptio . 46. ſqq.

Patres Catholici ſaepe impune errarunt. 60. Adn. * Nec impii nec temerarii dici poſſunt qui eos erronibus adnumerant, quoties gravia monumenta ſuppetunt . *ib.* & 100. Adn. * Qui excuſari non valeant ab errore circa beatitudinis dilationem? 100. Adn. * qui vero cum ſancto dogmate veriſimiliter conciliari poſſint? *ib.* iisdem , aliiſque priſcis Doctoribus credendum donec urgens ratio oppoſitum non evincat . 250. Adn. * Qui errarint circa gehennalem Internum? 382. ſq. Adn. * 384. & *ib.* Adn. *

Patuzzius ſaepe laudatur , at refellitur 381. & 382. Adn. * II. & 383. Adn. * & Adn. ** & 384. Adn. * & 386. ac 387. Adn. * I. & II.

s. *Paulli* cultus ex Marmore probatur . 450.

Peccatum veniale ab animabus juſtis poſt mortem revocatur? 425. n. 398.

Pelagiani vindicantur . 360. Adn. *

Pererius Benedictus refellitur . 356. Adn. *

Perrinezzius non exauditur . 100. Adn. *

Peripateticorum ſecta multiplex: cui heiac ſectae error tribuendus , difficile . 7. Adn. *

Petavius laudatur . 153. Adn. * vindicatur . 59. Adn. *

Petreus Theodor. deſeritur . 260. Adn. * & 267. Adn. *

Platina repudiatur . 160. Adn. *

Plutonis celebris ſententia de Deo principio & fine . 22.

Pleſſaeus confutatur . 257. Adn. * III.

Porphyrii libri contra Chriſtianos ; ipſe qua gente , patria , & religione fuerit , celebris quaeſtio . 147. ſqq. Adn. *

Poſſevinus Antonius rejicitur . 356. Adn. *

Porter non exauditur . 260. Adn. *

Praefationis ad canonem Miſſae origo. 336.

Prateolus corrigitur . 160. Adn. * 166. Adn. * III. 171. Adn. * 267. Adn. * 351. Adn. ** 367. Adn. * 257. Adn. * IV.

Preces pro animabus defunctorum antiquiſſimae . 437. & 442. ſqq. Hoc nomine veniunt etiam Miſſarum ſacrificia. 437. ſqq.

Pridaeus confutatur . 248. Adn. *

Proteſtantium diſſidium quoad origenianam apocataſtaſim . 395. Adn. *

Pſalmi aut Hymni in deductione funeris antiquiſſimi . 282. Adn. *

Pſeudo Synodus CPna , non Epheſina , coacta a Copronymo in ſacr. Imagines, 158. ea Calviniani Novatores abutuntur pro cultu Imaginibus denegando . 158. Adn. * profligata fuit a Concilio Nicaeno II. & a Stephano P. III. *ib.* Nihil contra realem Chriſti praeſentiam in Euchariſtia definivit . 159. Adn. * III.

Pungilupus catharus conſolatus . Ejus cultus , falſa miracula , condemnatio . 262. Adn. *

Purgatorium . 425. n. 396. poenae animarum ibi degentium. *ib.* & ſq. non expiant imperfectiones in vita contractas . 426. n. 399. animae ſunt ibi ſecurae de aeterna beatitudine . 425. n. 397. ſunt extra ſtatum merendi & demerendi . *ib.* n. 398.

398. juvantur viventium ſuffragiis. 426. n. 399. ſq. An ſit dogma fidei? 364. Adn.** V. *Infelicitas hominis*.
Pythagorei vindicantur. 343. Adn.*

R

Raynaudus repellitur. 283. Adn.*
Receptacula generatim. 398. n. 367. ordinaria quinque numerantur *ib.* alia extraordinaria. 401. n. 375.
Relandus Hadrian. rejicitur. 250. Adn.* & 346. ſq. Adn. * I. & 348. Adn.* II.
Reliquiae s. Joannis Baptiſtae V. *Animae V. I.*
Reliquiae Sanctorum, earumq. cultus 185. n. 224. ſq.
Renaudotius confutatur. 143. ſq.
Reſurrectio communis. De ea plura. 232. n. 252. & 286. n. 315. ſqq. non comprehendet eos qui empyreum vel infernum corpore & anima fortaſſe incolant. *ib.* n. 315. fiet virtute poteſtatis judiciariae Chriſti. *ib.* n. 316. miniſterio bonorum Angelorum, & forſan cuſtodum; eodem quidem momento & cum eodem corpore. *ib.* n. 317. indicata in Jonae, & Lazari portentis. 313. Dominica noſtrae reſurrectionis typus eſt. *ib.* ſq.
Reſurrectio privata multis advenit. 285. n. 314. ſuapte natura eſt impoſſibilis. *ib.*
Revelationes non omnes ſunt debitae Beatorum ſtatui. 85. n. 145. Quae dicuntur viatoribus factae, quam fidem mereantur? 24.
Ricaldus rejicitur. 348. Adn. * II.
Ritus laudandi Deum ſtatis horis. 33. ſq. ſepeliendi Defunctos. 282. Adn. *
de *Ritibus* ſinicis prohibita pertractatio. 3. Adn. *
Robertus de monte vulgatus perſtringitur. 270. ſq. Adn. *
Roſcius Damianus notatur. 161. Adn. * & 343. Adn. * & 166. Adn. * I. 267. Adn. * & 367. Adn. *
Rutlandus corrigitur. 153. Adn. * II.

S

Sanctorum memoria apud Moz-arabes vetita tempore quadrageſimae. 415.
Sancti intercedunt uti mediatores ſecundarii. 190. n. 239.
Sancti titulus ante Seculum XI. inſcribebatur ſigla scs. 223. Sancti vox in more erat apud ethnicos. *ib.* ejus origo in Eccleſia *ib.* ad Seculum uſque V. cunctis fidelibus donabatur. 223. ſq. procedente Seculo v. ſolis Coelitibus nec non, diverſo tamen reſpectu, viris eccleſiaſticis relictus. 224. ſollemniter a Pontificibus non niſi ſeculo X. Coelitibus donatus. 225. & 227. Leo P. III. primus Numis *Sanctum* Petrum Apoſtolum inſcripſit. *ibidem*.
Sanderus notatur. 260. Adn. *
Sarcophagus quid? ejuſq. uſus. 456.
Scaliger Joſ. oppugnatur. 250. Adn. *
Scientia ſupernaturalis comitatur viſionem beatam. 83. n. 136. tum naturalis. *ib.* n. 137. & prophetica. *ib.* n. 138. beata ſupponit lumen gloriae. *ib.* n. 136.
Scientiae omnes praeſupponunt habitus, & ſpecies reſpondentes. 83. n. 136. a Deo infunduntur animis Beatorum ſecundum perfectionem meritorum. 83. n. 137.
Secreta Oratio in Miſſa. 140.
Seldenus rejicitur. 152. Adn. *
Sepulcra apud Paganos dicta Domus aeternae. 409 tum apud Chriſtianos, at ſenſu tamen catholico. 410.
Sepulcra in Eccleſiis antiquiſſima. 282. Adn. * & 458.
Seraphim amore praeſtantes, ſunt nobiliores Cherubim ſcientia praeeminentibus. 68. n. 81.
Sianda notatur. 104. Adn. * II. 155. Adn. * 159. Adn. * III. 267. Adn. * 367. Adn. * alias.
Sigilla quadrata in uſu fuerunt. 230.
Sinenſes veteres vindicantur. 343. Adn. *
Sinus Abrahae ex phraſi veterum fidelium. 118.
Siricii Inſcriptio celebris, ejuſque cultus contra Baronium. 23.
Socinianorum opinio quoad poenam gehennalem. 394. Adn. *
Socrates. Platonis Magiſter, illius Parentes, patria, mores, ſcientia. 4.
Spei habitus eſt ſuperſtes in Patria. 87. n. 152.
Stoici defenduntur. 343. Adn. *
Suarezius non exauditur. 183. §.
Subtilitas dos corporis beati. 235. n. 263.
Suffragia pro Defunctis. 364. Adn. ** Quam antiqua inter Chriſtianos? 437.
Sulpitius Severus an Millenarium docuerit? 104. Adn. * IV.
Syllabi Sanctorum Martyrum. 208. ſq.

Sy-

Synesius Orthodoxus quando negarit Resurrectionem? 265. sq. Adn. *
Synodus, ut fertur, a Leone III. Isaurico coacta haud jure inter Pseudo-Synodos numeratur. 157. Adn. *
Syri Jacobitae aliquando cum catholicis communionem non recusarunt. 94. Adn. *
Syrorum Nestorianorum author, fata, progressus. 54. Adn. * in adtribuendis universim erroribus huic sectae cautela utendum est. 55. Adn. *

T

Talmudicorum systema quoad Resurrectionem. 250. sqq.
Tertullianus vindicatur. 242. Adn. * 381. Adn. * I.
Theologia in via adquisita olim a Beato. 85. n. 146. In Beatis manent species rerum adquisitarum. *ib.*
Thomas a Jesu notatur. 366. Adn. ** & 367. Adn. ** saepius.
Tillotsonus Jo. Origenismum tenuisse fortasse non convincitur. 396. Adn. *
Tituli seu nomina Ecclesiarum antiquissima, & undenam deveniant? 459.
Titulares, seu Patroni Ecclesiarum primarii, & secundarii. 459. sq.
Titulus Egnatii Prisciliani an paganus? 411.
de *Trajani Imp.* aliorumque liberatione ab igne gehennali famosa quaestio: at putida tamen fabella, quod pluribus probatur. 470. sqq. §.
Tostatus rejicitur. 470. §.
Traditionis authoritas. 357. Adn. *
Trombellius laudatur. 182. §. alias.
Tournelyus refellitur. 100. Adn. * & 364. Adn. *

V

de *Valentia* Gregorius rejicitur. 260. Adn. * & 364. Adn. *
Vallicellanarum Schedarum Author in Lapide Anonymae *Harcadium* pro *Honorio* legisse videtur. 27.
Vazquezius vindicatur. 59. Adn. * corrigitur. 160. Adn. * 167. Adn. * III.
Venerabilis titulo qui exornari soliti? 452. sq.
Verratus in suspicionem vocatur. 154. Adn. VI.
Verum abstrahit ab objecti existentia. 68. n. 84.
s. *Victorinus* Millenii Regnum inculpatim docuit. 105. Adn. * V.
Victorius Franciscus elogio commendatus ab Clariss. Scriptoribus Ephemeridum Florentinarum, & ab authore. 29.
Vigilantius an honorem sanctis ademerit? 154. Adn. * IV. an primus author & haeresiarca in cultum erga Reliquias Sanctorum? *ib.* VI.
Vignolus refellitur. 228.
Visio beata. De ea speciatim plura. 70. n. 91. sqq. Ejus objectum primarium & secundarium. 80. n. 124. & 126.
Vitae aeternae prooemialia. 240. n. 279.
Voëtii opinio in dubium revocari potest. 345. Adn. *
Voluntas Beati ornatur habitibus omnibus virtutum. 88. n. 157. V. *Amor beatus*.
s. *Ursula* dux numerosi Virginum exercitus. 24. Ursulana historia ferme tota in tenebris est. *ib.*
Usserius notatur. 167. Adn. II.
Waldenses primaevi bene de Deo & fide crediderunt, Ecclesiã tantumodo Rom. blasphemarunt. 257. sq. Adn. * VI. Cur etiam Manichaei novi dicti sunt? 257. Adn. * etymon variorum cognominum. *ibid.* V.
Waldenses Pedemontani Iconomachi: eorum Pater, & origo. 170. Adn. * in dogma Resurrectionis non impegerunt. 258. Adn. * VI. dogmata primaevorum Waldensium retinuerunt. 258. Adn. * VI.
Walterus Michaël rejicitur. 362. sq. Adn. *
Waltonus confutatur. 250. Adn. *
Wicleffus & *Wicleffitae* vindicantur. 371. Adn. * sq.

Z

Zacharias, alias saepe laudatus, deseritur. 205. & 334.

LAUS DEO FINI CREATURARUM.

PRAE PRIMIS EMENDANDA.

Pag.	*Lin.*	*ERRATA*	*CORRIGE.*
43	4	ceruis	cernis
81	3	Hac	Haec
103	21	col. 1. inſcriptis	inſcripſit
106	26	col. 2. reperiris	repereris
141	12	29. Sept.	29. Aug.
145	21	continuo	perpetuo
183	36	col. 2. qua dumvir	duumvir
184	40	col. 1. ſacra Liturgias	Liturgia
206	5	theſcos	theſeos
242	7	Deus mortalitatem	immortalitatem
253	43	col. 1. Pulvls	Pulvis
253	20	col. 2. quod impia	impii
258	11	Polociae	Poloniae
269	44	col. 2. adpoſite meo judico	judicio
270	31	(c)	(c) (*)
271	16	col. 1. nuncupabas	nuncupabat
272	38	col. 2. temeritati aut	temeritatis
275	24	*Pherecydes*	*Pherecydes*
281	41	vivimus	vivunt
283	34	col. 1. mortem oppetientes	oppetentes
283	40	col. 1. cenſerurque	cenſeturque
303	45	Kalendariis qui	quae
344	13	col. 1. Prophetas	Prophetae
351	21	col. 1. complacet	complacet
353	20	*Mercurius* &c.	Haec ferme o&o nomina, Erronibus falſo adjecta ſub
356	10	ſicut Mundum	Mundus (Indice I. p. 483. ſq. illico expungenda.
385	13	col. 1. Epiphon.	Epiphan.
417	27	credidi	credidit
451	37	*Baſſanelli Archipresbytero.*	*Vicario foraneo.*

Errata cetera leviora pro ſua benignitate corriget Lector.

EXCVDEBAT ROMAE
PAVLLVS IVNCHI TYPOGRAPH. ET BIBLIOP.
PROVISOR LIBRORVM S. R. E. IN BIBLIOTH. VATICANA
IN S. MICHAELIS AD RIPAM
AN. R. S. MDCCLXXIII. NONIS IVNII
SEDENTE
CLEMENTE XIV. PONT. OPT. MAX.
ANNO PONTIFICATVS V.

suo Muſeo ſervandam dono miſit.

Fra le diverſe Chieſe, che han voluto dimoſtrare il loro ſincero cordoglio per la morte di Carlo Terzo Monarca delle Spagne, con far celebrare dei Funerali in ſuffragio della di Lui Anima ſi contradiſtinſe Venerdì della ſcorſa 16. del corrente quella di San Lorenzo in Lucina de Padri Chierici Regolari Minori, con aver fatto inalzare un vago Catafalco ornato dell' inſegne Reali, e arricchito da numeroſa cera; ed in tale occaſione cantò la ſolenne Meſſa di Requie il Rmo P. Benenati Prepoſito Generale, con l' aſſiſtenza di tutti i ſuoi Religioſi.

Sabato 17. Gennaro ricorrendo la Feſta di S. Antonio Abate; l' Eccmo Senato Romano ſi portò, come il conſueto di ogn' anno, alla Chieſa di S. Maria ſopra Minerva de' Padri dell' Ordine de Predicatori, ove aſſiſtè alla ſolenne Meſſa, ed in tale occaſio-

Terminato con le preſcritte formalità il ſolenne Funerale, il corpo del defonto Porporato fu racchiuſo nelle ſolite tre caſſe di ...lbuccio, di cipreſſo, e di piom..., e indi poſte in luogo a par... ove fu tenuto fino alla ſera, ... circa un' ora di notte fu traſ...rato privatamente, con le ...ghe del Palazzo Apoſtolico, ...uito dai due Parochi in car..., e con le lanterne, alla ... di S. Bartolomeo, ed Alef... della Nazione Bergama... premeſſe le conſuete Pre...imonie, reſtò umato nel...ura di ſua Caſa, confor... diſpoſto col ſuo Teſta...

... iſteſſa Teſtamentaria... one, fatta fin dall' anno ... defonto Porporato do... tti diverſi Legati Pii ad ...ſe, iſtituiſce una Pri... nella ſua Caſa Ne...ttato della quale de... vore delle due ſue ... che vivono; ed in man...

ne fece l' offerta di un Calice d' argento, e 4. torce.

La medeſima Feſta di S. Antonio Abate fu pure celebrata con ricco apparato, ſolenne Meſſa, e Veſpri accompagnati da ſcelta muſica nella Chieſa al Santo dedicata di Monache Camaldoleſi preſſo S. Maria Maggiore, ove fu numeroſiſſimo il concorſo del Popolo, ed in tutto il giorno molte mute di queſta Nobiltà, ed un gran numero di cavalli ancora di Perſone particolari furono condotti nel Cortile contiguo alla Chieſa medeſima, ove con particolar Privilegio vengono benedetti. Detta benedizione è ſtata continuata fino a tutto oggi Sabato ottava della Feſta ſudetta.

L' iſteſſa Feſta di S. Antonio fu ancora celebrata con vago apparato, e ſolenne Meſſa, e Veſpri accompagnati da ſcelta muſica nella Chieſa di S. Venanzio della Nazione Camerineſe.

I Familiari della Sig. Ippolita de Angelis Vedova Veroſpi vo-

len-

208.9
G286
49206
GENER, S. J., JOANNES BAPTISTA
AUTHOR
Theologia Dogmatico-Scholastica
TITLE
Tomus IV.
DATE LOANED | BORROWER'S NAME | DATE RETURNED
STORAGE - CBPL
49206

mancanza di Maſchi chiama le Femmine a ſubentrare alla medeſima.

Laſcia mille Meſſe da celebrarſi in ſuffragio della ſua Anima nel tempo del ſuo funerale, ed altr buon numero da celebrarſi in tie Chieſe.

Fra gli altri ſuoi Legati la ſcudi 500. al Sign. Lorenzo zioleoni ſuo antico Maeſtr Caſa, ed altri ſcudi 100. a vecchio ſuo Servitore.

Finalmente laſcia il cor e quarantena, e la ſpartiz ſcudi 3000. da diſtribuirſ do i gradi a tutta la ſua Fa

Martedì 20. Gennaro lazzo Apoſtolico Vatican ti la Sant. di Noſtro Sign tenuta la Congregazione rale ſulle Virtù nella Cau *lana* del Ven. Servo di Bernardo da Offida L puccino, della quale e nente il defonto Emo Negroni, in di lui luo rato Ponente l'Em